ptiſq;longe abire. Nam qui proclamant ſpernendam eſſe pecuniam : iȷ ma-
xime omni fœnore & omni flagitiorum genere:diuitijs inhiant. Ita eſt profe-
Gloria — cto qui uerbis gloriam aſpernantur: ad eam omni properant curſu : ſicut qui
Voluptas — uoluptatẽ inceſſunt ore:clanculũ ad eã cõfluũt. Poſſem ſi uellẽ clauũ clauo
extrudere: ſed ſatis eſt has aniles fabulas uulgaribus uerbis purgare. Sciẽtes
ꝙ mali plerũq; male peunt digni noſtro ſenes cõtẽptu. Q ui canicie & niuo
ſa barba ab infantibus tantũ differũt:Idonei tñ cõfingẽdis mẽdaciis:qui the
ſaurum e ſomno ſperãtes in fine carbones offendunt. Hi ſuo dolo adiurati ue
lut in Pelei nuptiis malũ diſcordiarum:tãta belli ſemina iter principes catho-
licos diſſeminarũt: ut nõ minori hic incẽdio exarſerimus quã olim Iliũ Pari-
dis iudicio. Sermo illis mollis. At cõſilium quum efferũt pernitioſum & peſ-
Saleopus — ſimum eſt. Abſtineo eorũ propagãdo noie:nõ enim quemq̃ probo uiro crimi
nibus accuſare licet. Sapiẽtiſſime princeps: ſaleopus eſt in cõſtituẽdis magi
ſtratibus. Et ſi ſydus ex occulti mirãda potẽtia fati:multum poſſe uideat : In
Ventidius — tantũ quod ſeruis regna dabũt captiuis fata triumphos. Nã Vẽtidius bene-
ficio ſyderũ accedẽte improborũ ambitione : ad conſulatum prouectus eſt.
Homo picẽs genere:& loco humili natus quem puerum cum matre captũ
Põpeius ſtrabo — Pompeius ſtrabo magni Pompei pater Aſculo ſubacto iter cæteros ante cur
rum triumphans ſinu matris iacentem duxit. Mox adultus mulis & uehicu-
lis ſibi comparabat uictum:in. C. Cæſaris beniuolentiã peruenit:cuius fauore
multas eſt conſecutus adminiſtrationes:inde Põtificatũ:cõſulatũq; adeptus
eſt. Q uã rem quũ non æquo aio ferret populus:ſunt iacti uerſiculi per uias.
Concurrite oẽs augures haruſpices portentum inuſitatũ conflatũ eſt recens:
nam mulos qui fricabat conſul factus eſt. Inſignem horum calumniãdi petu-
lantiam ferre nequeo. Nuper in hanc urbem pedibus qui albis uenere ab ara
tro. Q uum non uereantur irridere ſenẽ:moribus & ætate uenerabilem. Q ui
& ſi non ſit cultus ueſtibus in hac infælicitate temporum (ubi informia de-
cent:& uitiũ non eſt quod neceſſitati paret) tñ principi optimo nõ is: qualis
Vituperare improbi eſt. — alijs leuiter uidetur:haberi ſolet. Commune infortunium & pſentem rerum
conditionem uituperare:improbi eſt:ne dicam ſtulti. Sed profecto ſapiẽtius
ille agit qui a contentionibus abſtinet. Reſpondendum quandoq; ijs neceſſe
eſt:ut ſuam tandem norint ſtultitiam:quã ſapientiã putant præcipuã: ſi quid
in aliorũ inuentis uitio uertant. Sed tu ſapiẽtiſſime princeps noſter huiuſce
Gen⁹ euita. — genus hominum euitabis:qui in detrahẽdo oẽm operam ponũt:aut maximã
uitæ partẽ in ſomno abſumũt. Dormiunt pfecto dũ uigilant:& ſi qd uigilãt
cõſilia maledictis circũſcribũt. Nõ deſpero ſane ego:etiã ꝙ me ſæpe ſpes fru
ſtratũ habuit. Sed doleo ꝙ una ſum cũ his naui uectus: q̃ bonorũ ui rorũ po
tius q̃ malorũ piculũ cõtinebat. Nec ppea me iſælicẽ puto:ꝙ neglectui ſim
Vere infelix. — habitus. Ille uere iſælix eſt q iſælicitatẽ ai ſui nõ ſentit. At ſentit ille q icipit re-
ſipiſcere. Nã ſui morbi magnitudinẽ agnoſcerẽ primus eſt ad ſanitatẽ gradus.
primus gradus ad ſan. — Iccirco ſceleratis iraſci & minitari par eſt:& iproborũ pfidiã corripere meritũ:
ut ex eo icipiãt aliter ſe haberi. Mali ſunt iȷ pfecto q priuatã gerũt iniuriã: ſed
Qui mali — multo mortaliũ peſſimi illi q conſilio auribus principũ inſtillant uenenũ:
pluto — unde Pluto tanta pugnãdi furia nr̃os reges & pricipes inflãmauit: ut iã rapi

nis:ſanguine:cædibus:ruinis: icẽdio cũcta permiſcuerit. Tãq; diuerſis inter
ſe hoĩes odijs diſtraxerit ut nulla extẽterã ſancta fœdera tam ſancta tẽpla:qn
fuerint omni ex parte fœdata. Profecto qui ad libidinem bellum ſuadẽt nec iu
re ſtatuunt:ij omne malum prædicant introducuntq;. At rem præclarã optãt
& ſalutem qui pro omnium quiete conſulunt:humanam ſane fœlicitatem illi
exprimunt qui pacem procurant. Ideo bellum inter nos ad unius aut ad alte
rius conſilium moueri non debet. Nam quod ſemel cœptum eſt:haud facile
deſinit. Oriuntur plerunq; ex malis mala:& bellum ex bello ſeritur. Bellis cõ — Malũ malo
flatis minus excogitaui fore malum':ſi genus hominum peſſimum pecunijs
maximis cõductum periculis obijciatur. Rebus publicis ingens cõparabit
beneficium:ſi colluuies improborum & tetra & ſordida ex populo fex bello — Colluuies iproborum
abſumatur. Tũc urbibus contagione purgatis: pax bonis & fidelibus ſtatui — perire bonũ.
tur. Sæpe naſcit' ex interitu multitudinis melior ſtatus pro bonis & cõditio.
Intereſt reip. ut mali pereãt & boni uiuãt. Sapiẽtis eſt medici aliquãdo mor-
bũ ueneno curare. Sed belli nefas eſt eſſe ſine iuſta cauſa ſtudioſum. Quũ — Morbum ueneno curare
nulla auri uis ſatis ſit illi principi cui alendus eſt exercitus. Tunc enim tantũ
unicuiq; remanet proprium:quantum regis benignitas non ademerit. Iam ſu
mus edocti:quid belli improborum conſilia effecerint. Sicut ſane mala alimẽ — Mala cõſilia
ta corpus inficiunt:ſic peſſima apud principes conſilia rempublicam peruer-
tunt. Iccirco is nõ facile bellum ſuſcipit qui publicum bonum ſpectat. Afli-
cta eſt reſp. chriſtiana:dum quis ſuis inſeruit affectibus. Magnũ ijs honoris
partum eſt decus qui tanta belli incendia extinxere: qui tanta ingenij ſapien-
tia uſi: ut æſtuantes principum animos placatos reddiderint:digni profecto
immortali ſtatuarum memoria:Et quorum omni tempore laudem: laureatæ — Dignitatuis
prædicẽt linguæ. Illis uera nobilitas:ſi quidem ea eſt non ſolum quæ:ex præ
claris natalibus:ex maiorum ſanguine:uel antiquis opibus:ſed ex uera uirtu — Nobilitas uera
te:ex uera probitate atq; ex recte factis & bonarũ diſciplinarum cognitione
proficiſcitur. Vera profecto nobilitas ſuis lucet moribus:præclaro uitæ inſti-
tuto illuſtrior:nõ ex imaginibus in qbus ſi quid ineſt laudis: id ingenio picto
ris debetur. Illi profecto longe aberrant qui fucata nobilitatis imagine iactant
ſe eſſe nobiles:aut ex diuitijs male partis: aut longa ſuorum maiorum ſerie:
quum ſint ignobiles ob uitam ſceleribus fœdatam. Nõ enim nobilitas eſt he
reditaria nec a parentibus teſtamento relinqui poteſt. Sed unus quiſq; uir- — Nobilitas nõ eſt hiditaria
tutum meritis fieri poteſt nobilis. Fatemur tamen multos extitiſſe qui obſcu
ris orti parentibus: ad ſummam peruenerũt dignitatem:atq; uirtutis ſplen-
dore ſe in cõſpectu omnium fecerũt claros & ſe nobiles conſtituerũt. Cõtra
fuiſſe plurimos:qui claris æditi parentibus: in ſcelera uaria delapſi lucẽ quã
a ſuis maioribus acceperant:in tenebras cõuerterũt. Nec fructus eſt generis
tabula iactare capaci: dictatores aut reges: ſi male uiuitur: tota licet ueteres
exornent undiq; ceræ atria. Nam prima ſunt animi bona: quis enim genero-
ſum dixerit hunc: qui indignus genere & præclaro noĩe tantũ:inſignis: nanũ
cuiuſdẽ Atlanta uocamus: Aethyopẽ cygnum. Deniq; facias oportet aliqd
propter quod fias nobilis. Sed ſæpe de ima plebe aliquis naſcitur: qui defen- — Facere oportet
dit nobilis indocti cauſas: & iuris nodos: & legum ænigmata ſoluit. Miſerũ

eſt profecto aliorum incumbere famæ. Sed ille ueræ nobilitatis utitur officio
qui putat ſummum eſſe nefas præferre hanc uitam ſummæ honeſtati : & pro
pter hanc uitam: negligere præſcripta officia: qbus uiri nobiles ſimus : Tum
Principiũ nobile — nobiſcum naſci nobilitas incipit: quum aliqd præclare meditamur agere. Le-
gimus ꝙ Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit: Arpinas alius uolſco
rum in monte ſolebat Poſcere mercedes alieno laſſus aratro. Hic tñ & Cym
bros & ſumma pericula rerum Excipit & ſolus trepidantem protegit urbem.
Nec ignoramus: libera ſi dentur populo ſuffragia: quis tam perditus ut dubi
tet Senecam præferre Neroĩſ' quo fit ut admonendi ſint principes maxima di
ligentia utantur: ut ueri nobiles in exercendis magiſtratibus preſcribantur.
Longe a politicis actionibus rureſtria ingenia : præſertim ſi rudi natura pra-
uiſqꝫ redundant uitijs. Sunt qui luxu & ueſtium apparatu ſuam excolãt no
Rureſtria ingenia — bilitatem: ſed in hoc magiſtra uitæ mediocritas dimenſum habet: qualem mi-
F.SF. — tiſſimus princeps noſter præ oculis ſemper habet: qui rationem temporũ ob-
ſeruans: nobis pulcherrimum uitæ inſtitutum oſtendit. Virtutem Fortunæ
haud æquat conditionibus: in quibus multi inſaniunt: in quibus miſere ſe in
uoluunt. Qui neqꝫ in tam breui uiuendi curriculo : quid recta ratio expetat:
ullo modo uident: apud quos uirtus tantum laudatur: deinde alget. Demẽtia
obcecati proruunt in omnem habendi rabiẽ. Quum in extorquendis pecu-
nijs omne bonum poſuerint. Qui uiri profecto mihi graues non uidentur:
quamuis canitie reſperſi & barbã promiſſam gerant: qd ſi prudẽtiam a longis
Prudentia a barbis — æſtimes barbis & fortem & ſapientem animum : nimirum præ cæteris hircus
omnibus anteferretur. Nos his artium inſidijs: neqꝫ aurum neqꝫ fauorẽ neqꝫ
dignitatem uolumus: licet nunc inſtet ſenectutis inopia: ſed eam expellemus
uolente numine: ſi redditus facultatum noſtratum per annum dumtaxat per
cipere in pace potuerimus. Damnẽt (eſto) paupertatem impij: quibus nulla
eſt candida mens: qui nullam ſupereſſe an.mam putant. Nos eam bonam pu
tamus. Quippe quæ hominem emendatum maxime reddit. Bona inquã eſt
Paupertas bona — paupertas ſi non laſciuit ocio : ſi læta honeſtate uenit. Mihi uero ſat eſt inter
honeſtos haberi proceres: atqꝫ inter eos qui uere credunt: poſt peractam uitã
præmia eſſe uirtuti conſtituta: uitijs decreta ſupplicia. Et Dæmones flagella
turos hominum ſcelera: id præſertim punituros: quod nefandiſſimum eſt &
Parcere uerbis — quo nihil eſt deteſtabilius immortali Deo. Parco uerbis pro pudore adoleſcẽ
tium: ut ne dictis mentes inficiant: ſed uirtutibus inhæreant: praua declinent:
recta ſequantur. Pudendum quidem eſt: & enorme ſcelus: nec ſecretum diu
uiuẽdũ recte — tius cubat. Quippe ut ſerui taceant : iumenta loquentur. Iccirco uiuen-
dum eſt ſemper recte: cum propter plurima: tum ijs præcipue cauſis ut lin-
guas mancipiorum cõtemnamus: nam lingua mali: pars eſt peſſima. Proinde
Pro inguine non labo- — tutius eſt ne erucis imprimamus dentẽ: ne paſcatur pro inguine uenter : ſed
Vlyſſei uelut Siculos cantus effugiamus remige ſurdo: periculũ euadamus
ut inhoneſtæ uoluptates deluſæ: dolore furẽtes in mare præcipitent. Quod
erit profecto: ſi ſceleſtium deuitabimus prauam conſuetudinem. Ideo pau-
Nihil ditius — pertatem non deteſtamur : quum ex ea plurima bona eueniant. Nihil ditius
eſſe poteſt: quam contemptis opibus: tranquillo uiuere animo : cũ dei timo-

te. Qui plus equo diuitias amant: parum cœleſtia ſapiũt. Dãda utiq; Cæſari:
quæ ſunt Cæſaris Sed nec adimẽda deo q̃ ſunt dei. Plus Cæſarẽ plus æquo
amare principẽ: q̃ imẽſum deũ ſtultiſſimum eſt. Tũc ſero ſapimus quũ ob
diuitias ob principes deũ ſero amamus. Tunc q̃dã incipiunt bene agere: quũ
male agere nõ poſſunt. Audendũ ſemp in bonum etiã ſero: ſi malum odio in
cipit haberi. Nos ſcelera uirtutũ p̃ſidio deteſtãmur: atq; fugimus. Et uigilijs
noſtrorũ laborũ gaudemus: nã ſua cuiq; inuenta placent. Sic coruo ſuus pul
lus: ſic ſuus ſimiæ catulus: ita tamen mea mihimet placẽt: ut aliena nõ dam-
nem: imortali deo gratias ago: q̃d his me uoluit in terra uiuere donis: ut for-
tunæ meæ nõ pœniteat. Quid maius mihi cõtingere potuiſſet q̃ grata uxor
nobilis: pudiciſſima: decora prudẽs: cuius ſolertia: & delitijs plurimum com
munis pollet domus? Quæcũq; ſors utriq; æqua: eadẽ fortuna: lectus ſemp
idẽ: caſtiſſimus amãtiſſimus: ex quo nobis iucũda ꝓles: tã multi liberi cões
dotibus animi & corporis exculti & inſignes: tam nobis parentibus obſe-
quentes: ut maior fælicitas: (abſit inuidia uerbo) in hac caduca ualle: mihi
euenire nõ potuerit. Ius mutuũ proinde corporum noſtrorum ſanctiſſime
cuſtoditum ut ex duobus credas non aliud eſſe quã unum: nec eſt tam ſan-
cta religio: quæ odijs: quæ iurgijs ita penitus ſit uacua: ut eſt familia noſtra.
Pro quibus Dei mũeribus ad terrã me proſterno: & oculos ad celũ iaculor:
gratiaſq; ꝓ immenſa bonitate in æternum ago. Illud quoq; neq; paruum exi
ſtimantes: quod ſeorſum a publicis rebus conſtituti: maliuolorum opera: ad
hæc deuenerimus operoſa ocia: ut his ſcribendis conſuleremus poſteritati.
Sic Cicero ob caſus aduerſos multa quæ nũc pene omnibus uiuentibus cõ
ducunt elaborauit quæ continuis actionibus in repu. in lucem prodire nõ
ualuiſſent. Sanctum id profecto ocium eſt: unde fælicitas uitæ humanæ ini-
tium ſumit. Quæ conſiſtit. In tranquillitate animi contemplando numen.
Q̃d uoluptate deliniti: ſenſuq; hallucinanties haud cogneſcunt. Hinc in-
uiti: Et anxie indignabundi e uita hac diuelluntur damnato euidenter ſigno:
mens. n. mali cõſcia: occulto quoppiam iminentis pœnæ præſagio exitum re
formidat. Ij genus hominum ſunt: qui apud principes calũnijs bonũ quẽq;
inſectant̃ ſeq; ut probos oſtendant: aliena uellicant. Sed duo Imprimis prin
cipi uigilanda: nẽ quid lingua mordeat: ne quid manus rapiat. Multa his re-
motis ſcelerũ ſeges radicitus cõuelletur. Peribũt fraudes: furti: rapinæ: rixe:
tumultus: iurgia: ſeditiones: ueneficia: Pecuniam princeps retineat non aua-
ritiæ cauſa: ſed pro bono publico. Ea eſt ratione inuenta: ut per eam: uictus
etiam uiuendi modus mortali generi ſit paratior. Multa gremio natura effun
dit ſuo: ad pulchritudinem rerum: ad perfectionem mundi: ad neceſſitatẽ ſed
peruertunt auaræ hominum mentes omne rationis decus. Quid non Mor
talia pectora cogis auri ſacra fames? Quãta uis mortalium pro habẽdo auro
quottidie perit? miſerum mortale genus quod tantopere in his laborat: in
quibus paratã ſemper inuenit perniciem. Natura fecit ut ſine uſu auri homo
uiuere poſſit. Verum hominum ſtultitia pretium raritati fecit. Sicut etiã uo
luptates cõmendat rarior uſus. At aerẽ: aquã: tellurẽ: ignẽ: tanq̃ neceſſaria in
ꝓ patulo natura: mr̃i dulgẽtiſſima poſuit. Sed q̃ parũ ꝓfutura & ut plurimũ

Amamus noſtra.

Quæ grata bẽ nũi.

Ius mutuũ

Iaculari oculos

Felicitas humana

Mens conſcia

Lingua mordax

Manus rapax

Retinenda pecunia.

Pecu. cur inuentu.

Auaræ mentes.

Pretiũ raritati.

Quæ in propatulo

nocitura in uiſceribus terræ ſe mouet & abſcondit. Mali ſunt illi profecto:ne dicam inſanos & impios qui diuitias uelut numina adorant. Qui omnē honorem putant diuitibus impendendum. Quum uirtuti cuncta parere deberent:ut per eas magis cognoſcamus & amemus deum. Tu uero princeps noſter inclyte:ita diuitias uelim ames ut his populi tui iuuentur: Male conſulunt principibus nonnulli:eſſe extenuandos opibus populos:ne nimis diuitijs laſciuiāt. Sed deprimēdos egeſtate & paupertate. Quippe omnem uim animis generoſis neceſſitas affert rebellandi. Quum tutius fore exiſtimo demereri omniū animos liberalitate. Amare & redamari a populis tutiſſimum præſidium eſt. Diuitiæ ſuis laboribus partæ nullo pacto ut diximus turpiter profundendæ ſunt. Sed conſeruandæ ut his obuiam humanis neceſſitatibus eamus. Fateor equidem princeps humaniſſime:ſi ea mihi pecuniarum facultas his temporibus adfuiſſet:quæ erat tūc quum excellētiſſimus frater tuus e germania regreſſus profecto tanta incommoda nō toleraſſemus. Faceſſant qui de me tantopere nugantur:ꝙ poſt in patriam ſfortianorum aduentum: ſumus facti ditiores. Manifeſtum quippe eſt uniuerſæ inſubriæ:quid egerim Sane ego ſummopere gaudeo: ꝙ mea itegritas omnibus cognita eſt. Teſtes ſunt multi quibus in illa rerum penuria quantū profuerim. Teſtis eſt ciuitas mediolanenſis quantum in eo fameſcentiū tumultu a me. Fuerit adiuta. Teſtis es tu ſapientiſſime princeps an opes cunctæ meæ an ego an mea omnia tibi cōtinuo paruerit. Tollo manus meaq; in aperto ante tribunal exhibeo: ſi quid unquam ſi quid eo tempore quo ſuper edicto cæſareo:tuo pariter ducali edicto:quum commiſſarius eram:ſenator:præfectus criminalium: ſuper rebelles:ac liquidationes ſiquid per me dico extortum eſt:compareant:dicāt accuſent:adſum ſiſto pedes: palam fateor: nihil aquouis quicquam habuimus:niſi id quod iure:& decreto principum conceſſum eſt. Conſciētia mens recto profecta ſemper læta eſt. Cæterum repetamus ꝙ̄ conſulta peſſime præferant ij qui exactiones in populum frequenter exigendas cōſulunt: quum nihil odioſius in principes eſſe puto. Quippe nullibi plures reperiuntur cauſæ quæ ſe obnoxias mutationi præſtent:quam ibi:ubi mēdicat populus:nullibi propenſius ſtudium ad nouitatem quam ubi minime placet præſens uitæ ſtatus:nec ulli audacior impetus ad conturbanda omnia quam illi cui eſt ſpes aliunde rapere atq; ex ſuis nihil amittere. Quid principis maieſtati indecentius quam imperium habere ſuper mendicos. Citabimus uirū fortem Fabritium Romanum:qui dixit male ſe imperare diuitibus quam ſe eſſe diuitē. Sed nos procliuibus in rapinam uelut ſurdiſſimis narramus fabulas. Nec mirum ſane animalia quoq; metus carēdi cibo auida in rapinam trahit. At auaros homines nulla habēdi ſacietas implet. Nulla eos inflat ad ſummum gloria qui cæteros antecellere cupiunt. Ideo publice rei ſtatus ijs uitijs maxime dilabitur. Ad hæc me ipſum melior uelut a publica reip. ſcheda rem meam cōpono & familiam. In primis ſum in proximum iniuria uacuus:& ſi nō diues: innocens tamen ac hilaris:genio meo honeſte indulgeo. Et ſi quid aduerſi contingit:magnam moleſtiæ partem adimit uxor inuiolabili thoro amantiſſima. Alter alterum aut cōſolatur aut præſentia iuuat. Et ſi quid forte qd ſuaue

Diuitias adorant

Amari & redamari

In penuria teſtes

Si qd extortum

Pronitas ad nouitatem

imperare mēdicis

Sacietas habendi

Vxor amantiſſima

quod bonum:& fælix accidat:uterq; in alterum impartitur libens.Et ſic mu-
tuo beneficio dei utriq; alteris congratulamur inuicem . Habeo princeps mi F.SF.
candidiſſime:id uoto:det tibi immortalis Deus tuo ſimilem dignam thala-
mo:cuius complexu candidiſſimi ueniant principes:quorum ſplẽdore Italia
& totus orbis illuſtretur.Hoc eſt mihi maxime in uotis:quia te amo Dux in
clyte : atq; obſeruo etiam pluſquã ſoleo:& amabo quoad uitã uixero:nec ob
ſtabit quorũdam iniquitas quin te impenſe amem:licet laceſſant & oblatrẽt:
& putent ſe ſolos ſapere:ſe ſolos ſcire quid principibus conueniat:& præſtet.
Sed Deo placere ſumma eſt ſcientia:qui nõ humanis indiget obſequiis : nec
adulatione capitur.Et quicquid facit:gratis facit: nec ſua bona uendit morta Sũma ſcia
libus.Proĩde princeps humaniſſime ſi ſapis : a Deo ſapis : ſi uiuis a Deo ui-
uis:ſi regnas a Deo regnas.Mihi quoq; non paruam uoluptatem Deus ani- F.SF.
mo infundit meo.ꝙ his meditatiõibus delector/ꝙ has cõmẽter fruges: qui A deo ſapi.
bus cupio multis prodeſſe.Opus noſtrarũ Ouiliarum : munus ad tuam cel
ſitudinem: licet exiguum: tamẽ magnum amoris: & obſeruãtiæ in eam meæ Opus oui-liarum.
eſt monumẽtum: & ad amicorum camœnas:ſi quid utile: ſi quid iucundum
fuerit inſertum. Tum inimici ſi forte ad has lucubrationes diuerterint:reco-
gnoſcãt ſeſe:& boni fiant:aut minime mali.Sed uereor ne perſimiles illis ef-
ficiamur:qui inſanis mederi ſtudent.Sed non ita eſt.Ea uera inſania putatur: Vera inſania
cupiditatibus non mederi ſuis:& ſemper indulgere delitiis.Maxime ii quoq;
mortales inſaniunt:qui uerum uſum peruertunt in ſingulis rebus . Modum Vorax
in cunctis ſtatuit Deus:ut iis:quæ ad uſum hominum creaſſet:moderate ute
remur.At uorax:& intemperans:rebus uult omnibus una cœna repleri.Vn-
di: parta mari:terraq; non putat gulæ:atq; uentri ſufficere.Ab extremis mũ-
di finibus quæritat:quæ palato blandiantur.Noſtris peregrina præferẽs:ſum
ptuoſa frugalibus:rara inuentu:his quæ facile ſe offerũt:mala potius eligẽs:
quam bona.Quæ nos ad magnam miſeriam:ærumnãq; perducunt. Quum
alimenta deligi debent:quæ faciliori modo comparari poſſunt : malũt eſſe I[illegible]
corpore male affecto:quam ab inſanis uoluptatibus abſtinere.Cyrus: cui in Cirus
uitato ab amico ſatis erat panis:quia erat cœnaturus apud fontem:ultra no-
nageſimum annum:ſenex admodum uixit ſine ullo dolore:& corporis ua-
litudine.Cuius regno termini erant ad orientem:mare rubrum: & Aſia. Ad
ſeptentrionem:pontus Euxinus.Ad occidẽtẽ Cyprus :& Aegyptus.Ad me
ridiem Aethyopia:Quod ſi uniuerſa ingenia conſyderabimus: maximã ho
minum partem dementia laborare comperiemus:qui neq; cibis gaudent ſalu
berrimis/nec optimis actionibus:nec utiliſſimis diſciplinis utuntur:uolupta
tibus deliniti:nihilq; earũ rerum:quæ ad bene/ beateq; uiuendum ſpectant:
agere ſtudent.Recte admonet conciues ſuos Scipio Vegius : inter omnes Scipio uegi⁹
medicos peritiſſimus:ſi incolumiores eſſe cupiunt : cibis aſſueſcant leuiori-
bus: & ſimplicioribus . Enim uero Mediolanũ:alioq urbs ampliſſima:& præ Mediolanũ
clariſſima:artibus cunctis mirifica:diſciplinis:& inſtitutis:& legibus ornatiſ-
ſima:merito princeps urbium:opibus/ populo & nobilitate:quod nũc his ui Quatuor ui
tiis laborat:negligentia reip.intemperie gulæ:luxuria:& factione: præclare ſe tia Medi.
haberet:ſi ſui Aeſculapii pareret monitis.Eſt hic profecto multiplici uirtute

excellens:non minor re:quam opinione celebrior:ampliſſimis dignitatibus:
præclaris legationibus ſumma cum fide ac diligentia:functus:magnam apud
exteros:magnam apud nos laudem conſecutus eſt:una cū Reuereñ. Geor/
Georgiꝰ andreaſius
gio Andreaſio:qui ſuo ingenio:ac uirtute apud ſanctiſſimum Pontificem no
ſtrum: & inuictiſſimum Cæſarem:tam egregiam operam edidere:ut nos: &
optimum Ducem noſtrū præſentibus e malis eripuere & a futurorū quoqꝫ
metu liberauerunt.Ideo immortali laude dignum uobis auguror uiri eminē
tiſſimi:qui pacem procurauiſtis: digni eſtis profecto qui æterno præconio
ſemper uiuatis.Nam qui inter mortales pacem procurat:ſummum bonū in/
Digni præconio
troducit.Iccirco nomē apud reges & principes uniuerſi orbis terrarū adepti
eſtis:ut ubiqꝫ ſapientiſſimi:rerumqꝫ gerendarum conſultiſſimi:& ingenio mi
precatio iuſta.
tiſſimi:atqꝫ candidiſſimi habeamini.Has ob res quid pro uobis a Dijs imor/
talibus precer? Pro tāto beneficio quid perpetuo efflagitem? Nempe ut uos
ambos:quiſqꝫ impenſe diligat:quiſqꝫ impenſe laudet:impenſe iuuet. Dii ſer/
uent uos fælices:ab improborum dolis:tutos reddant ab his: qui mendaciū
ueritati longe ante ponunt.Ii profecto ſunt:qui calumniis maxime delectan/
tur:& in bonos quoſqꝫ malignam operam cudunt apud principes. Ideo non
Quid inhumanu
debent boni principes omnia facile credere.Nec Socrati credant:niſi euidēti
ratione explicitum.Amicum.n.& ſeruum fidum propellere: ob alienam inui
diam inhumanum eſt:benemerentibus aduerſari ingratiſſimū:affligere im/
prudentia dux
piiſſimum eſt.Proinde prudentiam: quæ dux & magiſtra uitæ eſt princeps
debet ante oculos gerere:ne ab inuidorum dolis cōturbetur:qui non ſuis cō
modis proſperitatem:ſed ex alienis incōmodis metiuntur.Tu Princeps no/
F.SF.
ſter:qui a natura eruditus es(in te.n.omnia uirtutum lumina Apparent)ab
his hominibus cauere debes:qui inuidiæ alumni ſunt:& ſapientiam ſequi re
Viſus cici
nuunt:quæ multis etiam imperiis eſt ante ponenda.Qua regnante nemo ſu
pra hominem eſt in ſecundis rebus elatus.Hæc magnos ſemper præcedebat
reges.Ideo Cyrus ſapientiſſimus:ciues ſuos alienigenis præferebat: & ciui/
bus familiares:& familiaribus ſanguine coniunctos: quos amicitia inſupera
bili & mira charitate proſequebatur. Qui ſuos adiuuat: ſeipſum cuſtodit:
propinqui amandi
Nullis melius gratificari principes poſſunt:quam affinibus.Nam nemo p/
pinquis celerius audit:nemo in periculis præſtantius occurrit Auget.n.be/
niuolentiam cognationis uinculum.Demōſtrauit per id tempus quantum
uera affinitas rebus humanis perpollet:dum tuo imperio fortuna inſidiabat
Io.pa. ſfor.
princeps excelſus frater tuus Ioannes Paulus Sfortia animo inuictus & cā/
dida fide eminētiſſimus:quanta conſtantia(Dii boni)quanto labore: in tuē
da Mediolanenſi arce:in defendenda laudēſi urbe pro te operam nauauerit.
Nemo eſt:qui tam egregium facinus audiens:non ſummis laudibus extol/
lat. Sunt & alii Princeps noſter cādidiſſime:qui pro ſalute tua plurimum la
borauerūt:qui euidentiſſima pericula non recuſarunt:non labores:non mo/
leſtias:non uigilias:non ardentes æſtus ſubterfugere.Hos neceſſe eſt ames:
Semita uera
hos te decet magnis honoribus:& muneribus augere. Hæc eſt Magni ani/
mi uera ſemita:& unica uirtutis nobilitas:eos amare:eos extollere: per quos
plurima bona tibi & reip.euenere,ſic eris fortunæ uictor:ſic in te: nullū eius

erit numen:quum tanta circumſultus ſapientia: omnes animi cupiditates de- F.SF.
uincens:eos ames:quos amare debes. Tunc enim bene beateq; princeps ui-
uere incipit:quum nihil habet cum fortuna commertij. Omnia a Dei ſapien- Cōmertium cū fortuna.
tia pendere exiſtimat:qui cuncta regi prouidentia putat: ſic ſe informat: ut q̄
extra ſe gerantur a ſe geri uideantur:ſic erit: quum unum caput ſuis mēbris
uniformiter eminet. Proinde curandum ut nulli factionum ſtudio incum- ciues diuerſi
bant ciues:niſi diuerſis æmulationibus ad unum tendant bonum. Quæ in-
ſtituta plurimum Veneti uidentur retinere:quū nihil impenſius curent in ea
rep. magis uigere quam publicum. & ſi innumeræ priuatorum curæ:diuerſis Veneti duta.
ſibi occupatæ negocijs:unum tamen ordinis typum habent: uident obſer-
uant. Proinde in æternum duraturam autumo:(quātum humana aſſequi cō
iectura licet.) Ambitionis:& factionū:extirpatis penitus radicibus: & dome
ſtico auulſo diſſidio:nihil periculi timere poteſt. Multas urbes:multas opes:
& ciues:diſcordia male perdit. Ibi ideo non mirum ſi bonæ creſcunt artes:ſi
plurima pacis ornamenta præſtant:ſi plurima ciuium togata nobilitas:& pru
dentia:qua plurimum per totum orbem pollent. Nunc tantæ urbis decus:&
ſanctam morum maieſtatem:apud nos hic:unus poſt alterū: oratores apud
tuam excellentiam. M. Antonius:& Gabriel: ambo una nobiliſſima familia M. Ant. ga bnel uenetei
Venetei:oſtendunt: & repreſentant:uiri utriq; rerum uſu:& prudentia: & di-
ſciplinarum bonarum eruditione:& omni uirtutum genere clariſſimi:profe-
cto omni ſæculo amandi & obſeruandi a nobis:quum ipſi tanto noſtrū prin
cipem amore proſequant̄:& integris conſilijs:ei bene eſſe cupiunt & optant:
non aliter quam Perbonus:qui intimo ſtudioſus animo Principē gero meū:
qui noſtro ſacro nomine quicquid illi fauſte dici poteſt: auguror:& opto. Sæ
pe dia nomina rebus dicta ſuper:opem afferunt & occulta remedia inſpirāt: Dia nomia
Videt Deus:& pijs officijs adeſt: fauet bonis: deſpicit malos & qui optant:
& ambiunt indecenter honores: unde caſus ſit celſior: & impulſu præceps
immane ruinæ: Hoc craſſos: hoc Pompeios euertit: & multos obruit gloria
paucorum:& laudis:tituliq; cupido. Ve reip. ubi terū copiam pauci impro-
bi inter ſeſe partiuntur:& reliquis omnibus relinquitur inopia. Verū cautus Paterfamilias
paterfamilias ſuem ſaginatum ad paſcendam familiam hyeme iugulat. Non
ſumus ita inſolentes:ut audeamus ſapienti principi uerba dare: quod difficil
limū eſſet. Niſi plurima ætas:& lōgus rerum uſus me impelleret: ut hæc ad
uitæ commoda:& optimum reip. tegimen:proderemus. Multa bona conſilia Caſus dat conſi.
adducit caſus: quibus excogitandis nullum potuiſſet ingenium ſufficere.
Quicquid enim eſt:uel ingeniū inuenit:uel caſus reperit. In primis illud ſta-
tuendum eſt optime princeps:nihil credere ſine ratione. Nōne dempto a cor
pore ſpiritu illico dilabuntur uires? ſic ſi rationem tollas: perit omnis melior
pars hominis. Cupimus bonis uiris locum eſſe in rep. honeſtum. Cupimus
malos:& rapaces amoueri:ut omnia omnibus commodiora fiant. Agricolæ
eſt colere agrum:animalia nutrire:res tempori comparare ſuo. Boues uehen-
di:adiuuandiq; coloni laborem ſubeunt. Sed poſtquam facti laboribus ſunt
inutiles:in cibū tandem abeunt. Sic improbi exactores:ac exactionum calli Tolerantur mali
di inuentores:dum temporum qualitas:ac belli neceſſitas cogit: tolerantur.

præmiiſq; interdum honorantur:mox ſedatis rebus:una cũ colluuie impro-
borum militum deligãtur cruci:aut ligoni: aut exercendis uomeribus deſti-
nantur:quorum interitus populo fit ſalus:qui antea belli tempeſtate plurimũ
lacerabatur. Pro temporum.n.occaſione ſapiens princeps quocunq; uiro ad
id utitur in quod cuiq; eſt procliuis animus. Non enim tempore eadem ſem-
per ſunt in prætio:nec eſt quiſq; humanã tam ſupra ſortem poſitus:ut ſolus
Solicitudo quæ nõ uni. fit naturæ ſolicitudo:quæ uniuerſos ex æquo fouet. Ideo princeps quamuis
ſis ſapiens arte:& ingenio iudicium Perboni tui compatris Chariſſimi :non
Verus ſapor aſpernaberis: cuius animi ingenuitatem:& pietatem erga te tuoſq; omnes p
turbulenta tempora cognouiſti. Verus rerum ſapor nõ mutatur. At iudiciũ
bonum ſub la.um morbo:aut mala conſuetudine:atq; cupidine plerunq; deprauatur. Sæpe im-
becillæ mentis homines bonum præ manibus uerſantes: non cognoſcũt niſi
ſublatum. Noſti humaniſſime Princeps quam ſi alienus a malo lucro: quan
tum omni tempore ambitione damnem: quam ſcelera cuncta odio habeam:
Tempore p̃tioſius ſed honoris mei nõ ſum neglector. Vellem tamen tot: & tanta noſtra officia
præmio aliquo fore comprobata:deſpectus eſſem:ne inglorius ne ue uiderer
tempus floridæ iuuẽtutis in caſſum cõtriuiſſe:quod:quo charius eſt:& præ
tioſius:eo magis a nobis perſpiciendum eſt: ne temere ſine fructu dilabatur.
Vite portio. Dum uires animi ſinũt: dum memor ueturæ ſenectæ:haud iners patiar labi.
Vigil aſto quãtum queo:ne reliquus ætatis floſculus inaniter abeat. Miſeræ
Gratiæ oĩa. quando breuiſſima uitæ portio eſt: Dum bibimus:dum ſerta:unguenta:puel
las poſcimus:obrepit non intellecta ſenectus. Nobis dei benigna gratia afflu
xit:quod mens ſana in corpore ſano eſt:ſine qua nihil extra molimur: illi no-
ſtros portamus cogitatus:illi uota:ſic tibi faciundum princeps inclyte:ſic cæ
teris bonis. Hæc uelut a limine ſalutamus. Nil habet generoſus ſpiritus im-
penſius curandum:quam quæ æterna ſunt. Quæ uero noſtris affixit pecto-
ribus natura:nõ relinquimus. Filij:& filiæ:uxor optima:nepotes:domeſticiq;
non paruæ mihi curæ ſunt:ne peccẽt:ne alienis mendicent domibus. Pro-
Sine pecũia cadit nobilitas inde danda mihi uenia:ſi mutuũ repoſco. Vrgẽt mille cauſæ: urget maxime:
pro filia ſoluendi dotis neceſſitas. Modeſtia tamen petimus duce. Scis enim
ſine pecuniæ uſu omnem penitus euerti nobilitatem:magnificentiam:ſplen-
dorem:maieſtatem:& uiuendi commoditatem:ſcis tibi eſſe decori: ſcis reipu.
maxime neceſſariam:& adiutricem:in belloq; neruũ potiſſimum: & uitæ hu
Natura obnoxia manæ oportunum fomentum. Quum uita ſit uariabilius nihil:fragilius ni-
hil:infirmius nihil maxime indiget pecuniæ auxilio: quando eam innumeris
caſibus:morbiſq; obnoxiam natura fecit. Profecto pecunia eſt inſtrumentũ
in rebus humanis pretioſum:ſi capulo coniunctum eſt ſapientiæ: propterea
q; uaſtæ ex ea & immenſæ cupiditates oriuntur. Hinc eſt:quod pecunia mul
Pecunia cauſa mali ti cauſa mali extitit:dum tantum creſcit amor:quantum ipſa pecunia creſcit:
& minus hanc optat:qui non habet. Hinc eſt quod fœlicior erat ille: qui ni-
hil cupiebat:quam qui totum ſibi poſcerat orbem. Nam auari nec perſica re-
Auarus properans gna ſufficiunt animo. Hinc illi:qui diues fieri uult:& cito uult:nulla eſt reue
rentia legũ. Nec metus:haud pudor eſt properantis auari:cui lucri bonus eſt
odor ex re qualibet. Huic nec eſt magni ſceleris labor:hunc profecto dici cõ-

ſcientia facti mens habet attonitum: occultum quatiente animo tortore flagellum. Nam pœna eſt uehemens: nec ſæuior ulla eſt: quam nocte: dieq; ſuũ geſtare in pectore teſtem. Mali ſemper trepidant: & ad omnia fulgura pallẽt. Non enim bene ſperare nocentibus ægris conceſſum. Mollis: & uaria eſt formæ natura malorum. Igitur ſi habes pecuniam princeps: (nã neq; puto principi tam magno pecũiam deeſſe) utere pro rebus publicis: & in rebus magnis: unde tibi fiant immortales honores: & decora uitæ. Pluris debent eſſe mortalibus omnibus honor: nomen: authoritas: quam diuitiæ. Ideo ſi officia noſtra a te repoſcunt mutuum: hac ratione fieri te exiſtimare uelim: ut opes honori meo: nomini: dignitati apud te: tuamq; remp. inſeruiant: & inde liberis meis: ad tuæ excelleñ. ſeruitia creſcentibus fiant commodo: quos chariores immundo habeo. Et Deo immortali gratias ago quod ita eos eſſe mihi uult: ut ſunt: naturæ dotibus ornati: honeſtate & uirtutibus præditi: & q; omnem mihi pietatem ſtringunt: parentibus actutum obſequentes. Profecto ſortẽ fœlicem puto quibus dum ita honeſte & recte uiuunt: admodum ſum facilis: ut in rebus meis: quaſi ipſi domini ſint non ego. Quam perperam agant parentes qui filios uelut ſeruos habent: ex illo conijci poteſt: quot ſeruos habemus totidẽ habemus & hoſtes. Natura genuit omnes homines liberos & præter naturam introducta eſt ſeruitus. Nobis ut nati ſunt ingenua libertate ita educati ſunt omni honeſtatis cunabulo. Iecimus illis ſemina uirtutum: atq; curamus ut paulatim ætate & uſu rerum pullulent: ut quum matura effecta ſint tenacius uitæ inſiſtant. Simul ſtudemus ut in poſterũ non degenerẽt: ſed bona & aſſidua conſuetudine in dies: meliores reddantur. Nullum enim tã bonum eſt ingenium quod peruerſa conſuetudine non corrumpatur. Nec ulla tam effera tam immanis eſt bellua quæ hominis induſtria non manſueſcat. Nec tam agreſte ingenium quod adhibita politie non niteſcat. Prodigioſa profecto ac fœdiſſima res eſt in adoleſcentes corruptorum improbitas: caueant intentius parentes ne quid in ſe turpitudinis proſpectent nati uideantq; nepotes. Quoniã dociles imitandis turpibus & prauis omnes ſumus. Abſit dictu fœdũ factuq; ubi ſunt pueri. Nam maxime debetur pueris reuerentia: abſiſtat obſecro puer infans patri peccaturo & proſpiciat domum ſine labe & uitio carentem. Plurimum intereſt quibus artibus quibus moribus ab initio puer imbuatur. Ciconia pacit pullos ſerpente & lacerta: at illi mox eadẽ ſumptis quæritant animalia pẽnis. Demũ ille eſt fœlix qui gallina alba natus eſt filius: ea ſcilicet matre: quæ eſt pudiciſſima: prudẽtiſſima: ſolertiſſima. Hanc ob rem: mei gaudeant ſibi nati tanta genitrice: blancha utiq; moribus candidiſſima: cuius egregio uitæ inſtituto per ſe norunt fugere uitia: & uirtutibus aſſiſtere. At multi ſunt uiles pulli nati infœlicibus ouis: ſed ſæpe parentes in cauſa ſunt: ut filij ſe in ſcelera dedant quum ſcelerum ſe præbeant exemplo. Iccirco ſtudeant parentes inculpatis uitam ducere moribus: & ſe uelut ſpeculum intuentibus offerant: & ab operum præcipue & ſermonum turpitudine ſemper abſtineãt. Nam plurima ſunt ſiniſtræ famæ damnata: quæ filijs ignaui monſtrant parentes. Nã ſi damnoſa ſenem iuuat Alea: ludit & Hæres: & nõdum dente renato: eodem iure natantes mergere ficedulas didicit nebulone

Teſtis ſuus

Honor pluris

Mutuum

pietas patris

Domini filij

Serui hoſtes

Cura patris

Induſtria

Dociles ad turpia

cicõia paſcit

Gallina alba

parentes cã

Parẽtes ſpe

Parẽs nebulo. parente. Nec dubites quin ſit adultera filia. quæ mœchos enumerare mater-
nos uix poterat: conſcia matri uirgo fuit. Miſerum quot corrumpunt do-
meſtica uitiorum exempla. Sic princeps candidiſſime quum dij tibi dederint
filios: ut optamus: horum meminiſſe debes. Nullum maius ſuarum uirtutũ
Filius monumentum Viua imago monumentum relinquere poteſt pater quam filium non degenerem: qui opti
mum patrem optimis repreſentet uitæ modis. Non enim ille moritur qui ui-
uam ſui relinquit imaginem. Illud ſcite parari conuenit ne puer fiat indulgen
Puer indulgentiſſim⁹. tiſſimus: ne tenellus animus incipiat prius odiſſe uirtutem quam noſſe. Sed
ſæpe diſcat pauperiẽ pati: aſpera plerunq; & periculoſa noſcat progreſſumq;
uitæ quantis difficultatibus inuoluit natura: nil ſine uirtutibus emergi poſſe.
Ita mei filij per hæc aſſueſcunt adoleſcentiam uirtutibus omnibus exercent
ſuam. Vt nõ mirum ſi a patre beniuolo ſint dilecti: ſi ſint in cauſa: ut iuſte pro
curem mutuum noſtrũ id iuſtum haud ambigue ſcitur: quia lex ei beneficiũ
rependit: qui præſtitit beneficium: ſic ita noſtrum iuſte petimus. At qui tantũ
amant: tantumq; uerbis beneuoluntillis beneficium non debetur niſi ut ui-
Bene uelle uerbis ciſſim amentur: beneq; uelle rependatur uerbis. Rem autem pro uoluntate
auferri atq; retineri non conuenit. Neq; uerba ſcio redimere præcio ſed fortaſ
ſe mihi opere præcium fuiſſet potius audire quam ſcribere. Cæterum ſub le-
gitimo principe uerum atq; libere loqui: utiq; licet. Qui ſi magnus: ſi ſubli-
princ. nõ uincit̃ benefi. mi ſpectetur animo: debet a nemine beneficijs uinci. Id maxime ad uerum &
legitimum principem ſpectat. Verus autem & legitimus is eſt princeps: qui
Legitimus princeps. proximior eſt ſanguine præmortuo legitimo principi aut qui impetrauit re-
gnum a Cæſaribus Imperatoribus ſed uerior eſt qui populi ſuffragijs maxi-
me iudicatus eſt idoneus: qualis es tu ſapientiſſime dux: cui ad ſunt prædi-
F.SF. cta omnia. Es pfecto uerus princeps: iuſtitiæ & pacis ſtudioſiſſimus. Chri-
ſtianæ religioni deditiſſimus quum odio nil maius damnes quam errores qui
ex germania in Romanam ſedem circunferuntur. Noſcit ſapientia tua quan-
tas in religione noſtra demon ſtruat inſidias: quot incõſtantes & leuiores
principes malint deteriora quam patrum ſanciora ſequi decreta. Es ideo in-
adamas pri. F.SF. inter principes inuiolabilis adamas prudẽtia undiq; luces: & bonitate fulges.
Proinde oculatiſſime princeps te ipſum in conſilium adhibe: conſule animã
tuam ſapientiſſimam: a te ſciſcitare quid opus ſit factu: noli extra te quicquã
quærere. Bene es naturæ dotibus conſtitutus. Bene ſuperna es informatus
gratia: qui bene conſtitutus: bene uiuet: bene autem uiuit: qui ſemper bene
agit: bene ille princeps ſemper agit: qui digna optimo principe agit. Digna aũt
Nobilis eſt prin. hæc ſunt & maxime cõuenientia: tunc nobilis eſt princeps: Si colit pietatem
ſi exercet iuſtitiam: ſi quæ dei ſunt præ cæteris ſpectat: ſi patriæ procurat com
moda: ſi cognatis: ſi amicis: benemerentibus: ſubditis eſt officioſus. Si pro cõ
muni bono laboribus non parcit: aduerſis non cedit. Omnibus honeſta petẽ
tibus non recuſat. Publica ſalaria cito expendit. Virtutibus fauet. Probos ho
norat. Malos bonos efficit. Nil dicit facitq; ni bene præmeditatum. Domi nu
trit honeſtos & ingenioſos. Voluptates adit ad eas quæ e fontibus uirtutum
emanant. Mutua ſi qua habet nedum reddit eadem: ſed multo maiora: etiam
Cũ fænore amoris. cũ fænore amoris. Tum illud ſucciſſiuis horis haud prætererit unquã: legere

ſcilicet libros:noſcere leges:& quæ cultiorem efficiunt uitam:legere hiſtorias
ubi facta ubi dicta aliorum perpendat. Ex quibus magnam uoluptatem bo-
nus princeps capit: quum præſentia habet quæ multos ānos præterierc. Sed
quæ nā maior: ſolidior: exquiſitior:optatior:atq; omni ex parte perfectior uo
luptas eſſe poteſt:quam quum princeps audit: uel legit: authorem amicum:
& beniuolum ac optime merentem:laudes & eius geſta recitantē? An tu op-
time princeps noſtra hæc monumenta refugies? In quibus toties tuarum uir
tutum laudes ſunt digeſtæ? commemoratæ:expreſſæ? uel quæ nobis nūc oc
currit inter cætera:tua conſtantia ſingularis in illa aſpera & impia caſti i portæ
Iouis obſidione? In qua cum fortuna rerum humanarum potentiſſima ani-
moſior concertaſti. Quæ ſane tui animi magnitudine procul dubio fuit ſupe
rata:& deſpecta. Non enim ipſa præſens Imperij ruina:non tui corporis mala
ualetudo:nō impia fames:tuæ mentis ſoliditatem dimouit unquā. Qui acer
biſſimi caſus potuiſſent fortiſſimū quēq; uirū nedū cōmouere: ſed pēitus op
primere. Sed tua ſtetit firma uirtus & incōmota animi cōſtantia:nec minimū
qdē uiolata. Ita q; improba fortūa magis laſſata atq; cōfuſa quā ſatiata: ictus
ſuos tanq̃ i duriſſimū ſcopulū refractos uiderit. Quo fit ut fama uirtutū tua
rū nō modo uiuentes in admirationē traxit:ſed admonitos fecit:futurā tuæ di
uinæ adminiſtrationis fœlicitatem:quanta eſſet hic ſtatus excellentia emerſu
rus:& tua incredibili morum ſanctitate confirmandus. Quāquā multo an-
tea ex rebus tuis ſapienter & magnifice actis ſummaq; cum prudentia admi-
niſtratis:cognita uirtus animi tui eſt. Vnde de te:de bonitate tua: de mirifica
mentis ſolertia:ubiq; ſplendor & fama concinit. Etiam uſq; a pueritia:egregiā
indolem & eximium ingenium ad uirtutes omnes propenſum nouimus:quā
do in ciuitate conſtantiæ eras apud diuū Cæſarem Maximilianum. Cui poſt
Cyrum ſummum Aſiæ Imperatorem nullum ſimilem legimus. Qui quum
perſpexiſſet apud ſe quantis bonis inſtitutis:quāta eruditionum fruge:in eo
ætatis ingreſſu præualebas:optimas opiniones concitauit. Fore dicebat pue
rum hunc ſi uixerit:principum & Italiæ ornamentum. Quas opiniones non
modo ſuſtines:ſed longe ingentibus uirtutibus ſuperas:p̄ſertim iſta tui animi
conſtantia & in aduerſis imperturbato pectore:& mirificum in cunctis iuſti-
tiæ tenorem:& pietatis apertum gremiū. Quod ſi te uidiſſet magnus Alexā
der:maluiſſet tuam optare naturam:quam Diogenis Cynici:qui animum ex
celſum infractum:& in rebus humanis ſuperiorem profitebatur. Cape igitur
princeps optime:ingentes rerum prouincias:decet te huiuſmodi ſuſcipere la
bores quum parem habeas magnitudinem animi:concita reges: & principes
alios:ut tecum unis inſiſtent ſignis cōtra communes hoſtes:impios turchas:
cum quibus nulla eſt nobis naturæ ſocietas: nō flumina:non montes:nō ma
ria ſeparant:ſed fides:religio:leges:& diuerſus numinum cultus diſterminant.
Tu tua ſapientia & cōſilio Carolum Imperatorem maximum ad hæc anima-
bis bella. Eſt enim in cœli collegio delectus Impator fortūatiſſimus. Bella ge
ret:& ubiq; uincet & triumphabit:ſe uerum aget regē:& Philippi filius præ-
clarioribus geſtis ſuperabit Philippi filium:& erit maior Cæſare Romano ob
fœlicitatem:& cæleſtem gratiam. Illi enim ingentia imperia magnis ſtragibus

Legere hiſto.
Author ami cus
F.SF.
Obſidio portæ Iouis arcis
Soliditas mentis
Firma uirtus
Fortuna confuſa
Fœlicitas adminiſtratiōis
Cognita uirtus
In ciuitate conſtantiæ
Cæſar maxi
Opinio cæ. de F.SF.
Suſtinere opinio.
Prin. conſt.
Capere prouin.
Fides diſter.
Carol⁹ in cæli collegio
Philippi fili⁹
Maior cæſa. Romano.

ſubiugauere:& paſſim diffuſo cruore manus abluerũt.Sed Carolus humão
ſanguini parcet pius Imperator & clemẽs : nil amabit uiolentũ:atrox:ĩhuma
nũ.Cõponet prius xp̃iani nois reges & ſanctã hic ſtatuet rẽp.nihil indecẽtius
putabit:ciuili ſuos proſcindi diſcordia.Placatis utiq; nr̃is ut decet tm̃ Impera
torẽ:cõtra ĩpios ſcythas & turcanicas leges arma capiet. Cæſar ubiq; erit pul
Deſtinatus monarchiæ
cherrimo natus imperio: monarchiæ deſtinatus orbis certiſſima oium ſpes.
Cũctas barbaras gẽtes fidei nr̃æ iugo cõculcabit. At tu huiuſce beatæ fortu
cuſtos fort.
næ cuſtos & rector eris p̃riceps nr̃ inclyte.In hoc publicũ bonũ:potes: nedũ
tuo forti & ĩuicto milite opibuſq; ſed tuis ſapiẽtiſſimis cõſilijs pluria bona cõ
ferre.Nõ deerũt tibi cõſultiſſimi aĩ:& ſapiẽtũ p̃ſtantiſſima pectora.Habebis
Caracius
ſemp. ꝓpe te caraciũ cõſilio & prudẽtia & ſapiẽtia eminẽtẽ: bonoꝝ ſtudioꝝ
mecenatẽ:huius ſæculi & nr̃æ religiõis decus: q̃ſi numẽ cælo elapſum eccle
ſiæ & italiæ ꝓpitiũ.In te oẽs boni ſperãt:ini tuo auxilio & tutela.In cuius ẽt in
tegritate maximã Perbonus ſpẽ repoſuit.Scis tu optime dux nihil in me eẽ a
Cæſare collatũ beneficij:niſi te ĩpulſore:te authore:te ꝓcurãte.Priuilegia.n.q̃
Marchiona incisæ
mihi titulo oneroſo a diuo Maximilião de marchionatu ĩciſæ cõceſſa fuerãt:
& tuis auſpicijs ut par eſt & æquũ:pariter & iuſtũ a Carolo cõfirmata. Fore
puto plurimũ cõueniẽs amplitudini & maieſtati amboꝝ:ut bñmeriti iniuria
& ui uindicata executioni demãdent̃. Q d tu princeps cãdidiſſime frequẽter
publice emoliturũ ꝓfeſſus es.Etiã ſub fide ueri ac legitimi ducis : q̃ res uim
Carere fide.
obtiet iuramẽti.Pricipis.n.ſimplex uerbũ:carere fide & rei euẽtu turpe & de
decoroſum habet̃.Nõ.n.ignarus es.Q uot & q̃ta in aduerſis a me p̃ſtita fue
rint officia ſacratiſſimo Imperatori Maximiliano:p̃ſertim ĩ ſubſidio ueronẽſi.
Tu prô tua in eũ maxima obſeruantia & amore præcipuo me:ad id:tunc im/
puliſti:quum penitus agebatur de cõſeruanda uel amittẽda eius authoritate
Pecũia nr̃a.
& dignitate inter oẽs Chriſtianos principes.Q ua ope & pecunia noſtra ſa/
tis ſubuentum ut conſeruata & illuſtrata ſit.Propterea deceret pariter te ipſa
procurares:ut Carolus & officiorũ meorum & honoris & pro animæ expe/
ctatis ſuffragijs aui rõnẽ haberet.Sed quid ego tuæ excellentiæ hæc cõme/
Nõ p̃terire dic.
morem?Q uaſi non meliora pro me facturũ ſperem?Q uum tanta ſit ma/
gnitudo tuæ prudentiæ.ut ẽt de minimis ſingulis nõ prætereat diẽ. Magnã
Res turcha/nicæ.
tamen uitæ partem in his quæ ad remp.Chriſtianã pertinent:impendis.Præ/
ſertim quæ nunc oibus bonis ſub pectore urunt. Admonẽt em̃ res turcani/
cæ:ut optimus quiſq; princeps cogitet:quã prope cunctis emineat periculũ.
Et quia de perfecto principe loquimur:neq; eum magis curaturum putamus
q̃ quæ uniuerſæ reip.interſunt.Ideo ſi paulo altius cum tua excellentia ratio/
cinabimur:non ſit ab re.Diximus quum ſapientiſſimam aĩam poſſideas: de/
Anĩa ſapiẽ/ter.
bes Carolũ Imperatorem magnũ & alios reges ad tantũ bellum excitare. Cir
cundãt te prudẽtiſſimi multi:qui pro hac ſanctiſſima expeditione pro cõi bo
no conſilia efferent ſua:Ego quoq; ſi quid meo tenui ingenio excogitare poſ
Põ. Clemẽs
ſum:haud linguæ:haud calamo parcã.Q uæ in hac re ante oĩa ſint neceſſaria
dicã.Primo opus eſt pecunia:ſecundo opus eſt pecunia:tertio opus eſt pecu
nia.Q ua ſuis parata locis:undiq; cõfluent optimi milites:& fortiſſimi q ma/
lunt e ueſtigio mori q̃ referre pedẽ.Põtifex Clemẽs:uir magni animi & accer/

rimi ingenij ac iudicij:& ſingularis prudẽtiæ: & oĩum Chriſtianorũ Chriſtia-
niſſimus:& maximi nois: q ætate nr̃a oibus uirtutibus ornatus: & diuinarũ
rerũ & humanarũ peritiſſimus:ad hæc oino pro tuẽda & ampliãda fide:ex di
ui officio paſtoris peruigilabit. Procurabitq; ut collectis undiq; pecũijs: rem
iuuet. Pro tam pia & iuſta cauſa:fas eſt & æquũ & iuſtiſſimũ: q̃ bonis terre Vendere beneficia
ſtribus eccleſiæ exuberãt uendere:Beneficia:diuinas dignitates:officia: reddi
tus:poſſeſſiones:templa ipſa:cruces:altaria:calices p̃ciola queq; in ædibus ab
ſcondita:nã in tẽplo quid facis aurũ. Hæc oĩa in ſummi põtificis arbitrio ſunt Aurũ in templo
conſtituta. Erit fortaſſe religioſis rectius conſultũ ſi minores q̃ diuites ſunt:ſi Religioſis rectius
tenuuius & parcius uiuãt:a gulæ ſtimulis & uenere facilius abſtiebũt. Q ui
quo ſe magis humiles & obſequẽtes p̃ſtabunt: eo maiori in ueneratiõe apud
oẽs digni exiſtimabunt. Si caſte ſi pie ſi deniq; ſemper paupere uiuãt:cõmo- Diues monaſterium
dius diuinis rebus uacãtes: fœlicitatẽ magis nanciſcent. Diues mõaſterium
& opulentia affluens:pluribus rerũ oneribus:pluribus procellis & ingẽti cu
rarum ſolicitudini obnoxium habetur. Sed plurimi male ſitiũt:male uigilijs: Male ſitiunt
male ieiunijs incũbunt:iniurijs affici male patiunt. Humana potius quam
diuina curãt. Ij diuitijs ſpoliandi ſunt: qui ea rõne religionem ingrediunt:ut Spoliandi diuitiis
pingueſcãt:nihilũ poſt uitæ exitũ ſperãtes:ſed illo ocio ut fruant ſuo: nulla
uirtute redempti:tantũ ſomno ciboq; Attoniti. Idq; genus hoĩum perdendũ
fore meritũ & alii ſponſi Penelopis Nebulones Alcinoiq;. Habet Clemens Perdendum genus
Pontifex uaſtã ꝓuentuũ planiciẽ unde ingẽs (ſi uoluerit) poterit coaceruari Retinere ſacerdotia
theſaurus. Si ſpatio biẽnij p totã europã ſacerdotia q̃ innumera ſunt:eccleſiæ
xp̃i noie donata:ad hoc ꝓ cõi bono ornãdũ bellũ retineat. Facile copias quã-
taſcũq; magnas poterit alere:& reges & principes & fortes uiros ſuo poterit
inauctorare ſtipẽdio. Ipſi quoq; reges ſuis potẽtijs cõuenirẽt:Cæſar terra &
mari iuictus:fortiſſimos militũ ductores deleget. Amicos & cõgermanos oſ-
culo pacis amplexos ſecũ habebit Galliarũ & britanniæ reges: ut alter ſemp Cæſar cum regibus
expeditiõi icolumis ſupſit:ne ſi unus caſu laboraret:totus exercitus ꝑturbet.
Sunt.n.uarij bellorum̃ euẽtus:& icerta fortũæ diſcrimina. Sunt ſane hi duo Re
ges totius xp̃ani Imperij poſt Auſtriæ Cæſares opibus & armorũ potẽtia pri
marii:qbus natura benignior corpis dotes:largita eſt: & aĩ excellẽtiã iduſtria Duo reges
fecit. Virtutũ & eruditionũ ſplẽdore ueri reges ambo poterũt cũ diuo Cæſa
re oĩa hoſtiũ ꝑuertere regna. Horũ bellicæ uirtutes nobis cærtã inuũt uicto Certa uictoria
riã:ſiue hoſtiũ uelis capi inſidias:arteſq; ſiue muniri caſtra: aliaue ingenii uia
eludi hoſtes:ſiue ſenſim quũ decet referri pedẽ:ſeruariq; ordinẽ:ut nõ minus
periculi ſit cedẽtẽ q̃ iſtãtẽ adoriri. Illud potiſſimũ uelim p Italiã: p germaniã:
p Hiſpaniã:p Galliã. Britãniã optios quoſq; eligi milites: nõ unũ queq;: pauci
boni meliores ſuut:q̃ plures nũero mali. Sed q aĩo iuicti:q amplo pectore:tor- Pauci boni
ua ſtõte: celeri pede:prõptis manibus:tonſi crinibus:haud nãdi ignari: magis
iuuenes q̃ magis ſenes:aſſueti bello q̃ rudes. Magnam peritia militaris uicto
riæ fiduciã præbet. Deniq; hi reges ſapientiſſimi & duces præſint. Plus p̃ſens
regũ maieſtas ualet quã decem milia peditũ. Neminem ante regum oculos Præſens maieſtas
fugã capere puto. Ignauos ſolertes fieri haud dubiũ. Q uemq; paſſim uirtu
tem eniti:ſummo opprobrio nõ præſto adeſſe. Omnia uirtutum meritis p̃cia

adeſſe putabunt præſentibus regibus. Iccirco uetus militia Chriſtianorũ tot
Olim cui victoria. & tãtis uictorijs decorata eſt. Q uia regũ aderat ſpectata uirtus. Proinde ec
cleſia: triumphanti uexillo per totum orbem: numine fidem propagauit ſuo:
quia reges obſequẽtiſſimos habuit. Iccirco reges noſtri tãtis ſunt modo uſq;
Cur tot tituli reges. ad coelum ornati titulis: quia eccleſia uelut filios ad aſtra extulit. Hunc Chri
ſtianiſſimum: illum catholicum: alios ſereniſſimos: Cæſarem Romanum Im
peratorem regem regũ apellauit. An memorem (ut præſentes reges noſtros
ad tantam prouinciam inanimem) quanto obſequio familia excelſa & nobilis
Familia frã. in Gallia: quæ francorum dicitur: eccleſiæ Chriſti paruerit: quãtis ab eccleſia
decoramentis fuerit magnificata? Ab initio nomen & religionem Chriſtiano
rum amplexi ſunt: & ſub nomine Chriſti ad tantum rerum culmẽ peruenere.
Fracꝰ troia. Originem repetunt a franco Hectoris Troiani filio: qui poſt Troiæ occaſum
Agathias gro. in Germaniam primum applicuit. Gentemq; ex eo paulatim propagatam mi
graſſe in Galliam. Agathias Græcus author qui circa iuſtiniãi tempora hiſto
riam ſcripſit: his uerbis. Francorum natio eſt Italiæ proxima & terminis iũcta.
Veteres tamen: hos germanos dixere. Nam circa rhenum habitant: galliarũq;
magnam partem occupãt. Sunt Chriſtiani & rectiſſimæ opinionis. Hæc aga
thias. Ex quo intelligi poteſt ex ea natione migraſſe quæ trans renũ: nũc fran
Franconia conia dicta eſt. Ij tamen poſteris temporibus Theodoſio iuniore imperante
exagitati a uicinis: ſimul & mutãdi melioris ſoli gratia: in proximam Galliam
Rex codius ætius dux Belgicam cum eorũ rege Clodio traiecere: locaq; metenſium primo tenuere.
ubi Etio duce Imperatoris: deinde Gothis & Aquitanis: poſtremo Norman
dis: ac Longobardis: uaria ſucceſſione & magna uirtute ſuperatis: tota paula
tim Gallia potiti ſunt. Et ad hunc uſq; diem inter Chriſtianos inclytum no-
pharamundus men conſtituerunt. Ac contra infideles: pro Chriſti religione ſemper pugna-
uere. Horũ primus rex fuit Pharamũdus anno ſalutis. ccccxx. Genealogias
Tres progenies Fran. eorum in tris diuidunt progenies. Prima a Pharamundo uſq; ad Childericũ
tertium quæ durauit annos. cccxxx. uſq; ad annos ſalutis. Dcci. ſecunda a Pi
pino uſq; ad Ludouicũ. vi. Lotarij filium que durauit annos. cccviii. uſq; ad
annos ſalutis. Dcccc viii. Tertia uero ab Vgone capet comite Pariſienſi uſq;
ad ætatẽ noſtram. Profecto in omni progenie plurimi excellentes animo re-
ges & uirtute militari fuere. Licet in prima progenie multos aſperi uitæ mo-
Certatores pro xpo res & crudeles habuere: nondum fide Chriſti & pietate intellecta. Verũ poſt
quam ad ueri dei cultum conuerſi: & eccleſiæ diuinis admoniti documentis:
Clodoueus Clotildis; nulli mortalium pro fide contra infideles ardentius pugnauere. Clodoueus
Rex uxorem coltildem Godobaldi Burgundi regis filiam ſortitus mulierem
ſanctam: quam ad Chriſti religionem ſæpius exhortantem ſequi nollet: cum
Alemanis prælio concurrens uotum uouit: ſi uictor fieret uxori obtempera-
Remigius eps turum: re fœliciter geſta: Baptiſmo una cum tribus milibus a Remigio epi-
Rex primus Fran. ſcopo remenſi admotus eſt. Primus regũ Francoꝝ Chriſtianus factus nõ ſine
Ampulla Chris. euidẽti miraculo: miſſa cælitus ampulla per columbã dñ: ubi chriſma erat quo
inunctus eſt: & q̃ deinde ſeruata in cænobio. ſ. Remigii ad idẽ officiũ: p regi
bus impoſterũ ungẽdis. Tãtũ in fide ꝓfecit: ut proficiſcẽs aduerſus Alaricũ
Alaricꝰ rex gothorum regem: qui Toloſæ regnabat: miraculum expreſſit. Nam legerim

fluuium qui undatióe in imẽſum creuerat:eius uotis & precibus tantũ una nocte decreuiſſe ut uado tranſmitteretur:& apud pictauos caſtra metaretur. Gothos una cũ rege cecidiſſe:Ablato his regno.In baſilica.S.Martini a principe Anaſtaſio diadema ſumpſit.An noſtri reges & pricipes minores eſſent ueterum ſplendore:ſi fide ſi animo erga eccleſiam præſtarent ſpectent annales:euoluant monumenta:hauriant obſecro in ſecunda illa progenie q̃tũ illi chriſtianiſſimi Reges pro Romana eccleſia exanclarint laborum:ut non mirum eſt ſi hos deus tanta auxerit uirtute armorũ. Hinc Pipini:hinc Caroli:hinc Ludouici.Rex.n.Pipinus anno.Dccli.ſecundam inter francos incepit ꝓgeniẽ.Ambertus initio enim uir magnus ex Hiltide Clotarii.yiii.regis filia: Herchenoardũ gẽuit patrem Pipini:qui Grimoaldum ſuſcepit patrem alterius Herchenoaldi.Ex quo natus eſt Pipinus cognométo breuis a ſtatura. Hic maior domus ſub Theodorico.iii.fuit:rebus in germãia fœliciter geſtis:belli gloria floruit.Excedens euita:Carolum martellum & carolum manum filios heredes dimiſit.Martellus officio paterno ſuccedens in aula regia res geſſit.Itẽ præclares.Leo:tertio ſiquidẽ imperante ãno. Dccyiii.ſequana tranſmiſſo:aduerſus aurelianos mouens uno impetu hoſtes fudit. Rhenum deinde traijciens:ſaxones:Alemanos:Sueuos:Bauaros:Regnofrancorum adiecit.At pro fide ſarracenos ab Eudone duce:in aquitaniam uocatos apud turonũ memorabili clade afflixit.ccclxxxy.milibus partim cæſis ptim captis:Partim fugatis.Poſt item aliquãtulum temporis: Amoreum alterum eorum regem ex Hiſpania ſuppetias athimo apud Narbonem obſeſſo ferentem cum toto exercitu trucidauit.Hinc gothos inimicos eccleſiæ qui Hiſpaniam citeriorẽ & galliæ partem.ccc.Iam ãnos turbabant deleuit: præter paucos qui ad barcinonenſium opem & loca confugere. Expulſis externis nationibus:Galliam omnem francorum regno ſubiecit.Defuncto Carolo martello duo filij ſuperſtites fuere:Carolomanus & Pipinus:Ille in Bauaria:& Alemania: & metẽſi rem curabat:hic in Burgundia:Francia:& aquitania dominabatur.Carolomanus romam petijt ut ſalutaret pontificem Zachariam & reliquias ſanctorum ueneraretur mox diſcedens in cænobio caſinẽſi in italia monachum egit.Pipinũ uero alterum filium & huius Caroli fratrẽ franci adhortante eodem pontifice:priuato ob ignauiã Chil perico rege publice regem creauere.An.ſalutis ut dixi:Dccli.illico ut creatus eſt rex Pipinus rem eccleſie tutatus eſt. Stephano ſecundo pontifici ab Aſtulpho Longobardorum rege oppreſſo & in Galliam fugienti ſuppetias tulit hiſq; traiectis alpibus coegit lõgobardum eccleſiæ cedere.Moriẽs hic duos filios reliquit Carolomanum & Carolũ cui poſtea magno cognomẽtum fuit.Sed illi breui uita fuit:At hic Carolus multis præclare geſtis illuſtrior factus:magnitudinem nominis per orbẽ propalauit:ſed nullis in rebus maior apparuit quã ꝓ fide xp̃i & in rebus eccleſiæ iuuandis.Acceſſitus in Italiã ab Hadriano pontifice:longobardos qui iam fere.cciiii.an. Italiã occupauerant deſiderio rege per obſidionem papiæ in poteſtatem recepto:expullit. Reuerſus domum ſaxones Acerrimos hoſtes domuit & fidẽ xp̃i adire coegit. Aduerſus Aigolandum ſarracenũ Hiſpãoſq; male de fide ſentiẽtes expeditionẽ nobilẽ

Anaſtaſius
Rex pipin⁹
pipi. breuis
Carolus mart.
Carolomanus.
Sarracenoꝝ cedes.
Amotreus
Deleti goth
gallia regno fran.
Carolomano
pipinus rex
Stephanus ponti.
Carolus magnus.
Longobardi.
Aigoládus.

ſumpſit. Breui tẽpore ſubiugatos reddidit & ubiq; Chriſti nomen coli iuſſit. Sed rediens in Galliam in Vaſconum inſidias incidit: quos poſtea tetra cæde affecit ubi Rolãdus comes Cenomanẽſis ex Milone & berta Caroli ſorore gẽitus ceſus fuit. Quã hiſtoriã turpinus ꝑſul remẽſis q interfuit exactiſſime commemorat: de qua re multa uulgus fabuloſa recinit. Rurſus italiam repetens beneuẽtanos qui in põtificem parabant repreſſit. Taxillonẽ bauariæ ducem impellente uxore quæ filia deſiderij fuit res nouas molientem ſola legatione ſedauit. Hunnos qui pannoniam diu occupauerant maxima clade affecit. Gotufredum Normandorum ducem francorum ſocios uexantẽ in poteſtatem redegit. Leonem. iii. Pontĩ: a Romãis expulſum: compreſſa ſeditione: in ſedem reſtituit. Pro quibus meritis a pontifice ipſo Imperator primum cõſalutatus & nomen quod Annis. fere. ccccxxx. ceſſauerat occidenti reſtituit. Domi quoq; nõ minori dignitate ocium geſſit artes liberales: & ſcientias oẽs & pietatem colendo. Studiũ Pariſij primus inſtituit. Tum ſacra loca ædificando: iter quæ. xxiiii. cænobia: tum nobile illud templum. S. Martini Aquiſgrani ubi ſepultus eſt: Annis ætatis. lxxii. Impij. xiiii. ſalu. Dcccxv. liberos reliquit. vi. Cotrudẽ: Bertam: Gillam feminas: mares uero: Ludouicum: Carolum ac ex concubina Pipinum. Quem Hadrianus Rome ex ſacro fonte leuauit. Ex quibus tantum ſuperſtes fuit Ludouicus ac Imperij ſucceſſor. Bernardũ uero ex Pipino filio nepotem Italiæ regem creauit. Traditur Carolus omnia quæ pater Pipinus pontifici dederat probaſſe. At Ludouicus non minori pietate quam pater eccleſiam coluit. Bernardum Italiæ regem primo quidẽ probauit: mox ubi cõperit Imperiũ affectare captum ſecuri percuſſit. Ipſe q̃tuor ſuſcepit liberos Lotarium: Pipinum: Ludouicum: Carolũ cognomẽto caluũ. Sed Lotarium in bernardi locum ſufficit: Pipinum Aquitaniæ: Ludouicum Bauariæ: Carolum caluum ex alia uxore ſuſceptũ Franciæ Burgundiæ. Hos omnes reges conſtituit a quibus multa incommoda paſſus & incarcerem cõiectus eſt. Sed poſt annũ ab iiſdem in priſtinam dignitatẽ reſtitutus eſt: quæ omnia ciuiliter tuliſſe fertur: unde pius cognomento appellatus eſt. Stephanum. iiii. Ponti. Galliam petentem magno ſpectantium apparatu excepit. A quo apud ciuitatem Aurelianenſem ſacro diademate coronatus eſt. Conuerſus ad bella Viomarcum tyrannum Britanniæ regem occupantem in prælio obtruncauit. Bulgaros Pãnoniam inuadentes repulit: Michaelis Imperatoris græci legatos de imaginibus ſanctorum referentes ad Romanum pontificem reiecit. Libros Dionyſij Ariopagite in latinum conuerſos ab iiſdem dono accepit. De pietate huius erga Romanam eccleſiam multa ferunt̃. Extat in monumentis publicis nobiliſſima eius donatio: de omnibus his urbibus quas nunc Pontifex habet. Succeſſit paternæ pietati Lotarius qui quum de Imperio cum fratribus diſceptaret: uoluntati pontificis ſergij acquieuit: ut Carolus Galliã: Ludouicus Germaniam teneret: Lotarius cætera Imperiali nomine poſſideret. Tris ſuſcepit liberos Ludouicũ: Carolũ & Lotariũ. Huic ultimo ea pars obtigit: quæ inter auſtriam & prouinciam ſita: de ſuo poſtea nomine Lotorigia dicta eſt. Poſt hæc quum orbi Annos. xv. preeſſet: relicta Ludouico rerum cura Imperio ſe abdicauit: & in cœnobio monachum egit:

Marginal notes: Rolandus — turpin⁹ eps — Taxillo — Hunni — Leo terti⁹ põ — Caro. prim⁹ imperator — Studium pariſii — Sepul. Caro. — Filii imperatoris — Ludo. rex — Ber. rex ita. — Mors ber. re. — Ludo. regis. fili. — Quat. reges — Patientia regis ludoui. — Stepha. pon. iiii. — Michael ĩpe. — Libri Ario Di. — Donatio eccle. — Lotarius rex & impe. — Lotorigia — Agere mõa.

Ludouicus ſecūdus uiuēte patre Anno ſalutis Dccclyj. Romam profectus a. Sergio pōtifice diadema ſumpſit. Filios habuit Carolum & Ludouicū qui Francis germaniſq; præfuerunt. Amātiſſimus ante alios Nicolai Pontificis cuius creationi Romæ interfuit deq; communi conſilio ambo cuncta regebant. Fœlix reſp. Chriſtiana quum Pontifex una cum Imperatore ad commune bonū conſulunt. Imperauit ānis. hic. xxi. deceſſit Mediolani ubi etiam tumulatus: ſucceſſit in Imperio Carolus. ii. cognomento caluus Ludouici pij filius. Hic antea uocatus Romam a Leone quarto in auxilium contra ſarracenos qui iam mænia tenebant urbis: illico cum magnis copijs ad fuit: & parta uictoria reuerſus Galliam: ſed audita Ludouici Imperatoris morte Romam repetens a Ioanne octauo Imperator creatus eſt Anno. cccccccclxxx. extat huius uictoriæ inſcriptio marmorea Rome in templo Diui Michaelis in uaticano quæ adhuc uiſitur. Vixit hic in Imperio annis. yi. Mātuæ ueneno ſublatus ut creditur a ſedechia medico hebreo. Sed patruo ſucceſſit Ludouicus cognomento Balbus: quem Ioannes octauns elegerat ſed hic biennium nō exceſſit: habuit Carolū fratrē ſucceſſorē cognomēto Craſſum: cū quo uiuēs ſimul iꝑauit: relinquēs duos filios Carolū cognomēto ſimplicē Franciæ regē & Carolomanū patrē Arnulphi q poſtea Cæſar fuit. Tenēre Imperiū ꝑ annos decem Carolo Craſſo Normani qui annis. xl. bellis aſſiduis francos uexauerant: apud carnutes prælio memorabili uicti ſunt: a Ricardo Burgūdiæ duce & Roberto comire Pariſienſi patre odonis eius qui poſtea regnum francorum adminiſtrauit. Fuerunt eo tempore normandorum duo duces Rollo & Gello quorum Rollo idem & Gottifredus appellatus inita cū francis cōcordia Caroli huius imperatoris filiam in matrimoniū duxit & per Robertum comitem ſacro Chriſti fonte ablutus Ruberti nomen accepit. Is igitur primus dux Normandorum Chriſtianus: Gēuit Guillermum patrem Ricardi tertij & Ruberti Guiſcardi: q Robertus apuliā & Siciliā in Italia acqſiuit. Ac Alexiū Imꝑatorē bello uicit: Carolus aūt Imꝑator poſt hæc geſta cū paulatim mēte laberet ei uiuo ſubrogatus eſt Arnulphus Carolomani filius Ludouici Balbi nepos q ānis. xii. imꝑauit: e Gallis ultimus Cæſar q̄q̄ filius Ludouicus a Gallis patri ſubrogatus: nec a pōtifice ꝓbatus. yi. ānis. imꝑauit. A berengario deīde Imperatore ſuperatus atq; interfectus. Sic in Gallia deſitū imperare: quum per ānos prope centū imperaſſent. Secuti ſunt & reges in Gallia Carolus ſimplex Ludouici Balbi filius puer poſt patris obitum natus qui quum regnaſſet pluſquā. xxyii. annis dolo exceptus ab erinberto ſororio carcere perijt. At edina uxor, cum paruo filio Ludouico ad patrē Eduardum in Angliam confugit. Et Galli Rodulphum Riccardi Ducis Burgundiæ filiū regem deligunt: quem olim Carolus ſimplex ſacro fonte abluerat. Hic eſt ille Rodulphus qui ab Italis uocatus: contra Berengarium: uictoriam habuit: reuerſus tres ānos regnauit. Sed defuncto: Ludouicus puer ex Anglia reuocatus: regnauit an. ix. Hic ex Giſberta primi othonis ſorore lotariū gēuit: qui pri defūcto in regni adminiſtrationē ſucceſſit. Sub quo Vgo magnus comes Pariſiēſis: factus eſt Dux Frācoꝝ q fortiter dimicās cōtra Normādos capit: ſed auxilio othonis tunc Imperatoris liberatus rurſus exercitū Francoꝝ regebat.

Ludo. ſecū.
Pon. & iꝑe.
Car. Clauꝰ.
In ponti.
Inſcriptio uicto.
Ludo. balbꝰ
Car. craſ.
Car. ſimplex
Carmanus.
Normani uicti.
Ricardus
Odo
Rollo
Gello
Primus dux norm. chriſt.
Robertus rex apu.
Arnulphus
Vltimus cæſar.
Deſitū imperare
Carolus ſimplex
Edina
Rodulphus
Ludouicus
Lotarius
Vgo magnꝰ

Ac lotarius iterim ueneno deceſſit dato ab uxore adultera. Cui ſucceſſit Lu
Ludouicus douicus filius qui biẽnio & ipſe eodẽ fato perijt blãcæ coniugis opera. Vlti
mus in Caroli familia. Succeſſit tertia regũ progenies ex nobiliſſima familia
Tertia regũ proge ex comitibus Pariſienſibus: Vgo Magni Vgonis filius: cognomento capet:
quod capitia ſic Gallice per iocum alijs auferre ſoleret. Regnauit annis.iiij.
Vgo. capet. Robertus cui ſucceſſit Robertus filius: qui nedum militiæ ſed religionis ſtudio mirifi-
cus. Horas canonicas quottidie obibat: fertur qđ ex eo ꝓdigium in cuiuſdã
Prodigium oppidi obſidione: irruptione hoſtiũ nuntiata nõ prius occurriſſe quã cœptas
horas abſoluiſſet. Ex quo & hoſtes non minus fugauit: & corruentibus mu-
Burgundia ris oppido potitus eſt. Multa pia loca erexit & auxit: ex Henrici ducis ſine li
beris decedentis teſtamento Burgundiam aſſecutus eſt. Sed Burgundi ad
Conradum Imperatorem poſtea defecerunt quum annis.cxxx. Gallis paruiſ
Henricus ſent. Succeſſit Roberto Henricus filius qui quum regnaſſet annis.xxx. mo-
Philippus ritur ſuperſtitibus liberis Philippo & Vgone qui magnus cognominatus
Vgo. eſt. Philippus huius nominis primus regnauit ãnis.xlviii. Vgo frater Philip
pi inclitum nomen in armis inter duces ſacræ expeditionis cõtra infideles cõ
ſecutus eſt. Hæres Philippi in regno Ludouicus fuit cognomẽto craſſus ob
Ludouicus uaſti corporis molem: qui excedit anno. Regni.xxii. cui ſuffectus filius Lu-
douicus hic.xlviii. regnauit. Egit ex uoto contra infideles expeditionem Hie
Hiero.expe. roſolymitanam una cum Conrado Imperatore: Eugenio Pontifice probãte:
ſed fruſtra iter per Syriam faciens fame oppreſſus una cum alijs eodem an-
no domum reuertitur. Verum quum iam ſexagenarius liberis careret: iuſſit
Votũ ꝑ filio omnes ſubditos uota pro ſobole facere. Quo factum eſt ut anno ſequẽti fi-
lium ſuſciperet Philippum: qui poſtea Auguſtus cognominatus eſt. Auxic
hic rem Gallicam regnans per ãnos.xliiii. patris imitatus exemplum expedi-
tionem eandem & ipſe cum Ricardo Angliæ rege multiſq; alijs principibus
Saladinus ſumpſit. Cum ſaladino primum cõcurrens uictoriam habuit: uerum infœlici
diſcordia emergẽte cum Anglo: domum reuertitur. Reuerſus Angliæ bellũ
mouit in quo Ricardum deinde filium Ioannem ſuperauit. Idem de Otho-
ne Imperatore uictoriam apud belgas adſecutus uictoriæ nomine Cœnobiũ
S.luanectũ apud Siluanectum excitauit. Ciuitatem Adægauenſem dirutam reſtituit. Iu
Judei expul. deos omnis expulit moriens anno. M.ccxxiii. multa religioſe legauit. Reliqt
heredem regni Philippum filium hic clarus nõ alia re quam quod pater: fuit
S.ludo. S.Ludouici quãquam & ipſe cõtinentiſſimus fuit. Habuit ab initio diuus
hic ſemper aduerſas fortunas ea ratione puto: ut ad patientiam exercitaretur.
Puer adhuc in tutela matris blancæ: detecta coniuratione: coniuratis peper
Iſare fluuio cit. Iuuenis nõ procul ab iſare fluuio cœnobium extruxit: collocatis in eo mo
Art. pietatẽ nachis ciſtercienſibus: quottidie.cxx. pauperes alebat mendicos ulceroſoſq;
etiam manibus curando. Libenter huiuſmodi reges commemoro: ut cogno-
Gaude ꝓnc. ſcant cæteri principes quam immortalem locum apud Deum & celebrem fa
mã hij indipiſcant. Gaude tu princeps noſter humaniſſime: qui tãta pietate
in pauperes uteris. Hæc eſt quæ te euehet ad Deos terrarũ dominos. Hæc
eſt quæ cæleſtẽ accolã fecit Ludouicũ regẽ. Hic non ueritus Syriã cũ exer-
citu petere: adhortãte Inocẽtio quarto: qui 8&ſi ad primũ appulſũ in ægypto

peluſium nunc Damiatam ceperit:tamē ut dixi:ut eius deus patientiam pro
baret:fecit ut caperetur in bello a ſarracenis pro cuius redemptione neceſſe
fuit reddi damiatam. Reuerſus in Galliam ardentius ad pia uota & officia
ſe conuertit primum purgando regnum ſceleribus fœneratores: iudeos: alea
tores:ac impia in deum uerba dicentes regno excedere iuſſit. Q uum alterā
in Carthaginem contra ſarracenos tentaret expeditionem duobus ſecum fi-
lijs adoleſcentibus & Theobaldo Campaniæ comite ductis:ubi primū pro-
ſpere dimicauit. Deinde peſtilentia paſſim caſtra occupante: ipſe una cū Ioā
ne filio interijt octauo Kalendas ſeptembris. M.cclxx. quum regnaſſet anno
nis. xliij. Plus ꝓfecto Deo placebat animi illius probata patientia quam ui-
ctoria; ſic priceps noſter tibi conſiderandum:ſi quando aduerſa ingruūt:pa
tere & abſtine:Deiq; te dede manibus. Ille huiuſce uiris non terreſtre regnū
promiſit:ſed locum in cælo perſcriptum oſtendit. Proinde cognitis tot eius
ſanctiſſime rebus in uita actis a Bonifacio octauo inter diuos relatus eſt. Ita
hic in his de uero principe libellis placuit longa regum & principum recen-
ſione uti:ut ex his eligatur quos imitari:atq; euitare poſſimus. Vide qui nam
poſt eius mortem ſubſecuti ſint. Nam Philippus defuncto Ludouico patre
rem adminiſtrādā ſuſcepit:cum Petro Aragonenſi pro regno Siciliæ nauali
prælio conflixit ſuperior fuit: inter Genuenſes & Venetos poſt longum &
maximum bellum author fuit pacis. Regnauit ānis. xv. Hæc pauca bona ſe
cum portauit Philippus ide cognomēto pulcher & nominis & regni ſucceſ
ſor Annis. xxviii. regnauit. Graues cum Bonifacio Pontifice inimicitias ex
ercuit. Sacris ab eo interdictus:q, eius nuntium contra infideles exhortan-
tem iuſſerit conijci in carcerem. Sed tu princeps noſter obſerua: ut paruus
in principio error quantos ſecum in fine errores trahat. Sarram columnam
tunc forte bonifacij inimicum ac profugum in littore Maſſilienſi cognitum
ac redemptum a piratis cum ualida triremi contra pontificem mittit. Q uem
ille Ananiæ in domo paterna captum Romamq; deductum in carcere ſtran
gulauit. Reliquit Philippus tres filios Ludouicū cognomēto Glutinū: Phi
lippum longum & Carolum:ſed ij paucis annis ſuperfuere. Iccirco deficiēte
reliqua ſobole:requiſitus eſt proximior Philippus Valeſius filius Caroli co
mitis de Valeſio q Carolus Philippi pulchri regis germanus fuit. Hic itaq;
regno ſucceſſit:Reclamāte Eduardo Angliæ Rege:ac Galliæ Regnum ex-
poſtulāte iure Iſabellæ filiæ Philippi Pulchri quæ Eduardo eius patri nupta
fuerat. At Philippus Valeſius ſe tuebatur lege Pharamundi primi francorū
regis que iubebat ut uirilis tantum ſuccederet proles. Sed uentum ad arma
Anglus Aſcitis Flandrenſibus: prælio cōmiſo ubi ſupra. xxx. milia cecidere:
Philippum ſuperat. Ei q; Geſſoriacum portum nunc Caleſium abſtulit. Ex
eo ſubſecuta ſunt iter utroſq; populos odia. Dicitur inde Philippus Viennē
ſiū pricipatū emiſſe. Cui defuncto ſucceſſit filius Ioānes:q & ipſe reſumptis
armis:nō meliori fortuna uſus eſt nā ab Anglo capit̄ ſimul cū Philippo filio:
ſed dimiſſus cōditiōibus qbuſdā: quū nō ſtetiſſet: ab Eduardo terra & mari
multis icōmodis afficit̄. Et qa deceſſerāt non mō Philippus ſed Ioānes Phi
lippi filius:& nepos Philippus:erat Carolus dux Burgūdiæ Philippi filius &

purgare regnum

Ludouici mors

patiētia pl9

F.SF.

Quos imitemur

petrus aragonen.

paru9 error

Sarra colu.

Bonif. pōti. ſtrangu.

De valeſio

Eduards

phi'i capitur

Caleſium

Carolꝰ dux — frater Ioannis:qui regno ſuffectus eſt. Qui reliquit & ipſe duos filios Caro-
lum & Lodouicum. Carolus ui ſuccedens contra Flandrenſes bellum geſſit
Leo rex ar-me. — qui ab eo deſciuerant. Ad eum in Galliam confugerat Leo Rex Armeniæ a
turcis expulſus:qui omni ingenio conatus eſt pacem componere inter reges
ut contra turcam arma ſumerentur:ſed non potuit. Domeſticis bellis im-
plicitus rem laudabiliorem ommittit. Fuit alioqui in ſenectute: mentis deli-
quio mancus. Sed moriens Carolum filium ſucceſſorem reliquit. Hic bellũ
Normanni — cõtra Anglos ſuſtinuit-Normannos oppreſſit: Rotomagum cæpit: Burde-
galenſes rebelles diruit:Magdalenam filiam Laodiſlai Pannoniæ:Boemiæq;
regi locauit. Ludouicum filium Delphinum appellatum his rebellem ſenſit.
Pragmatica ſanctio — Quod paterno ciuiliq; animo tulit. Galliæ concilio pragmaticam ſanctionẽ
inſtituit aduerſam pontificum poteſtati:per quam omne ius: & officia ſacer-
dotalia conferendi ſibi uẽdicabat. Dum erat illa ſtatus perturbatio: fertur ad
Virgo miſſa — eum ueniſſe uirgo una nomine Ioanna annorum .xx. dictitans ſe a Deo miſ-
ſam:ut regnũ tueretur. Quæ more Amazonis militiam exercuit: multa ope-
roſe egit. Tandem a Burgundiõibus: ac Ioãne Lucinburgo capta & Anglis
Ludo.xi. — diuendita:ab eis cremata eſt ſub p̃textu magicæ artis:quã habere credebãt.
Sed defuncto Carolo ſucceſſit Ludouicus.xi. Fuit hic uario:& inconſtãti in-
genio uariam & inconſtantem fortunam paſſus. Carolo fratri apud Burgun-
dum agentes res nouas molienti magna ui militum reſtitit. Ioannem Cardi-
Cardinalis capitur — nalem Andegauienſem: quod clam Burgundi partibus ſtuderet: capi iuſſit:
ac annos fere.xii.cuſtodia teneri. Fruſtra per oratores eſt Paulo pontifice repe-
titus. Sixti quarti demum præcibus condonatus: cum Iuliano Cardinale. S.
Niceus car-dinalis — Petri ad uincula legato:Romam uenit. Cũ Philippo Burgũdo: ac eius filio
Carolo:diuturnum:& graue bellum geſſit:fruſtra reclamante Niceo Græco
Cardinali:qui illic legationem agebat. Cũ Franciſco Britanniæ Duce habuit
de finibus contentionem. Vnde periculoſiſſimum eſt exortum bellum. Nã
quum apud Turonem pro apparatu belli faciendo proceres regni ad conci-
lium euocaret:qui quum conueniſſent: atq; non pro rege: ſed contra furtim
inter ſe tractarent:pene in maximum diſcrimen adduxere. Capita horũ fuere
Coniuratio — Carolus Biturigum dux regis frater:Carolus Philippi filius Burgundus: Frã-
Coniurato-rum nomia — ciſcus Britannus:Ioannes Borbonenſis:Ioannes Alaconienſis:Ioannes An-
degauienſis Renati filius:Cennomanorum Ludouicus Montiſpenſerij:Ioã-
nes Anneniacus:Ioannes Alebretenſis: Ioannes Duneſinorum Britannus.
His auxilijs fultus:dum cuncta interim parantur:pacẽ cũ rege ſimulat: atq;
dum agitur de conditionibus:dux Borbonius agrum uaſtare cœpit. Ex alte-
ra parte Burgundus ingenti exercitu ad obſidendum Pariſios pergit. Rex
eo uelociter ſe recepit:cinctuſq; ex omni parte ab hoſtibus: Ducis Franciſci
Rex cinctus F.SF. — Sforciæ auxilium petit:ratus ſi poſſet opem a Marte:& fulgure belli impetra-
re:facilius his inſidijs emerſurum. Sed Diuus Franciſcus Sfortia: qui tũc in
Italia: & per totum orbem maximã militiæ auctoritatem obtinebat:illico Ga-
Galeatius ſfor. — leatium filium cum magna:& inuicta militũ manu in Galliam mittit. Quo
adueniente ita reſcipiſcere rex cœpit:ita hoſtes Sfortianorum militarem uir-
tutem perhorruere:ut iam de ineunda concordia cogitarent. Itaq; Britannus

primus

primus cæteros conciliauit:inſtituitq; ut inuitati omnes in conuiuio iuratēt:
Inuitati iurarent
ſe poſt illa regi fideles fore. Atq; hoc pacto res biennio poſt : compoſita:anno
M.cccclxvi.ſecuta ſunt Ludouico Q uietiora tempora:& quia diu ſine libe
ris fuit. Tandem ex Carlotta Ludouici Sabaudienſis filia Carolum octauum
Carlotta Carol᾿octauus
genuit. Cui uiuente patre margarita Maximiliani regis filia pacta fuerat: qua
poſtea abdicata Annam duxit Franciſci Britanniæ ducis filiam ac patris regni
hæredē. Ex quo Carolus eſt omni Gallia potitus. Q ui iam patre defuncto:
animum ad antiquum regni Neapolitani ius repetēdum adiecit:auxit illi uo
luntatem Ludouicus Sfortia qui cum Aragone mutuum odium gerebat. Cu
piebat Alphonſus ut gener ſuus Ioannes Galeatius dux eſſet:ueramq; Impe
rij adminiſtrationem reciperet:atq; ut Ludouicus ab hoc munere decederet.
Hinc inde:maxime in italia perturbationes ortæ : adiutus pecunia : itaq; rex
Perturbationes
ab ipſo Sfortiano principe & a nonnullis Florentiæ nobilibus : qui in ea rep.
mutationem fieri cupiebant in Italiam uenit:anno. M.ccccxciiii. menſe octo-
caro. in italiam
bris:apparatu tum peditum.xxii.tum equitum.xv.milibus:inſtrumentorum
quoq; bellicorum curribus centum. Excitabant etiam eū regni principes qui
aduerſabantur Alphonſo:oſtendentes regnum iure gallo deuolui:ob inueſti
turas ſex & uiginti:euidens indicium:a diuerſis pontificibus & duobus pu-
Inueſtiture
blicis concilijs aſſertum. Habuit Carolus per plures menſis fauorariam for-
tunam:per mediam Italiam imperioſus proficiſcens Florentiam ubi mediceis
omnia dedentibus & impetrata pecunia Romam peruenit. pridie Kalendis
Iannarij in ædibus diui Marci inſedit. Tria a pontifice petijt: arcem Hadria-
ni:obſidem filium ualentinum: & turcarum regis fratrem captiuum:duo ul-
tima conceſſa ſunt. Atq; iniecta pacis conditione:pontificem ſalutatum adit.
Tria petiit
Duos ex ſuis cardinales creari uoluit:inde poſt.xxvii.dies Neapolim uerſus
caſtra mouit. In medio itinere obſes Valētinus arripuit fugā. Tantus undiq;
Valentinus
erat diffuſus timor:ut uſq; Neapolim nullum uiſus eſt habuiſſe aduerſariū.
Vt noſcere euidentius poſſes quanto ſint principes in terra compoſiti fauo-
req in ſubditos nulla pietate utunť. Q ui.n. ſuo cōmodo tantū dominanť
haud diu regnare poſſunt. Dei in his efferebatur iudicium : quando tantæ
Qui diu nō regna.
Aragonum opes tam cito ceſſerint. Profecto non regnant quorū iudicia ipſo
iure nulla ſunt. Q uam ſapientiſſime facis tu princeps noſter quod nil in ſub
F.SF.
ditos excogitas:niſi amantiſſimum. Q uā rectius feciſſet Pontanus uir alioq
Pontanus
eruditiſſimus qui tam impudēter noſtros inſectatur:ſi ſuos excuſſiſſet : quū
domi ſuæ materia non deerat & carne ſua ſatur eſſe poterat. Erat undiq; ter-
carne ſua
rori Caroli fælicitas:expulſo Aragone:uſq; adeo inuictus exiſtimabať:ut etiā
turci ipſi de relinquenda Græcia cōſilium iniſſe dicantur. Iiſdem temporibus
defuncto Ioanne Galeacio duce adminiſtrationem imperii inſubriæ Ludoui
cus patruus aſſumpſit. Sic procurāte procerum & populi multitudine. Præ
ſertim Galeacio Vicecomite & pluribus alijs ex ſancto Seuerino. At nouus
dux inito fœdere cum Venetis & pene cū totius Italiæ principibus: quibus
potentia tanti regis erat formidabilis : dat operam regem ex Italia expellere.
Cæterum rex audiens unis atq; aliis nuntiis quæ itali principes parēt:multis
in regno relictis illico cum reliquo exercitu in Parmenſem agrum peruenit

Veneti cum Sfortia. ubi Veneti cum Sfortianis ingentes copias parauerant: eſt q̄ apud forum
Dimicatum nouum iuxta tarum fluuinm totis uiribus dimicatum:magno cum periculo
Gallorum ac non ſine ſtrage italici exercitus. Abijt ille ex italia multis ex ſuis
Io.ia.tri. intereṗtis. In regio exercitu duo potiſſimum Italico genere fuere Io. Iacobus
Nico.ur. Triuul. Alter Nicolaus urſinus Pitiliani comes. Pro Venetis ſtetit Frāciſcus
Gonzaga. Pro Sfortianis: Io. Franc. ſeuerinas. Pitilianus qui ab initio belli ca-
ptus una cum Virginio Vrſino ſed e cuſtodia dimiſſus atq; regia militia au-
Pitili. tranſfugiens ctoratus ad Venetos in medio conflictu tranſfugiens: cauſa fuit ut illi qui iā
acie collabente fugam ſpectabant: uiſa tanti uiri præſentia ſteterint. Verum ſi
itali uirtutem militarem maluiſſent potius ſequi quam prædam haud euaſiſ-
ſent Galli. Snnt qui uelint Ludouicum Sfortiā: Regem ſaluum fore: occulto
mandaſſe ſuis ita euenire. Rex igitur in Galliam penetrauit: ubi biennio poſt
Caroli mors e uiuis exceſſit: ætatis annis ſui. xxiiii. Regni. xy. ſalutis. M. cccc xcvij. Huic ſi
ne liberis decedenti: Ludouicus. xii. dux Aurelianenſis e ſanguine regio ſine
Ludouicus octauus controuerſia ſucceſſit. Cui in Italiam proficiſcens Carolus regni adminiſtra-
tionem delegarat. Aſteq; in præſidio dimiſit. Hanc ille iure dotis auiæ cepe-
rat: inde Nouariam inſuper inuaſerat: quam Sfortiani cū Venetis poſt regis
Ludo. Aure. reditum: multis menſibus obſederūt. Tandem Ludouicus fame coactus cer
tis conditionibus dimiſit. Habuit hic auum Ludouicum Aurelienſem: qui
quum in regno Francorum gratia & authoritate magnopere polleret: a Ioan:
Burgundiæ duce ob inuidiam interfectus eſt. Vnde bellum atrox iter utroſq;
populos ortum: excitante ad uindictam lachrymis & queſtibus Valētina cō
Valentina iuge. Quæ fuerat Io. Galeatii Vicecomitis filia: uirtute uirago & omni laude
præclariſſima mulier. Reliquit Ludouicus Carolum ex ualentina filiū. Qui
olim bello Anglorum captus centum ſe milibus ſcutorū redemit. Petijt hic
Mediolani principatum: poſt Philippi Vicecomitis mortem: iure matris hæ-
reditario: ſed quia neq; huic: nec filio ludouico ex matrimonio eliuentium du
cum familia: ſuſcepto: ſatis uirium erat: Ad uendicandum tantum ſtatum: res
Anna ad tempus ſopita eſt. Factus nunc rex: illico annam a Carolo relictam duxit:
Dimiſſa ipſius Caroli ſorore. Quæ olim puero ſibi pacta fuerat. Permittente
Quattuor uota lu. Alexando Pontificē. Solebat Ludouicus dicere: ſe quattuor aīo uota coalui
ſe: annam in coniugem: Galliarum diadema: inſubriæ principatum: ac Roma-
norum Imperium. Sed ultimum fortuna denegauit: ne foret omni ex parte
beatus. Qui etiam neq; in multis uoti compos fuit: preſertim in corporis in-
columitate: & in habenda ſobole. Sed nihil antiquius duxit: quam in repeten
do Mediolani ſtatum. Pro maximo negocio habuit: cum Venetis iniri fæ-
Nouum fædus dus. Quibus etiam Cremonam: & Abduenſem agrum: conceſſit. Itaq; anno
regni ſecundo. M. cccc xcix. in Italiam miſit exercitum equitum peditumq; fe
re. xii. milium. Sed Ludouicus magis ſuorum proditiōe oppreſſus quam ho
ſtium uiribus: maluit hoſtili furori cedere quam fortunā experiri. Ad Maximi
lianum Cæſarem ſuum neceſſarium confugit. Sed Galli eo tempore non in
Italia aſſueti: morum diſcrepantia odio habiti ſexto quam uenerant menſe ex
Galli expulſi pulſi fuere. Et Ludouicus in patriam reuocatus eſt: omnium beniuolentia &
applauſu. Rex maioribus uiribus opus fore ratus: ualidiorem exercitum in.

italiam remiſit. Repetit hoſtem potentia munitiorem: atq; apud Alexandriā ualidis copijs occurrentem. Sed pugna uix commiſſa a multis quibus maxime fidebat proditus atq; captus: una cum toto principatu in manū hoſtis uenit. Aſcanius cardinalis eius frater qui cum .ccc. equis aufugerat a Carolo urſino itinere comprehenſus Venetias mittitur. Poſtmodum regi petenti obſedus deditur. Verum fortuna uariationis domina. Hunc poſt mortem pontificis: Romam una cum Rothomagēſi remiſit: qui maximos tumultus in italia potuiſſet ingenio ſuo excitare: ſi per eius mortem licuiſſet: ſed biennio poſt ex peſtilentia deceſſit. Rex ut multis eſt: quietis impatientia: Neapolitanum regnum diu francorum imperio debitum: ſtatuit repoſcere. At Ferdinandus Hiſpaniæ rex pro Federico rege propinquo ſuo ſeſe oppoſuit. Erant utriq; in alteros armata manu progreſſuri: niſi boni amici inter eos pactionem compoſuiſſent: ut regnum inter ſe diuiderent: ut Hiſpanus apuliæ ac calabriæ partes haberet: cætera gallo cederēt. Quod eo facilius factū: quo Federicus ſpōte aufugerat. Is primo in ænariam nūc iſchiam: abit: deinde maluit ad galli miſericordiam accedere: quā hiſpanicæ conſanguinitati ſe credere. Suſceptus eſt a Ludouico pro regis dignitate: ſed quadriennio poſt deceſſit. Ut cognoſcere poſſes quam uana ſunt quibus homo mortalis tātopere fidit: ubi nulla ſtabilitas diutius permanere pōt. Neq; a remotis citemus teſtes: ab his.n. qui malum iniere fœdus: ne dicam ſceleratum & impium: de finibus ſtatim certatum eſt. Victus eſt gallus non impotentia uirium: ſed ignauia ducum. Verū Ludouicus uictus animi prudentia quum potuiſſet aduerſus hoſtes maioribus uiribus reſurgere: maluit publicæ quieti cōſulere. Ferdinandus: ſimultate Philippi generi laborans: nouam cum Ludouico rege amicitiam ſancit. Filiam ſororis: fuſca prole nobilem obtinuit. Dos illi Neapolis & ea regni portio: quam gallus expulſo federico ſortitus fuerat. Quo auctus thalamo neapolim petit ut ab eſſet mutuo Philippi inteſtino. Sed morte illo imatura intercepto: in Hiſpaniam redijt. Eunti exit obuiam gallus: atq; ambo in allobrogo ſinu ſabaudiæ mutua ueneratione congreſſi. Sunt intra urbem pleroſq; dies occultis retenti conſilijs: atq; ut famæ fuit: eo omne uerſum conſilium ut collatis in unum uiribus rem in Venetos gererent. Quod paucis poſt inde mēſibus euenit: Pontifex & Cæſar tum & alij multis a Veneto affecti iniurijs omnes in uno fœdere principes conſcripſere. Sunt tamen uno conflictu a Ludouico uicti. Tam ita deos immortales id euenire uoluiſſe credimus. Ut quæ longo illi tempore: tot laboribus: & auro parta: paucis horis amiſſerint. Tantam remp. atq; florentem tunc pati permiſit numen: ut cognoſcant principes quod omnis poteſtas eſt a deo. Putabant Veneti ſi urbes caperent: ſi tenerent inſulas: ſi claſſem mari & ſtatum augerent: id omne eſſe ſuæ prouidentiæ: obliti illud ſapientiam ſæculi huius eſſe ſtultitiam apud Deum: nec ſciebant aliter reſipiſcere: ſupernamq; pernoſcere cauſam: niſi hiſce excitarentur fuſtibus. Quod actutū & egregie factum. Illi nouam induti mentē: ad Deū conuerſi ſunt. Paſſim tota ciuitas per fora: per templa lugubris illachrymate. Senes: iuuenes: pueri: matronæ: & uirgines ante Chriſti numen proſtratæ:

Ludouicus

Aſcani⁹ cardinalis

Variationis domina

aſcanii mors

Boni amici

federici fuga

Quibus fidimus

De finibus certatū

Simultate phi.

Congreſſus regum

Federati in uen.

Omnis poteſtas

Suæ prūdē.

Excitati fuſtibus

Luc⁹ vene.

Lauretanus

ſcelus fateri:ueniam precari. Ipſe princeps Lauretanus: quum multi conſu-
lerent: petendum a turcis auxilium: habens publicam orationem: aios omniũ
ad meliora conuertit. Iura & renouatæ leges ſunt: iuſtitia exactius cuſtodita:
a cunctis præcautum ſceleribus: laſciuijs abſtentum: nõ ad ueſtales amplius
Humilitas plus aditum. Eleemoſinis ſparſim uacatum. Precibus & ieiunijs plures dies con-
tinuis laboratum: in cunctis humilitas prælata. Quæ res deo plus placuit quã
capere vene. imperium. Paſſum profecto eſt uim cælum: reluxit gratia. Potuiſſet Ludoui-
cus ſi ea auctus uictoria exercitum ulterius ad mare produxiſſet: capere Ve-
Cor regum. netias: ſed deus habet regum in manibus corda: ut lubet: comprimit & rela-
xat. Obortæ ſunt ſtatim inter regẽ & Cæſarẽ ſuſpitiones: qbus diuerſus uterq;
ab altero: abijt ille in Galliam: & Cæſar cum fœderatis lõgo: re diſtracta: appa
ratu: nihil obſidione proficiens patauina: cum ſuis intra Germaniam ſe rece-
pit. Mutato pontificis animo Veneti cæperunt reſpitare. Animaduertit is Ita
liam exteris opprimi nationibus cæpitaltius intueri: ſi ab omni poſſet abſolue
re iugo: ad recuperandam Ferrariam ſub prætextu tentat: ut gallum occaſione
Rhauenæ concurſus capta pro eſtenſibus habitum italia expellat. Eſt magnis Rhauenne concur
ſum uiribus: ſed Gallus non ſine cruenta uictoria remanſit uictor. Cæterum
Iulius animo inuictus: maioribus redemptus uiribus: cum Hiſpano: Cæſare:
F. SF. Venetis: heluetijs: rurſus in aciem exit. quod ubi ſe Gallus ab omnibus deſti
Reuocata familia tui cernit in galliam abit. Tum omnium cõſenſu: reuocata illuſtriſſima tua fa-
milia Princeps optime: ad lares patrios: ad imperium hæreditarium: ad ſtatũ
propriũ: dij imortales quantũ ſe extulit tunc patria: quanto ſe gaudio effudit
Mlũm: q̃tis q̃q; ciuitas effluxit lætitiis. Quũ duo iuuenes pari ſplẽdore: pari
Quãdo deꝰ uult auſpicio deorũ aucti redierint domũ: tũc reddita ſibi patria libertas: & Italia cæ
pit ſua noſcere ſydera. Vides hæc princeps: q̃ inanes ſunt illi qui putãt Impe
rium ſuis uiribus: ſuis ingeniis conſequi & retinere? Vos ambo longo tem-
pore deſtituti & in Tridentino receſſu uelut abditi: non copias: non diuitias:
Illic uincitur non exercitus: non deniq; ſpem: non cogitationes ullas illis diebus habentes
iter in patriam capiundi: & tamen diuino nutu cuncta ſubito pro uobis ſtete
re. Omnes pro uobis arma cæpere. Non poteſt abrumpi Dei nutum: illic uin-
citur quo ſe flectit. Reparauit nouum Gallus exercitum: atq; in Italiam miſit
primariis ductum ducibus: ratus tantis neminem poſſe ire obuiam copiis ne
Maximilianꝰ Victoria nouarie. minem ſuis reſiſtere uiribus: ſed paucis horis puſillus grex in nouarienſi agro
profligauit & occidit. Maximilianus Sfortia dux inclytus tanta gloria deco-
ratus ad poſteros non abibit in obſcurum. Vix aderant ſex. milia heluetiorũ:
proſternatus eſt gallorum potens & fortis equitatus. Captæ macchinæ & pe
nitus omnis exercitus profligatus eſt. Ipſi heluetii pene inermes erant. Cæte-
Quinq; milia au. Perbon. tum ſit ſine ambitione dictum. Huius uictoriæ & gloriæ non minima pars
Perbono Aſcribenda eſt: qui ipſis heluetiis dedit Aureorum quinq; milia: pro
quibus Maximilianus dux titulo oneroſo priuilegia Cæſaria confirmauit: am
pliauitq; ac denuo cõceſſit & uendidit authori ipſi Perbono quicquid de ca
Canes galli. ſtro & iuribus Ouiliarum eſt. Pridie illius diei in quo fuit ſũmo mane parta
uictoria. Cæterum illud ab heluetiis fuit notatum quod ueſpertina hora ante

diem uictoriæ multi canes gallicani ad nos uenerunt: quo omine heluetii cō-
mone facti de certa uictoria: non expectato ſuorum auxilio: qui excedebant
numerum ſexdecim milium electorum hominum. Qui poſtea ſuperuenere.
Ea feſtinauerunt ratione: ut ipſi ſoli pauci tantæ uictoriæ gloria fruerentur ſi-
ne ullis bellicis tormentis: ſed magno animo hoſtes aggreſſi ſunt. Ea profecto Magna uictoria
talis uictoria fuit: qua neq; alia hominum memoria neq; his temporibus uiſa
maior. Sed Deus res noſtras cælo ſpectat benignus. Sic eſt profecto fortuna Fortuna dea
ſi bona eſt: deæ nomen ſubit. Si uero aduerſa & mala: fit nobis illico cacode- & cacode.
mon. ne decipiamur: alieno dependimus nutu. Boni principes eodem ſemper
præſtāt uultu. In ambitum Dei tendit ira flagellumq;. Rex Ludouicus mul-
tis inde aduerſis in gallia releuatus: pace cum regibus ſancita: dum dabat ope-
ram quo rurſus repetat Italiam: Vndecunq; aurum colligat: militem ſtipēdio
uocet: Subita inuaſus apoplexia moritur. Quo derepente ſublato oſtenſum Ludoui. regis
eſt: quam uana ſint hominum propoſita. Cui ſuffectus eſt Franciſcus eius ge- mors.
ner: iuuenis ingenti ſpiritu & gloriæ militaris cupidus: ac ocij impatiens: & ut Fran. rex.
ſunt paratæ rerum omnium mutationes nec quicquam ſub cœlo ſiſti poteſt:
fœderatus cum Venetis ingenti munitus exercitu in Italiam uenit Proſper co- Nil ſiſti pōt.
lumnius: qui tunc inter omnes belli duces maximi nominis erat: in ipſo mēſæ Proſper capit.
conſeſſu captus eſt. Heluetij qui paucis ante menſibus armorū gloria tume- Heluetii uincuntur
bāt: egregio certamine prope Merignanū uicti ſunt. Ob tā inſignem uictoriā
facta eſt celebris: potentiſſimi regis fama: nedum apud latinos: ſed a gadibus
uſq; ad glacialem oceanum immortalis euecta eſt. Ingentem ſane de ſe rex
hic ſpem præbuit: tum animi magnitudine: tum corporis uiribus: tum liberali- Præbere ſpē.
tate & clementia mirificā decorabat. Ad hæc innata ſpecies: & corporis pul-
chritudo & proceritas: & animi manſuetudo & in omnibus benigna affabili- virtutes regis
tas: in cunctis magnanimus magis laudis quam imperij cupidus. Habuit illis
diebus cuncta pro uoto ſecundiora: etiam Pontificem Leonem uſq; bononiā Pontifex bononiæ
cum ſupremo patrum ordine profectum una ſecreto obſequentem. Redijt in
Galliam hoſtium uictor & per aliquot annos in ocio functus ad ſacietatē ui-
ctoriæ præmiis. Dum hic ſe Imperio & gloria ſecurus p̄ſtat: fortuna ſuos acu-
leos tetendit inuida. Quæ ualet ima ſummis mutare & inſignia ſæpe obſcu- Aculei fortunæ
rat: & inficit: ſæpe rerum apicem detrudit ad infima: rapax unis: aliis prodiga: Fortunæ deſcrip.
fortia debilitaſſe gaudens: tenuiora impleſſe. Non ſtabilis: pede ſub dubio ua-
ga: incertior aura: motior folio. Hinc eſt ꝙ res hominum ſubito ruunt caſu.
Hinc eſt ꝙ non profuit opulentia Creſo: captus & ab hoſte uitam accepit. Capt⁹ creſus
Dionyſius paulo ante formidatus ſyracuſis: uix ſudore ſcholaſtico depulit fa- Dioniſius.
mem. Et magnus Pompeius cui totus terrarū orbis paruit: haud clientis eui- Magnus po.
tare manum potuit. Ille Arpinas Marius toties conſul Iugurthino cymbroq; Mariusar.
triumpho per totum orbē clariſſimus: in Cæno & in cāna paluſtri reuolutus
iacuit. An eſt hic iocus in humanis: an ludibrium? Dat ubi lubet: & ubi lubet Dat: rapit
rapit. Neminem hæc pro amato habet: omnes uno atq; eodem modo tenet:
omnes ſuo more uerſat. Pauperes diteſq; ſuo in theatro miſcet improba. Hæc In thea. fortu.
eadem contra tantum regem: Leonis Pontificis animum inflāmauit ad arma:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& cæteros qui Romanum Pontificem ſecuti ſunt:tanto ex improuiſo appa/
Caro. in gre mio fortu.
ratu rex inuaſus ut uix ſe tuendi datum ſit ſpatium.Carolus rex magnus qui
nunc fortunæ gremio amplexus & dei numine Tutus: Pontifici adfuit: mul
tiq; etiam principes:præter Venetos: qui Gallo fidem conſeruarũt:præſentis
Leſchutes
militiæ ſtipẽdia habuere.Defenſa eſt parma Leſcuthes pſidio.Et Lauttrechus
cum quindecim milibus peditum & octingentis equitibus cum auxiliaribus
Venetis prope caſtra habebat:ſors erat anceps.Proſper columnius cum pon
tificio & Cæſareo exercitu ab obſidione referebat pedem:& fortaſſe traiecto
pado:eſſet aliorſum profectus:niſi ſpem feciſſet nouus germanorum pedita/
Perbonus
tus:qui ad ſex milia ope & pollicitis Perboni ad fuerunt.Quæ res procul du
bio uictoriam peperit.Quod ſi hæc tot & tanta officia Perbonus Chriſtianiſ
ſimo regi præſtitiſſet:profecto operoſiora illi & eius numeroſæ ſoboli ſubſe/
quuta fuiſſent beneficia.Sed in cauſa fuit deceptrix fortuna:quæ tauros no/
ſtros impulit in ſteriles campos.Quæ omnium mortalium obtenebrat men
Nõ ſatis ca-uet
tes:ut quæ uentura ſint nos ignorare facit.Ideo contra eius blanditias non ſa
tis cauet humana mortalitas.Siquidem ſi obſequentior uenit:tum bonos de/
diſcimus mores: præſens fortunæ bonum memoriam ante actæ uitæ perdit.
Si tranſuerſa & futilis:difficile eſt æquo pati animo.Maxime hominum com
Primus & ul timus dies
probant uitam primus & ultimus dies. Plurimum intereſt quibus auſpicijs
inchoetur & quo fine claudatur.Ideo fælix ille eſt cui lucem accipere proſpe/
re:& reddere placide contingit. Sed benefacere omni tempore gratum. Ideo
Benefacere
gloria noſtra hæc eſt ꝙ ij nobis debent principes Pontifex:Cæſar:rex Angliæ.
In cauſa Veronenſi:& in his & alijs multis dux Franciſcus Sfortia ſecũdus.
Vtinam tantumdem rex mihi Chriſtianiſſimus deberet.Sed is ex animi uirtu
te nemini diu debet.Cæterum fatemur nos plurimum debere noſtro clemen/
iura ouiliaꝝ
tiſſimo Principi qui non eſt paſſus noſtra iura Ouiliarum ab improbis oppri
mi:& quamuis is pro iuſtitia pro conuentis ſuſceperit partes ut bonum decet
principem:tamẽ illi ſummopere debemus:quod boni & iuſti principis ſit fun
ctus officio.Ad quod exequendum non poterat noſtra compellere facultas.
Ingenua uir tus pricipis
Sponte fecit quicquid fecit:ſua ingenua uirtus impulit:ad obſeruandum fiſci
contractum:ſua bonitas compreſſit uoraginem & auaritiam illorum impro/
bam qui in ea cauſa a nobis iniuſte pecuniam extorſere. Quod ſi conquere/
rer de alijs principibus fortaſſe querela noſtra locum haberet quod nedum
ipſi gratitudinis munus quicquam oſtenderint erga me:ſed in his bellicis mo
Spes cohæreꝫ
tibus:maximo damno & iniurijs affectus ſum:& præſertim a Cæſarianis mi/
litibus.De Gallo nil dicam:quia hoſtis:tam & ſi ſpes cohæret:ob uirtutẽ ma/
gnanimi regis nobis quandoq; fore recompenſum.Paſſi ſane damnum illatũ
ſumus: ultra aureorum uiginti milia. Iacturam profecto mihi ingeſſere ſine
cauſa:& ii qui horum principum exequebantur imperia gratis me odio ha/
buere.Et tamen non uereor dicere:quod ipſe neq; denegabit:Clemens medi/
Clemẽs me-dicus
ceus tunc agens pro Leone Pontifice:& cæteris confederatis:eo Perboni au/
xilio auctus fugauit Gallos:& Mediolanum cæpit fauente populo. Memor
debet eſſe princeps & cæli fauorem maxime comminiſci. Et ut eſt in omni/

bus mortalium negocijs fortunæ rotatus. Rex Franciſcus egre ferens derelin
quere Mediolani ſtatum quem ipſe uirtute armorum acquiſiuerat:ingentes
copias rurſū reparauit:maximo Heluetios conduxit ſtipendio:ſed humanæ — *Conducuntur hel.*
facile labuntur opes aduerſante cæli facie. Hiſpani ut populi fauorem cærtiſ-
ſimum haberēt quem ſciebant maximo deſyderio teneri erga ſuum clemen-
tiſſimum principem Franciſcum ſecūdum e Tridēto per medios hoſtes Me
diolanum eduxere. Vide tu Princeps quanta tibi diuina affluxit gratia? quan — *F.SF.*
to huc incolumis aduenisti numine. Neq; cætera obticebo:cū tam uaſto gal — *Victoria*
lorum exercitu cū heluetijs:cum Venetis: apud Bicocchiam cōcurſum eſt:
& tu præſens cum populo tuo uictoriam es aſſecutus. Viuat Dei uoluntas
quæ aperto cælo ubi uidit ineſſe iuſtitiam:pietatem:clementiam:fidem:dedit
& uictoriam. Sed tu Princeps optime tene quod tenebas: habe quod habe-
bas ne uacilla: ſiſte pedē:eſto princeps & iuſtitiæ tenax: uiue plus tuo popu — *Tene quod tenebas*
lo quam tibi:recognoſce numen quod in rebus periculoſiſſimis ſemper tecū — *Eſto princ.*
adfuit. Nil mortali peius accidere poteſt quā ex gratia in dei odium labi. Tūc — *Ex gra labi*
labimur quum ſcelerum labe deperimus. Hinc morbi:penuria: peſtes:urbiū
excidia:hinc regnorum mutationes:& regum inſperata turbatio. An aliud di
ci poteſt:ſi quādoq; pricipes aduerſa patiuntur: quam id dei euenire iudicio:
ut eos corrigat:aut meliores efficiat? Perpende exactius:reparatis totiens gal
li copijs:toties hic obſidiōe ambientes:quid nolētibus dijs effecerūt? Quid — *Nolentibus dijs*
ſcimus nos:an Galliatū Rex Imperio tanto potens:diuitijs ſupra quam dici
poteſt:effluentiſſimus:corporis uiribus: alter Hercules:aio ferox:habeat oc- — *Alter her.*
culti aliquid: quod diſpliceat deo: pro quo tot affectus incommodis:tot in
iurijs & cladibus depulſus ut meliora emendatus cognoſcat: Et efficiat? Dii
immortales:quantæ hic in Italia æditæ ſunt ſtrages? Quot deperiere princi- — *Quāte ſtrages*
pes? Et ſi quid indignius dici poteſt:quæ domi coniuratorum inſidiæ? Borbo — *Bor. nomen prodi.*
nius pace aurium dixerim:uir alioqui:magni animi & ſi fortaſſe plurimis ex-
citus cauſis:tamen nomen proditoris adeptus eſt. Qui tanto per Galliam
diffuſo incendio auſus Cæſarianos ſuperatis alpibus ad capiendam Marſi- — *Ad capien. marſiliam*
liam conducere. Sed undiq; confluentibus pro defenſione militibus:coacti
ſunt præcipiti curſu in Italiam redire. Rex non ſatis ſibi uiſum decorum pro
animi ſui magnitudine: hoſtem confinibus expuliſſe: Niſi inſectaretur fugiē
tem:memor memorādæ ad poſteros uictoriæ:quam paucis ante annis prope
Merignanum habuerat:& ipſe concitato curſu in Italiam uenit:ratus præſen
tia maieſtatis reperturum eodem fortunam uultu: ſed longe alia atq; diuerſa
fuit. Recuperato Mediolāo:dum hoſtibus alijs alio dilabentibus quos pote
rat quaq; parte inſectari: maluit Ticinū obſidere. Vbi relāguit uictoriæ cur — *Rex in italiā*
ſus. Caluitio fortuna oſtenſo:omnia in peius diſtrahens hoſti maioribus uiri-
bus coadunato uictoriā dedit. Ipſe multo minori militū nūero: quū potuiſſet — *Caluitium forto*
cū exercitu euadere:maluit conſertis manibus uinci quā turpi ſe dedere fugæ.
Aedita circa ſe fortiter dimicans ſtrage:ſaucius capitur:captus non minor ma
ieſtate apparuit principibus ad obſequium & genua curuatis:continuo in cū — *Rex capitur*
ctis heroicam conſtantiam oſtēdit Digitum hic eſſe dei. Tantam maieſtatem — *Digitus dei*

capi non poſſe teor ſine numiue diuum. Ductus eſt inde rex in hiſpaniã. Cun-
ctis ægre ferentibus italiæ principibus: ſero penitentibus: quod is qui æquo
Sero penitẽ. rem pondere cum Cæſare librabat: in manus incidiſſet. Quando Veneti &
Pontifex dediſſent operam occulto uinci non capi. Sed horum ſapiẽtia: quid
vinci nõ capi aliud quam fatuitas? qui putant deum ſuis regi conſilijs. Proinde nouis inter
ſe ſtudere pactionibus: nouas inauctorare copias: quaſi non ipſi diuũ ſubſint
Subſint fla. flagellis. Atq; non credentibus indidit deus: ut liquido ſcirent. Borbonius ui-
bor. p mediã ctore exercitu per mediam Italiam: hinc inde hoſtibus circũcinctus Romã
Capitur po profectus: ui cæpit: ui interijt. Id uoluit Deus: ut ſciremus: non Borbonij ope-
Roma pfa. ra: ſed nutu ſuo: captum eſſe Pontificem: Romam direptam: incenſam: profa-
natam: gentibus in ſeruitutem miſere redactam: templa omni ſpurcitie a Lu-
terianis fœdata. An hæc tibi uiſa parum? una atq; eadem tempeſtas non uno
Viſa parum ſæuit loco. Quid noſtra hæc patria? Pudet profecto referre quanto ſit Ge-
Genua con nua paucis menſibus: obprobrio concuſſa: quid Mediolanum foris: intuſq;
cuſſa perpeſſum: an credi poteſt? populus ad ducenta milia armatorum ſuperbia
effluens: cuiuis regum formidabilis: uno quaſi ictu ceruice inciſa perit: peſte:
varia excidia fame: bello: inſidijs: exilio. Horreſco reputãs: qd Florẽtia: qd ſenæ: qd cæteræ p
Italiã urbes: an: qd paſſa obſidõe Neapolis: memoriæ pdi põt? Exercitũ illũ ua
Exercit9 lau. ſtis copijs Lautrechi ductu: nõne paucis diebus intẽperie aeris: pene ad unũ
F.SF. interijſſe quis poſterũ credet? Scis tu humaniſſime Princeps nr: quãto p hæc
tempora rerum turbine fuerimus iactati: obſidione oppreſſi: patria fugati: ni-
hil ubiuis tutum: uiæ paſſim latronibus obſeſſæ. Omnes inſidijs laborare. Ne-
Nobis iſpe. mo erat qui id tam uaſta confuſione perditum poſſe corrigi putaret. Et ta-
men nobis inſperantibus benignitas illuxit Cæli. Res quamprimum eue-
Magnus ma niunt: Quum magnus iubet euenire magiſter. Profecto omnia quietiori
giſter uultu enituere. Rex Franciſcus: etiam ornatus matrimonio: in Galliam re-
Pax dijt: Cæſar compoſitis ubiq; rebus: in Italiam uenit: a Pontifice coronam
Imperii accepit: tu in patriam uictor rediiſti multo maiori auctus beniuo-
lentia a Cæſare. Per omnem pene Aeuropam: inter Chriſtianos pax eſt a
Poſſe ſiſti bello extincto conſtituta. Quis hæc putaſſet in tanta malarum rerum mi-
xtione poſſe ſiſti: atq; ad eundem redire ſtatum: quem tantopere deſyde-
rabamus? Quam ob rem quum cuncta hæc euidenti miraculo præſentes
haurimus: ſpectamus: ſentimus: ad illum corda noſtra uoluamus: a quo
hæc magna potentia: hæc incredibilis uis: quam fortunam appellamus:
emittitur: & per cuncta diffunditur. Ipſum ob id principẽ ſi uerus Princeps
eſſe cupit: æquo animo tolerare oportet. Quicquid intra fortunæ arcam
geritur: nihil ſine eius numine commouetur. Iniurioſius impatientia quiſq;
Exacerbat ſua ſortẽ exarcerbabit: qui eam permutari non patitur. Vbi uentis uela com-
fortem miſeris non quo cupis: ſed quo propellet flatus nauigabis. Qui enim com-
Tẽporis ar mittit ſemen ſulcis: profecto temporis arbitrio ſubiicitur. Non quimus
bitrio quum rapitur rota: impetum ſiſtere. Hæc quum uertit dextra uices ma-
gnos ſæua proterit reges. Humilem ſæpe ſubleuat fallax: ſæpe plagas quas
dura fecit: ridet. Illudendo ſuas probat uires: ſæpe magnum monſtrat

oſtentum: quum una ſtratus ac fœlix:hora uiſitur. Infima ſummis: ſumma
infimis mutare gaudens. Aſcendat:inquit ille cui placet:ſed ea lege ut quum Ludicri rō
ludicri ſui ratio poſcet: ne deſcēdere iniuriam putet. In hāc profecto uitæ ſcæ
nam hoſpites uenimus. Decipimur:ſi huic ſtabilitatem ineſſe credimus. Pro- Vitæ ſcæna
inde nemo confidat: ſi interdum ſentit ſibi fluere ſecundiora. Nemo contra
deſperet:quum iniqua patitur: quando mutat frequens uaga:& incerta cur-
ſum. Sed Princeps Optimus haud reformidat fortunæ falces: ſi uerum ſibi pīceps opt̄s
præpoſuit uiuendi genus:ſi fronte gerit immaculatam legem. Qua cum po
pulo uiuat: & regat. Quæ debet eſſe honeſta:iuſta: poſſibilis: utilis:loco ac
tempori conueniens:nam humana lex uariatur ſecundum diſpoſitiones loco Hūana lex
rum: condita præcipue ut hominum coerceatur audacia improbitaſq;. At lex Lex dei
Dei charitas eſt:quæ lex(ut dicit Auguſtinus in libro de ſpiritu)data eſt ut
gratia quæreretur:& data eſt gratia:ut lex impleretur. Moyſes primus omniū Moiſes
Hebreis diuinas leges ſacris litteris explicauit. Sicut Phoroneus Græcis. Et Phoroneus
Mercurius Trimegiſtus Aegiptiis:Solon precipue athenienſibus. Lygur- Mercurius Solon
ſus Lacedemoniis. Numa Pompilius Romanis:& decem poſtmodum uiri: Ligurgus
Appius Claudius: Titus genutius:Publius Seſtius:Lucius Veturius: Ca- Numa pōpi
ius Iulius:Aulus Malnius:Publius Sulpitius:Publius Curiatius: Titus Ro Decem uiri.
mulius:& Spurius Poſtumius. Hinc omne ius illuſtratum eſt. Quod ſane Omne ius
conſtat legibus & moribus. Leges octo penarum genera continent dam- Octo pena-
num:uincula:uerbera:tallionem: ignominiam:exilium: ſeruitutem: & mor- genera
tem. Sed nulla maior lex quam Princeps bonus: qui irrequietus debet eſſe Princeps ue ra lex
& inſtar ſolis exercitus qui perpetuo motu ambit. Cui præcipue debent eſſe
duæ uirtutes iuſtitia & fortitudo: quod Homerus uno expreſſit uerſu. Quē Homeri uer
præ cæteris Alexander magnus anteponere ſolebat. Ille bonus pugnator erat ſus
dux optimus idem. Tunc princeps fortunam non timet quum legem per-
mittit dominari. Nam quum lex non imperat(inquit Plato)tunc interitus ci
uitati paratus eſt. Circunſpice tu Princeps noſter: quæ Principem effingant
optimum. Ideo recenſuimus reges illos qui Chriſtiani nominis ſignum ge- F.SF.
runtur ſiquid ex his laudabile luceat ille ſuo apponat lucro & teneat: qui
Princeps cupit eſſe probus. Profecto bonus eſt ille Princeps & recte imperat
qui ſcit cupiditatibus iperare ſuis. Tūc incipit aliis bn̄ iperare qui ſibi ipſi ſcit
iperare. Te humaniſſime Princeps nō dū laudo ſed admiror:ꝙ ſemp mode- impare cupi
rata cupis:ꝙ oīa præter iuſtitiā & quæ uirtutes ſequunť:aperte negligis: ꝙ
Probas hominem præcipue a patientia. Neſcio an illud tibi ab adoleſcentia ꝓbat⁹ a pa tientia
legenti:in memoria fixum remanſit: Alexandro ſacrificanti de puero turribuli
miniſtro:qui ut rem ne interpollaret:reſilientem in Bracchio carbonem:mi- paſſus car- bonem
ro ſilentio perpeſſus eſt. Deum immortalem: quis ille tui animi patientiæ
tenor? Spectabam ego quando noſtra hæc urebat ſors impia: Quibus tute
pectus parabas modis:qua uultus cōſtantia impetū frangebas. Quæ tacitur
nus cōſilia:q̄ patentior remedia excogitabas:ego te intuēdo adiſcebā:& aium
cōponebā meū:aduerſus has undiq; inſidias. Viciſti ꝑfecto fortunā ſæuiētē Vincere pa-
patiētia:atq; magno cū eius dedecore in fugā repuliſti; æq̄ lancæ librans & ꝙ tientia.

aduerſum erat : nó propera feſtinatióe fugiens : & quæ ſecúdiora nó effuſo
gaudio ſuſtentans. Nobis inde hæc recidere bona ob tuam patientiam : quæ
utiq; uera uirtus fuit:ſi quidé uirtus eſt quãdo uſui eſt(inquit comicus.)Iu

Virtus uſui

re gaudet bonis:qui ſapienter mala perpeſſus:Fortiſſimus ille eſt qui prom-
ptus metuenda pati:ſi cominus inſtent & differre poteſt. Illic uera ineſt for-
titudo ubi infortunij & doloris contemptio fuit. An dici quicquam poteſt de

Fortitudo vera.
F.SF.

te:quum in rerum conflictu agitabamur:q; non uiriliter quod non ſapienter
quod nó fortiter cuncta egiſſes? Vidit ne : Te unquam quiſpiam abiecte:ſer
uiliter : timide:feciſſe? Te ſane uerum Principem aduerſa fecere:fœlicemq;
Si quidé uera prædicat Democritus: quod ille nó poteſt eſſe fœlix:ſi nihil ad

Felix ſecúdú democri.

uerſi paſſus eſt. Neq; is dignus laude:ſi ab eo fortuna non poteſt uinci : quæ
ignobiliſſimo quoq; neglecto :magnanimos aggreditur. Aduerſus quos uim
ſuam oſtentet. Sic ignis probauit Mutium: ſic mors Catonem . Sic labor
Marium . Sic continentia ſcipionem . Sic patientia & conſtantia Franci-

Ignis mutiú
Paupertas fabriti.
Vene. ſocratem.
Mors catonem.
Labor marium.
Côti. ſcipi.
Patié. F.SF.
Vita non ſine labo.
Dies acuit.
Dulcis recordatio.

ſcum Sfortiam ſecundum : Inſubriæ ducem inclytum . Qui duran-
do aduerſaq; patiendo ſe ſuoſq; rebus ſeruauit ſecundis . Sapienter ui-
tam inſtituit ſufferendo quæ ſufferenda ſunt. Siquidem non ſine labore ui-
tam natura dedit Mortalibus . Sed in labore acquirimus quod amitti
non poteſt, Acuit dies hominum corda:diligentia ingenium . Vſus pruden-
tiam:patientia uictoriam. Noſti princeps quam uirtutem habes? Quam mi
rificus eſt iſte tui animi candor: tolcras & odio non habes: ſi quid tibi priua-
te obfuerit. Cótra ſi quid iuſtitiæ aduerſum intétatur:acerrimus es leo. Harú
uirtutum & laborum præteritorú dulcis eſt recordatio:ſuaue pabulum patie
ntiæ fructus. Ille animus patiétiæ rector:profecto magnanimus eſt. Neq; tu
ab hac ratióe abis Princeps humaniſſime:Contumeliam quoties tibi illatã
patiétia preteriſti:quú ſat tibi fuerit potuiſſe uindicari:neq; uindicaſti: ad ma

prin. Sfor.
Summú vindicte genus

gnanimitatis partes acceſſiſti. Putaſti magnú & ſummú uindictæ géus:igno
ſcere. An aliud prædicant omnes tui inimici & extorres:etiam qui in uitã con
iurarunt:quos omnes ultro uenientes : & quos præcario reuocatos: quan-

Digni imperio.

to obliuionis munere complexus es. Ij ſunt ſane quos dignos Imperio Cle-
mentia facit. Dum id agunt:quid aliud agunt boni Principes: quam deú ex-

Indigna pricipe.

primunt. Plus ijs turpitudo uiſa deterior : quam præſens dolor. Proinde ge
mere:eiulare:lamentari:frangi dolore indignum putant uero Principe. Non
hæc adſunt commertio ducis:ſed honeſtas :dignitas : decus. At quum pati
neceſſitas urget:ſponte pati ſeſe cogunt. Nó poſſunt quod uolunt: id uolút
quod poſſunt. Animo æquo ferunt:quod euitari non poteſt. Cunctos enim
patientia ſuperat caſus:ſuoq; nixu leuiores facit. Sane poſſe pati docuit pa-

patientia docet.
Maius uirtutis.

tientia. Sunt continuo nobis componendæ mentes ad huius uirtutis opes.
Nil habet maius uirtus quam uincere. Spes boni tedium laboris eludit . Ni
hil erit quod non expugnet Aſſidua uirtus. Noſti omnia hæc Princeps no-

Egregiú tuú

ſter : quia his aſſiduam operam nauas. An illud egregium præterimus tuú?
Quod ꝑponis animo facere:etiã arduú facillime facis: neq; deſiſtis quin ex
acte feceris. Quod oibus pricipibus pulcherrimú eſt in omni re pro publico

gerendo conſilioq; capiendo: perſeuerantes eſſe. Nil magis indignum quam grauitatem & conſtantiam non reſeruare. At princeps meus Sfortia pericula temere non appetit. At ſi uenerint timidus non reformidat. Nihil enim pallleſcentem plus reddit animum quã labefactata cõſcientiæ facies. Vincit ubiq; humani animi integritas. Hinc fortitudo: & magnanimitas: emanãt uirtutes. Eum enim magnanimum exiſtimo qui aduerſa imperturbate ſuſtinet: ſua ſibi animi magnitudine munitus. Magnitudo uero animi ſi ab humanitate recedit: feritas quædam eſt: & immanitas. Animus rectus quocũq; põdere idẽ præſtat: res nulla minorẽ facit. Quæ ferenda: non diſplicent: quæ in fortem regem cadere poſſunt in ſe cecidiſſe: non queritur. Vidi ego in Principe noſtro quum omnia eſſent maximis diſcriminibus commixta: nihil eſſe a magnitudine animi remotum: nihil concuſſum: nihil imminutũ nihil fortunæ ſubmiſſum. Et poſtquam uiciſti non diuerſus appares: excolis quæ pacis ſunt. Tuis inſtas componi mores: parcis rebellibus: quum laudant: obaudis: quum uituperant nõ commoueris. Sic eſt profecto. Veri principis bona: improborum iniuria infringere non poteſt nec augere aliena laus. Probo tamẽ & uero amico credet: & quæ credit exequitur. Laudari a probatiſſimo amico uirtutis lætitiam exiſtimat. Extrema enim dementia eſt: uelle falſis laudibus decorari. In eo tamen uera laus uiget: quod ab alio nec dari nec eripi poteſt. Nos Principem noſtrum laudamus: ut laudando: eius exemplo reliquos ad uirtutes excitemus. Scimus enim honorem: qui preſtatur a ſeruo: ſimulationis ſuſpitione non carere. Sed abſit animo noſtro hæc extrema & perdita ambitio: quid putem hac ætate iam conſtitutus potiſſimum: quam prodeſſe poſteris: exiturus alioqui & redditurus uillicationis noſtræ rationes ante maius tribunal. Seruus ſum utiq; principis noſtri & uerus ſeruus ſum: nec quemq̃ plus amo aut colo: præter Deum immortalem. Seruus uerus fide & prudentia uera domini portio eſt: ſi ipſe eſt uerus & bonus dominus. Conuenit enim ut amet qui redamari cupit. Inani laudatione & praua indulgentia: aut præpoculis male ſuffulta proficiſcitur beniuolentia. Sed ex uirtute principis: quæ in benemerentes diffunditur: uelut cæleſte munus. Tunc principis ſtatus diutius durat: ubi multo plures boni: quos amet: a quibus redametur: beneficiis conſeruentur. Quando duo potiſſimum ſubuertunt imperia: odium & contemptus: quibus opponuntur: beniuolẽtia & authoritas. Curet proinde princeps prima uitare: ſecunda conſequi. Conflatur odium: ſi bonis detrahitur: ſi malis condonatur. Ex odio hæc mala in principem fluunt. Occultæ inimicitiæ: ſimultates: detractio: in angulis deriſus: diræ imprecationes. Ex contemptu: ubiq; mala exempla uigent: ſi ii qui præeſſe debent: prauo poſtponuntur iuditio: tunc bonitas malitia conculcatur: conſilium audatia ſupprimitur. Ordo confuſione preſcinditur: leges arbitrio diriguntur. Boni & magni ciues bonum & magnum principem faciunt. Inter quos uelut ſol inter aſtra emicat. Non ex luxu curiæ nimio: aut gemmis auroq; ſplendens: aut purpureo conſpicuus ornatu: ſed authoritate ꝓſtãtiſſimoꝝ ciuiũ in medio reſidẽs princeps eſt magnus. Nã ambitioſus principis & ſuoꝝ cultus ſcelerũ ſeminarium eſt.

F.SF.
Humana integritas
Feritas
Animus rectus nõ queritur
F.SF.
Bona ueri princi.
Lætitia uirtutis.
Vera laus
Honor ſeruilis
Seruus ptin.
Dñi portio
Status diutius durat
Diuerſores imperii duo
Ex odio fluentia
magni ciues magnũ pnc.
Ambitioſus cultus

Aula princ.

Aula laudatur principis quæ frugi: quæ modeſtiæ cultrix. Nam domeſticã
principis luxuriam multitudo odit. Raptum ex alienis bonis apparatum
putat. Tunc boni ciues & magni quid aliud conſulere poſſunt: quam quæ
ex bonitate & ex magnanimitate ueniunt. An alia ab illo principe expecta-

Bona latera princ.

mus quem ſemper tam bona latera ſuffulciunt quam pacis ornamenta? quã

Belli mali.

ſuarum urbium fieri pacata omnia? Omniaq; prius perpeti quam bellum ex
citari. Quo malorum pelagus exundat: quo mala ſemper noua mala pariũt.
Quo ſcelerum agmen ſcatet. Quo omnium perditiſſimorum hominũ fex

Maior uox nulli.

apparet. Prĩcipi maius nomen reperiri non poteſt quam uox pacifici. Quis
te Princeps noſter non rite laudet: quum in ore nil habeas quam pacis dulce
dinem: quam ciuium concordiam quam finitimorum mutua cõmertia. Lau-

F.SF.
Cur laudo

do. Cur laudem? quum te tua uirtus laudet. Laudo quia uirtus laudata cre-
ſcit: & acutiſſimum gloria calcar habet. Et laudati principes per hiſtorias fu-
turos principes qui ſe ad im[illegible]ationem illorum effingunt: emendatiores red-

Auguſtus emendatior

dunt. Cæſar auguſtus legendo imperatorias laudes emendatior euaſit. Ani-
mus enim generoſus comodius ducitur: quam trahatur. Suauius blandi-
tijs regitur: quam minis. & magnanimi laudibus ad uirtutem maxime infla-
mantur. Et quia quam plurimi laudanda facere deſierunt: ducunt ineptum

Ineptũ laudare.

eſſe: laudare quempiam uiuentem. Sed profecto abſurdum eſt ſupprimere
ſilẽtio & pmittere in obſcuro deperire boni prĩcipis uirtutes. qd ſi ueterũ au

Aureæ linguæ.

reæ ſiluiſſent linguæ? Vñ egregia prĩcipũ geſta ſciremus? Vñ exẽpla morũ
caperemus? quo pũctu ſtimuloq; generoſos adoleſcẽtũ animos p pria: p bo
no publico p fœlicitate: ppulſabimus. Latebre undiq; obducerẽt uirtutes ſi

Laus merces non

laus nulla foret. Laus nõ ultima eſt uirtutis merces. Plus laus generoſis ani-
mis placet q̃ p̃miũ. An maius dari poteſt: ſuperis quam laudem? Quid he-

Superis dari maius.

roes aliud ſecum geſſere: aut quid præſens hic poſſident quam ſuam laudẽ?
Quid ſacra uatum ora: quid in templis hymni: quid epodos? Faceſſant ergo
impij & inuidi: ſordeſcant: ſi ſordent: indigni nedum laude: ſed hominũ con-

Fac ut facis

ſpectu. Fac tu princeps noſter ſemp ſicut facis: ut cogamur te laudare ut præ
ſentes atq; poſteri uelint nolint egregia tua facta laudent & comprobẽt. Sed

F.SF.

eas læto frontis conſpectu excipe a probatis & laudatis uiris. Subdolos & ad
ulatores iube tua explodi aula: tam bellis labijs homunculos qui ſpurce fæ-
dant animam: explode princeps optime. Genus enim dijs & hominibus in-
gratum. Dijs quia ueritatem offuſcant. Hominibus quia decipiunt. Res ob

Adulatio abſurda

ſurda eſt adulatio: & periculoſa circa principum aures. Sed tecum bene agi-
tur: adulatore nõ gaudes: uerus uerum quæris: & in te ipſo indagas. Sed qa
nemo poteſt eſſe tam æquus ſui & idoneus iudex atq; tam incorruptus: ut

aliqd pernoſcendum.

non deſit aliquid pernoſcendum: redde te quandoq; in manus amicorum:
audi ſæpe hos loquentes: perpende quid alij de te ſentiunt: ama ueritatem:

F.SF.

fac ut hæc apud te non odium pariat. Noli imitari malos principes qui ob ue

prĩcipes poſi bonos.

ritatem multos uiros probos peroſi ſunt: ut Dioniſius Dionẽ: Philippus Sa
mium: Cleomenẽ Ptolomeus: Caliſtinem Alexander. Cito qui a ueritate de
uii ſunt: dignoſcuntur quum domeſticum animi iudicium reclamet uerum

uero conſonat. Amicus nihil ſcribit nihil dicit: nihil facit ad gratiam: ſed ad ueritatem: liber libere loquitur. Non metu diſſimulat: nõ quicq̃ reticet quod publico conducat commodo. An mihi uitio dabunt ſi hæc uera de te predico? ſi honeſtis gaudes: ſi obtemperas rationi: ſi non inſeruis affectibus: ſi mendacio non oblectaris: ſi moribus cum quouis optimis es comparãdus: ſi tuo commertio amicos meliores reddis? Si rectum ſequeris: uirtutis cauſa. Si tibi magis male olent uitia animi quam corporis. Si chriſti religioni es addictus: ſi iuſtitiæ es cuſtos: uera profecto tibi laus debetur & gloria non populari ore non hominum affatu: ſed conſcientiæ preconio. Gloriari Princeps potes ſed in deo qui hæc tam bona tibi contulit. Id additum eſt bono ut de eo Gloriari poſſimus: ſi Princeps pulcher eſt: naturam debet laudare: ſi his uirtutibus eſt cumulatus: In ſe gloriari poteſt. Virtutes.n. non ſine proprijs ſudoribus acquirunt. Proinde neq; eſt ulla tanta humilitas que dulcedine glorie ac uere laudis non tangatur. Quæ preclare gerentibus: maior ac tutior poſt fata uenit. Quum ſæpe uiuentibus ſolet officere multis. Nam gloriam inuidia ſubſequitur: & difficile eſt: inuidiam gloria uincere: neq; tamen difficile ſi partam gloriam illico ſubſequantur humilitas: liberalitas: gratitudo. Nihilo.n. maiori clypeo obſtamus inuidis quam quum prudenter nos ipſos ſubmiſſius gerimus: Aſperas liuoris uires manſuetudo ligat. Preſens malum omnino inuidia eſt: Cuius os obſtringitur benignitate & larga datoris manu. Sed ingratitudo os ampliat liuẽtium: centumq; luridas addit linguas: proinde a Principe optimo maxime fugiẽda eſt ingratitudo: quæ omnium uirtutũ fontes deſiccat: & eſt omnium uitiorum colluuies & origo: diuino atq; humano iure damnata peſtis. Dextra quæ manumiſſum retrahit ad priſtinam ſeruitutem: eſt hoſtis humanæ ſocietatis: & beniuolẽtiæ diſſidiũ: parens odij. Querelæ fomes: extrema pricipum infamia. Præſertim ſi illud ingratitudinis peſſimum: explicabit caput dira ingrati mens. Pro accæpto beneficio maleficiũ reddi. Quid.n. ſceleſtius dici aut excogitari poteſt. Loco pmij loco uiuæ memoriæ loco gratiarum actionum: ſubire miſera ſtipendia: rei obliuiones: graues inimicitias? Vnde creditum auxilia & pro benemeritis ſubſequi optatos fructus: ſint coaceruati deſpectus. Tam multi hoc immerſi uitio exiſtunt: quo plus debent eo magis odiſſe: Volunt. Sed hæc a maxima fluunt obtenebratæ mentis nebula. Nunquam ſapiens ingratitudinem fouet. Nec ſinit labi collata officia. Expendit momenta: rem: locum: hominem. Nil ſinit oboriri damnum: etiam relato: æternam beneficij memoriam excolit. Et quia in immenſum deo debemus: deinde parentibus: patriæ: præceptoribus: nil habẽt humanæ uires quod his æque reddant. Quo annitimur eo magis debemus curandum ea mentis pietate colamus: ne deſit ſaltem mentis fides. Qui uero mutuum commodat: ſui precipue ob cauſam: in fœnoris diuertit officinam huic nulla debetur gratia: Quia hic nulla intercedit gratitudinis uirtus. Libet noſtrum: ut exemplo iuuemus: officium commemorare: uerum namq; fuit noſtrum mutuum: & ſincerum: quod Principi mutuauimus: non principi (ut ipſe ſolebat dicere) ſed Franciſco Sfortiæ

Libere loqui

F.SF.

Gloria

Additũ bono.

Naturã laudat pulcher

Humilitas tãgit gloria

Inuidiã uincere.

Clipeus in inuidos

Manſuetudo ligat

Ingratitudo deſiccat

Nil ſceleſti⁹

Deſpectus coaceruati

Sapiẽs nunquam ingra. Quibus debemus

Cui nulla debet' gratia

Mutuũ authoris.

Dii plorauere.
tunc extra Patriam degenti: tunc quum homines:quum dij huius familiæ depulſum plorauere. Accurrimus nos ſponte:non coacti neceſſitate ſed animi pietate in principem meum: quem cordegeto: quem ſemper amo:quem ſemper opto: & in eo ſortis turbine iuuimus:non ſine lachrimis & dolore cõmoti. Et ſiluimus inde per tot annos & nunquam requiſiuimus: Donec
Iuuimus & ſiluimus. Neceſſitas iugulat
Improba neceſſitas me iugulat:dum cum filiis inſudo meis & uitam aſperã minutim præter conſuetudinem patimur. Ne uidear impudens obſecro:ſi de pecunia hic ratiocinamur quum de magnis moribus ſermo ſit inſtitutus: quum dij neceſſitati non repugnent. Sed magnitudo animi principis mei me reficit:me ampliat: ſi ceſſat:maiora parat. Si enim iis qui ſponte læſerunt:
Ceſſatio maiora parat.
ſponte pepercit:ſi iis qui bona rapuere:ablata ignouit: ſi iis qui inimicitiam exercuere gratiam contulit:quid in intimos facturum putamus? Magna uerſat princeps inclytus:& maiora pro patriæ cõmodis:ꝓ Italiæ quiete:pro debito Cæſari ſatiſfaciundo impenſe curat:nec minora negligit: Vt decet ſolertem principem & magnum ducem & populi Paſtorem. Qui nihil cogitat
F.SF.
Nec minora negli.
aut facit quod idem in publico non poſſit prædicari. Cui adſunt continuo uelut pediſſequæ ratio & uirtus:dũ omnibus ſe benemerẽtibus gratum præbet:dum gratum facere cupit:omnia neceſſe eſt cum ratione expendat: & ſi cum ratione ſumma:cuncta ponderat nomen ſemper boni principis conſeruat. Quum conſeruat:Auget ſplendorem:aucto ſplendore ante pedes cunctæ uirtutes adſunt. Quum ad ſunt tunc ad bene beateq; uiuendum atq; ad capeſſendam fælicitatẽ uia patefacta eſt. Nam uirtus illa uera eſt:bonus animi habitus:naturæ:modo:& rationi conſentaneus. Nullo pacto ubi eſt uirtus:uitium ſedere poteſt. Virtus regnat:uirtute uere uiuitur:qua nemo male utitur. Qua nemo decentem finem deperdit. Vbi uero nequitia uitiumq; late fluit:tunc uirtus longe abeſt. Tunc horrenda monſtra in mundo pariuntur:longe uagantur ac dominantur uitia:infelix regnum:infelix reſp. prouincia:urbs:domus. Vbi uirtus nullum locum reperit:ubi probitas languet:pellitur:Calcat̃. Tunc omnino dilabi non mirum quia uirtus ſeminarium bonorum e medio ui pellitur. Tũc perturbationes cateruatim emergunt & humanos perdunt animos. Eos ſcilicet qui extra uirtutes exierunt. Extra uirtutem quicquid eſt:a malo diſperſum eſt. Noſtrum præterea nihil: niſi quod uirtute & recte factis conſecuti ſumus:Illud bonum:Amabile:charũ:quod uirtute partum eſt. Ille diues:Ille liber qui uirtute ſe munit. Poſuit criſpus uirtutem eſſe claram:uirtutem eſſe æternam: & uirtuti omnia parere. Cur clara: cur æterna:cur domina? quia prope deum ſedem habet uirtus. Illinc ad nos deſcendunt uirtutes:& gratiæ nobis datæ nobiſcum hoſpitantur & habitãt: ſi nos dignos conſortio efficimus:ſi nos dignos ad patriam comitantur. Ideo in primis a principe uirtus magnifacienda eſt:quia neq; emi:neq; eripi: neq; naufragio neq; incendio amitti poteſt: neq; tempeſtatum:neq; temporũ perturbatione mutatur. Qua præditi qui ſunt ſoli ſunt diuites: Quia neq; hæc fluxa neq; caduca poſſidet. Virtus profecto cæleſte donum. Ad cuius formam & uelut diffuſum rorem humanæ eſurgunt uirtutes:cui per labores &

Pediſſequæ Pnn.
F.SF.
Via ad felic.
Quæ ſit uirtus.
Horrenda monſtra.
Perturbationes cateruatim.
Noſtrum nihil
Bonũ charũ
Criſpus
Virtus prope deum.
Virtus non perditur.
Ros diffu.

ſudorem annexæ animos mortalium ad cælum trahunt. Dedit natura nobis igniculos quibus excitatis uirtutes cõflantur ad magna facinora. Iccirco ima gines illuſtrium uirorum apud maiores poſteritati commendabantur:ut eo rum uirtutes poſteri & nepotes ueſtigijs inſiſtẽtes : imitarẽtur. Sæpe enim in primo ætatis greſſu|gloriæ cupidi:magnas uirtutes indipiſcuntur. Hæc mu tium Sfortiam per militarem uirtutem:tanto euexit nomine:ut non ſolum in Italia ſed per orbem terrarum reddiderit memorabilem. Hæc Franciſcũ Sfor tiam eius filium Vlnis amplexa : aſtris ſublimẽ oſtendit immortalem. De cu ius uirtutibus:honeſtius puto tacere quam pauca dicere. Commoniti alioqui nihil illuſtre:nihil fieri magnum:niſi uirtute preuia. Hic enim non ſolum pa tris gloriam & noſtrorum principum præclara geſta:militari diſciplina:longe ſuperauit:ſed ueterum cui uis uirtute armorum:fortuna:fælicitate: prudẽtia: corporis maieſtate & fortitudine comparandus eſt. Quæ res & belli & pacis ornamẽta ſummũ principem effecere:& ad inſubriæ imperium euexerũt. Be nemeritum ac dignũ:blancha Philippi ducis unica filia:quæ & hæc tali fuit digna uiro:ut non unum nobilium matronarum cognomen meretur Blãcha pudicitior Penelope : Blancha religioſior claudia : blancha nobilior Cornelia lampido fælicior:alceſte fidelior:portia conſtantior:zenobia generoſior. Ita ex hac blancha:procreati ſunt nobiliſſimi proceres:ex utroq; ſanguine commi xti:ſunt appellati Sfortiæ Vicecomites. Vtriq; familiæ nobilitatis uirtus ini tium dedit. Sunt qui uicecomitum proſapiam a longobardis originem trahe re uelint. Nos quæ manifeſto habentur reponemus:cum ex alijs tum ex me rula Alexandrino cõterraneo noſtro. Primi qui authores dicunt̃. Fuere uber tus & berta anno circiter. M.cclij. quattuor ſuſcipere liberos othonem Me diolanenſem & ubertum uintimilienſem præſules:Iacobum & Gaſparem:Ia cobo tantum Thebaldus filius fuit:qui Matheum genuit. In quo res primũ ſe extollere cœpit. Qui a rerum & animi menſura magni nomen adeptus eſt. Velut alter. C. Marius fortunæ uices periclitatus. Anno ſi quidẽ. M.cccxiii. a turrianis aduerſa factione cuius Guido caput erat:expulſus diu latuit inter paludes lacunaſq; benaci piſcationibus uacãs:ſed per Henricum.vii.lucẽbur gẽſem Impe. Qui eius parti fauerat Mediolanũ reductus:inimicos ſe ulciſſẽ do extorres reddidit. Huius quatuor fuere filii ex bonacoſa uxore:Galeatius: Ioãnes:luchinus:ſtephanus. At galeatio nomen inditũ auſpicio auium gal lorum qui nocte in qua natus fuerat maiori ſolito garulitate cecinere. Suſce pit filios Actium & Marcũ. Imperatori Ludouico bauaro pecunias imperãti acerrime reſtitit. Qua ꝓpter ab eo captus ac cuſtodiæ traditus eſt. Actius do mo pulſus:ſed caſtrutij deinde lucenſis precibus condonatus paulo poſt ex ceſſit. At actius pecunia reditum impetrauit. Hic & caſtrutius contra Florẽ tinos uictoriam habuere. Inde belli gloria floruit. Bononiam adiuuante codẽ caſtrutio debellauit. Fertur in eo bello dum in caſtris meridiaret : in galeam uacuam:quam prope poſuerat uiperam ingreſſam quieuiſſe:mox quum ſur geret:galeamq; capiti ad aptaret: uiperã inde inocuã per ora dilabaſſe. Ex quo poſtea ſigna uicecomitũ. Tam & ſi alii:ex alio deducãt:q; eoꝝ familia qdã cõ tra farracenos rẽ gerens anguẽ:ex hoſtis deuicti galea ademerit. ſed actio fine

Igniculi dati

Cupidi glorie

Mutius sfortia

F.F.S.

Primi.F.SF. laudes

Blancha

Ex blancha procẽ.

Sfortiæ uiecomitis

Origo uicecomitum

Mathe⁹ magnus

guido turria

Hẽricus.vii.

Quattuor filii ex matheo

Galeatius a carnli.

Actius

Vipera i galea

Io.pſul
Luchinus.
Benedictus
ponti.
Ex ſtephão
Tres.
Matheus
Barnabos
Galeatius

Regina ſca-
ligera.
Q̃undeci fi
lii.
Ludouicus
carolus
Rodulphus
Maſtinus.
Femine
Viridis
Tadea
Valentina
catherina.
Antonia
Magdalena
Agnes
Heliſabet
Angeleſia.
Lucia
Dos ſingu-
lis.
Bernarda.
Ricciarda
Heliſabetha
Margarita
Ambroſius
Hector
Lancellotus
Galeotus
ſacromorus
Leonardus
ſacromorus
petrus Frã.
Leonardus
Io.Galeaci9
Violanta.
Nuptie ma
gne Medio.
Adfuit pe-
trarcha.
papia libera
Viuarium
Trini
cænobium
Bibliotheca
comes uirtu
tum.

liberis decedente:Ioãnes preſul Mediolanenſis & Luchinus:patrui heredes
adminiſtrationem ſuſcepere. Quibus primum ut uicariis Mediolanum a
benedicto.xii.conceſſum quod uacante Imperio per bauari tyrannidẽ eius
iura ad Romanũ pontificẽ pertinerent.His igitur domi Imperantibus: tres
e fratre Stephano nepotes Matheus:Barnabos:Galeatius:nouem ãnos exu
larunt. Ioãnes præſul potius armorum quam ſacrorum:ſtudioſus continuo
Italiam bello uexauit.Parmam:laudem Pompeiam: Cremonam: Bergomũ:
Genuam:ſauonam:aliaq; loca trans padum ſubegit. Quæ omnia in elogio
ſepulchri in æde Maiori continentur.Mortuo fratre Luchino: fratris filios
ab exilio reuocauit.In partemq; regni Adhibuit.Sed mortuo Ioanne præſu
le:Barnabos una cum fratribus remp.ſuſcepit opeſq; inter ſe diuiſere. Vxo-
rem duxit adhortante Ioanne patruo maſtini ſcaligeri filiam. Quæ quum
faſtoſa & imperioſa eſſet:Regina eſt cognominata. Ex qua.xv.ſuſcepit libe
ros:Mares quatuor:Ludouicum Cremonæ:Carolum Parmæ:Rodulphum
Bergomi:maſtinum laudis Pompeiæ Principes conſtituit. Reliquas fœmi-
nas Magnis principibus matrimonio iũxit. Quarum:uiridis nupta Leopol
do Auſtriæ duci auo Federici tertij Imperatoris: Tadea duci Bauariæ: Valẽ
tina Petro regi Cypri:Catherina Ioãni Galeacio uicecomiti nepoti: Antonia
Federico regi Siciliæ:Magdalena duci Bauariæ: agnes Franciſco Gonzage:
Heliſabeta Erneſto duci mõachi in Bauaria.Angeleſia Federico iuniori:Lu
cia Ludouico duci adegauiæ primo filio regis Gallorum:Duæ reliquæ quo
rũ una Baldaſſari Marchioni miſnenſi: altera Adinundo comiti canticæ an
gliæ regis filio:ſingulis uero centũ aureorum milia dotes aſſignatæ.Nothos
habuit & primum fœminas quatuor:Bernardam: Ricciardam: Heliſabetã:
Margaritam:Mares.V.Ambroſiũ:Neſtorem: Lancielotum:Galeotum:Sa
cramorum.Huius ultimi extitit filius Leonardus:ex quo natus eſt alter Sa-
cromorus:qui tris & ipſe Genuit:Petrum: Franciſcum & Leonardum: qui
diui celſi abbas fuit.Sed reuertor ad Galeaciũ Bernabouis fratrẽ ex quo re
liqua fluxit progenies quæ hactenus regnauit.Is poſtquam cũ Bernaboue
in patriã reſtitutus eſt:ex blancha aimonis ſabaudiẽſis filia Ioannem Galea
cium & uiolantam Genuit.Quæ Leonello duci clarentiæ regis angliæ filio
cum dote quingentorum milium aureorum nupſit. Aduentu uiri: ſunt nu-
ptiæ Mediolãi tãto apparatu celebratæ:ut nulle uſquã ſimiles. Ad ſingulas
intermiſſiones munera ingentia fuere data:ubi adſuit & ipſe Petrarcha. Ve
rum ut in his accidere ſolet.Quod extrema gaudii luctus occupat. Ille quin-
to quam uenerat menſe extinctus eſt.At Ioannes galeatius Papiam eo tem-
pore liberam per obſidionem cœpit:ubi ſedem ſtatuit arcem pulcherrimam
ædificauit:ac uiuarium haud longe a menibus:& mirum cænobium Catthu
ſienſium:& Bibliothecam nobiliſſimam:libros magnorum authorum publi
ce poſuit ad legendum: qualis olim athenis aut in ægypto per Ptolomeos
aut Romæ per aſiniũ.Is comes uirtutum & dux Mediolani primus Appel-
latus:omnium ſuorum memoriam rebus geſtis ſuperauit: Quãquam a par
ricidio fuerit Auſpicatus.Nam Barnabouẽ ſocerũ ſimul & patruum ad quẽ
ſimulatione ſalutandi Mediolanum ueniebat:obuiam prodeuntem in itine-

re adortus

re adortus per proditionem cæpit:in carceremq; coniectum ueneno ſuſtulit. Mediolani Imperio cuius medietatem ille prius tenebat:potitus eſt:atq; filios partim necauit:partim eiecit. Cuius facinoris cām faciendi fuiſſe dicunt Catharinam uxorem:paternas in eum inſidias manifeſtantem. Ipſe uir impiger ingenti ſpiritu longe lateq; ſtatus fines ampliauit. Pene totam Italiam ſubegit. Bononiam:quæ authore Ioanne haucuto rebellauerat ui recepit. Vbi Actius Vbaldinus cum aliis ducibus profligati ſunt. Veronam Franciſco Carrarieñſi ademit:Senas:Groſſetum:Cluſium:Peruſiam:Piſas:Lucā:Vercellas:deniq; ciuita.xxix.in Italia poſſediſſe dr̃.Florẽtinoꝝ perpetuus hoſtis:cũ qbus annis xii.bellũ geſſit. In quo multi Italiæ ꝓceres euaſere magni militiæ imperatores. Et q per totũ orbẽ famā ſui nois propagauete:inter quos duo præcipue eminebant uelut duo celſiora capita Bracchius Montonius:& Sfortia:qui ni fata properaſſent:potuiſſent in Italia imperij ſedem reformare. Deceſſit Ioãnes Galeatius. M.cccci.j.non diu anteq̃ decederet Dux primus a Vinceſlao Imperatore:factus eſt. Extat priuilegiũ a Vinceſlao æditũ nobiliſſimũ quo eũ & ſucceſſores tãto decorauit honore. libuit ſubſcribere neqs aliũde deſyderet.

Bernabos ueneno

Catherina

Res geſte galea.

Ciui.xxix.

Magnæ militiæ impe.

Bracchi⁹ mõtonius Sfortia

Dux prim⁹ Mediolani.

VInceſlaus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus:ac Boemiæ Rex Illuſtriſſimo Ioanni Galeaz:Duci ciuitatis ac dioceſis Mediolani comiti uirtutum: ſuo & Imperii ſacri:principi gratiam regiam & omne bonũ. Auguſtalis potentiæ monarchia:cuius regnum omnipotentis Dei bonitate:nos ſua:quamuis inſuficientiſſimus meritis attinemus. Ad hoc noſtrum animum ſolicitudine quotidiana fatigat:ut ea quæ dignitatem Romani Imperii fælicibus incrementis amplificant:aſſiduitate continua meditemur. Quod quidem tunc fæliciter ad implere credimus ſi te Ioan. Galeaz:in circuitu ſedis auguſtæ ad illuſtrium principum numerum:ad imperij ſacri decorem adiungemus. Verum ſi ex labore dignitas prouenire conſueuerit: ſi laudabilis ſolicitudo actuum publicorum parit gratiam liberalem ſeruienti: ſumma gratificatione perſonam tuam:merito credimus efferẽdam. In qua paternarum laudum cognoſcimus eſſe ueſtigium. Nec tantum experimur patrem tibi dediſſe imaginem corporis:quã ſigna dediſſe uirtutis. Scimus enim & longi temporis experimento:diſcimus:ꝙ arbor tuæ fidei corpore ſeneſcẽte non deficit:ſed uergente deorſum conditione corporea:feruor ſpiritus in ſublimiora conſcendit. Scimus etiam ꝙ longis tẽporibus retroactis:nobiles quondam progenitores tui ac etiam tu pro tuendis noſtris: & Imperij ſacri uiribus:quæ diuerſorum magnatum & procerum:in Italiæ finibus: & in aliis cõſiſtentibus turpiter conculcare tentauit ambitio. Propria aperire non horruerunt æraria ac inſidioſis bellorum ſe ſubmiſerunt euentibus: ipſorumq; ſolicitudine actum eſt:ut ipſa iura:ſtabili & fixo manerent in robore. Et pro eiſdẽ recuperandis imperium quieſceret a labore. Hæc igitur & multa alia multiplicia probitatis merita:& præclaræ deuotionis ſigna: q̃ in te: atq; eoſdem progenitores tuos:domus Mediolani pia mater radicauit antiquitas:& grata nouitas ſolidauit. Limpidius intuentes:non per errorẽ aut improuide:ſed animo

Priuile. uinceſlaus

Auguſta lis potentia

Dignitas ex labore

Veſtigiũ paterne uirtutis

Arbor fidei.

Tẽtauit ambitio

Grata nouitas

deliberato & ſano principum:comitum:nobilium:procerum:ac aliorum no/
Accedens conſilium
ſtrorum:& imperij ſacri fidelium accedente cōſilio:te Princeps dilecte: nō ad
tuæ petitionis inſtantiam:ſed ex dignitate regia motuq; proprio: ac tuæ origi/
nis nobilitate poſcente:præſertim quum hæc latitudo tui dominij : & ampla
ſubiecta tuæ ditioni ſpatia : necnon & intemerata fides tuæ uniuerſitatis &
populi:qui uetuſto iam tempore: ſacrum honorauit Imperium:non immeri/
Honorauit Imperium
to requirebāt. Hodie in nomine domini & ſaluatoris noſtri:a quo omnes prin
cipatus & honor peruenire cognoſcit. Illuſtrauimus & illuſtramus & in du/
cem ciuitatis Mediolani ſublimauimus:ereximus:decorauimus : & erigimus
Plenitudo poteſtatis
de Romanæ regiæ poteſtatis plenitudine decernentes expreſſe. Quod tu &
Tu & hæredes
hæredes ac ſucceſſores tui duces Mediolani perpetui in antea temporibus
omni nobilitate:dignitate:iure:poteſtate : libertate:honore : ac conſuetudine:
debetis & frui continue quibus alij imperij ſacri principes & nominati duces
illuſtres freti ſunt hactenus. Et quottidie potiuntur. Terras quoq; tuas: ciui/
tates oppida:caſtra:munitiōes:uillas: ꝓuincias:diſtrictus:mōtes: Et colles: &
plana cū oībus ſyluis:rubetis:pratis: a qs aq̄rūq; decurſibus:paſcuis:piſcinis:
Tholoneiiudei
piſcaturis:tholoneis:iudeis monetis:ludicis:bandis/ ſiue inibitiōibus uenatio
nū:& pœnis ide:ſequētibus:cōſuetndine:uel de iute:baronibus :uel baronijs:
Cōſuetudo de iure
fæudis:fæudatariis:uaſſallis:uaſſaligiis:militibus:cliētibus:ciuibus:nobilibus
& plebeis:ruſticis:& agricolis:pauperibus:& diuitibus:ac oībus noſtris perti
nentiis:ſint prædicta:& earum quælibet latitudo tui dominii & comprehen/
Te in ducē.
datur in eius principatu te in ducem Mediolaui ereximus & erigimus:ac inſi/
gniuimus & inſignimus. Et de prædictæ Romanæ regiæ poteſtatis plenitudi
ne decoramus. Tibiq; Illuſtriſſimo Io. Gale. Duci/ mediolanenſem ducatum/
ſeu principatum huiuſmodi cum omnibus honoribus:nobilitatibus:iuribus
priuilegiis/& immunitatibus/quemadmodnm ducatus/ſeu principatus in/
ſignis/ab illuſtribus Romanis imperatoribus/ ſeu regibus poſſidentur/ uel
tenentur ſeu poſſideri conſueuerunt hactenus a ſacro imperio/ & quæ depē
dent/in fæudum de benignitate regia conferentes/decernentes/& hoc Ro/
Dependent in fæudum
mano regio ſtatuentes edicto. Tu:hæredes/& ſucceſſores tui / perpetuo du
ces & principes ciuitatis & dioceſis Mediolanenſis nominari & appellari de/
beatis in antea & tanquam cæteri imperii ſacri duces/& principes teneri/ &
honorari/ac utiq; ab omnibus reputari. Omniq; iure priuilegio honore: gra/
tia/& dignitate/& immunitate. Abſq; impedimento perfrui. Quibus alii ſa/
croſancti imperii duces & principes in dandis ſeu recipiendis iuribus & con
ferendis ſeu ſuſcipiendis & faciendis:& omnibus aliis illuſtrem ſtatum:& cō
ditionem ducum:ſeu principum concernentibus freti ſunt hactenus ſeu quo
modolibet potiuntur. Ita tamen quod tu hæredes:ac ſucceſſores tui duces ci
freti hacten[9]
uitatis & dioceſis Mediolanenſis ducatum ſeu principatū eundem:cū omni/
bus eius pertinentiis:ſicut exprimuntur ſuperius a nobis necnon a ſereniſſi/
mis Romanorum imperatoribus & regibus ac ſucceſſoribus noſtris :& ab
ipſo Romano Imperio. Quotiens oportunum fuerit:cum debitæ ſolemnita/
tis honore:cum uexillis ut moris eſt & ſolita reuerentia ſuſcipere debeatis. No
biſq; ac eiiſdem noſtris ſucceſſoribus in caſibus præmiſſis ſicut alii imperia/

les duces & principes præſtare & facere fidelitatem:homagium:obedientiam Homagiũ
& ſubiectionis debitæ corporalia iuramenta. Gaude igitur Princeps nouelle:
& de impenſo tibi per noſtram celſitudinem munere tua proles exultet:læta- Princeps nouelle
re comes uirtutum:quem noſtra ſerenitas ſpeciali & ampla retributione præ-
uenit:quam hucuſq; aliis tibi paribus:immo etiã maioribus denegauit. Ope-
ratio tua tam grato cum corde cum animo & authore Deo:commiſſa tibi per Maiorib⁹ denegauit
nos potiri ualeat fœliciter dignitate. Tende ad laudem ac celſa faſtigia:& prio
res tuos quos honore ſuperas uirtute:tranſcẽda honorum exempla ſequere.
Et ingenuitatis tuæ memor per uiam probitatis incede. Iniunge per amplius Tẽde ad laudem
conſtantiæ ſimul ac fidei ornamentum. Vt ſicut te:priorem honorem dignũ
fecimus:ita te dignum præbeas dignitati. Supplemus etiam omnẽ defectũ:ſi Exẽpla trãſcendo
quis obſcuritate ſententiarum-uel dubia interpretatione uerborum:ſeu alte-
rius cuius uis ſolemnitatis omiſſæ, compertus fuerit, quomodolibet in præ- Supplemus defectum
miſſis. Nulli ergo homini liceat hanc noſtrã illuſtrationis:ſublimationis:ere-
ctionis:decorationis:collationis:ſeu decreti:paginã infringere. Seu ei quo uis
auſu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem ſecus attentare præ-
ſumpſerit:præter indignationem noſtram grauiſſimam pœnam centum mar-
charum auri puriſſimi totiens:quotiens contrafactũ fuerit:ſe nouerit irremiſſi
liter incurſurũ. Quorum medietatem regalis noſtri ærarii:ſiue fiſci:reſiduam
uero partem ſupradicti ducis aut heredum uel ſucceſſorum ſuorum uſibus
decernimus applicari:Præſentium ſub regiæ noſtre maieſtatis ſigillo ac teſti-
monio litterarũ. datæ pragæ anno domini. M.cccxcv. die primo Maii. Regno
rum noſtrorum:anno boemiæ.xxxii. Romanorum uero.xix. Hæc ut ſunt in-
corrupta fide recitauimus. Eſt & ſecundum priuilegium:quod eodem fidei
pignore apponimus.

VInceſlaus Dei gratia Romanorum rex ſemper Augu-
ſtus & Boemiæ rex Illuſtriſſimo Ioanni Galeazio du-
ci Mediolani & omnium infraſcriptorum ciuitatũ dio-
ceſuum:terrarum:pertinentiarum & aliorum inferius
compræhenſorum:ac comiti Papiæ ſuo & Imperii ſa-
cro principi:gratiam regiam & omne bonum Augu-
ſtalis potentiæ monarchia. cuius regnum omnipotẽtis
dei bonitate nos ſua quamuis inſuficientibus meritis
præſidemus:ad hoc noſtrum animum ſolicitudine quottidiana fatigat:ut ea
que dignitatem Romani Imperii fœlicibus incrementis amplificant:aſſiduita
te continua meditemur. Quod quidem tunc fœliciter adimplere credimus
dum in circuitu ſedis auguſtæ:ad illuſtrium principum numerũ ad imperii
ſacri decorem fœliciter adaugemus:uerum ſi ex labore dignitas prouenire cõ
ſueuerit:ſi laudabilis ſolicitudo actuum publicorum parit gratiam liberam:
ſumma gratulatione perſonam tuam merito credimus efferendo. In qua pa-
ternarum laudũ cognoſcimus eſſe ueſtigium:nec tantũ experimur patrẽ tibi
dediſſe imaginem corporis quã ſigna fudiſſe uirtutis. Scimus enim & longe
temporis experimẽto didicimus:q; arbor tuæ fidei corpore paulatim ſeneſcẽte
non deficit ſed uergente deorſum conditione corporea:feruor ſpiritus in ſub-

antea eſſe dicebantur:una cum parte Veronæ terram quoq; Serzanæ: Lauē
tinæ:Carrariæ:ſancti Stephani:& omnes alias terras:uillas:& fortilitia:caſtra:
& oppida:quæ ſunt in dioceſi lunenſi cum omnibus & ſingulis prædictarū
dioceſuum:comitatum:& earum iuriſditionibus:imperiis:& ſyluis:rubetis:
pratis:aquis:aquarum decurſibus: fluminibus:paſcuis:piſcinis: pignaturis/
tholoneis:iudeis:monetis:iudiciis:bannis: ſiue inhibitionibus uenationum:
& pœnis inde ſequentibus:conſuetudine uel de iure marchionibus/comiti/
bus:baronibus:baroneis:fœudis:feudatariis:uaſſalitiis:militibus: clientibus:
iudicibus:ciuibus:nobilibus:& plebeis:ruſticis:agricolis:pauperibus:& di/
uitibus:ac omnibus eorum pertinentiis. Quæ latitudo tui dominii/& dicta
rum ciuitatum:& dioceſum comprehendit. In uerum principatum:& duca/
tū:creauimus:fecimus:& ereximus:ac creamus/facimus:erigimus:ac inſigni
mus:& de prædictæ Romanæ regiæ poteſtatis plenitudine/& ex certa ſcien
tia decoramus:tibi Illuſtriſſimo Ioani Galeacio duci Mediolani. Vt ſupra:du
catum/ſiue principatum huiuſmodi cū omnibus honoribus/nobilitatibus/
iuribus/iuriſditionibus/imperiis/priuilegiis/ac immunitatibus: quemad/
modum ducatus:ſiue principatus inſignes ab illuſtribus Romanis Impera/
toribus/ſeu regibus poſſidentur/ uel tenentur/ ſeu poſſideri conſueuerunt
hactenus/& a ſacro Romano Imperio dependent/ fœudum de benignitate
regia conferentes/decernentes:ex hoc Romano regio cauē res edicto/& tu:
hæredes/deſcendentes/& ſucceſſores tui prædicti/ordine infraſcripto/per/
petuo duces/& principes teneri/& honorari/ac ab oībus reputari. Omniq;
iure/priuilegio/honore/gratia/& dignitate abſq; impedimento perfrui/qui/
bus alii ſacroſancti Imperii duces & principes in dandis/ſeu recipiendis iuri/
bus/in conferendis/ſeu ſuſcipiendis fœudis & omnibus aliis illuſtrem ſta/
tum/& conditionem/ducum ſeu principum concernentibus/ freti ſunt ha/
ctenus/ſeu quomodolibet potiuntur. Et tu/hæredes/deſcendentes/ ex ſuc/
ceſſores tui p̄dicti ordine infraſcripto/ducatus ſeu principatus eoſdem/cum
oībus ſuis pertinentiis/a nobis/necnon a ſereniſſimis Romanis Imperatori/
bus & regibus ſucceſſoribus noſtris. Et ab ipſo Romano Imperio/ quando
oportunū fuit/& nos uel ſucceſſores noſtros in dictis ducatibus eſſe contin
get/debito ſolemnitatis honore/perſonaliter cū uexillis/ut moris eſt & ſolita
reuerentia ſuſcipere/ & ſacramentum fidelitatis conſuetum facere debeatis.
Dum uero nos & ſucceſſores noſtros extra prædictos ducatus eſſe continge
ret/ex tunc tu/hæredes/& ſucceſſores tui prædicti per ſolemnes procurato/
res & nuntios/tam prædicta feuda ſuſcipere q̄ cōſueta iuramēta facere uidē
tes:cū ſolemnitatibus debitis & conſuetis: quēadmodum alii ſacri Romani
imperii duces:& principes ſua feuda ſuſcipere conſueuerunt. Cæterum ut circa
ſucceſſionē huiuſmodi ducatuum:aliqua in poſterum non oriantur/ ſed cer
tus & clarus ſuccedendi modus detur/edicimus & ſancimus/q; aliquibus
iuribus:immunitatibus/ſeu conſuetudinibus factis uel faciendis/aliqualiter
non obſtantibus aliquibus/primogenitus maſculus natus ex legitimo matri
monio tui Ioan. Galeacii/ducis Mediolani &c. dumtaxat in ducatibus ſupra
dictis/aliis fratribus præferatur. Et quod primogenito decedente:uiuente du

Loca olim Mediolani ſta.

In dioceſi lunenſi

Io. Galea.

Circa ſucceſſionem

Primogenit⁹ præfe.

De primogeniti

ce/maſculinis natus ex legitimo matrimonio dicti primogeniti præferatur patruis/& aliis quibuſcunq; in ducatibus prædictis. Et quod idem ſeruetur in quibuſcunq; aliis primogenitis Mediolani:maſculis:legitimis:& naturalibus primogenitorum deſcendentibus ex primogenito ex deſcendentibus tui ducis Mediolani:in infinitum. Et quod idem ſeruetur:& ſeruari debeat: in quocunq; legitimo & naturali maſculo ex deſcendentibus legitimis & naturalibus deſcendentium:per lineam maſculinam tui Ioã. Galea. ducis Mediolani &c.uſq; in infinitum. Et quod primogenito duce Mediolani &c. decedente ſine deſcendentibus legitimis & naturalibus maſculis: frater ſecũdo genitus legitimus & naturalis ſuccedat in ducatibus prædictis. Et ſi fratrẽ uel fratres: legitimos & naturales non haberet ſuccedat filius legitimus & naturalis fratris ſubgeniti in dictis ducatibus. Et ſi non extarent fratres nec filii fratrum ad mittatur ad ducatus prædictos proximior legitimus & naturalis: deſcendentis ex maſculis legitimis & naturalibus tui ducis Mediolani &c. Et quod decedente te duce:& tuis ut ſupra deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus ſine hæredibus maſculis:ex eis legitime deſcendentibus:eo caſu: deſcẽdentes tui Ioannis Galeaz &c.legitimati & legitimãdi ſolemniter & a nobis: ſeu ſucceſſoribus noſtris in Imperio: eorumq; deſcendentes maſculi legitimi & naturales:per lineam maſculinam uſq; in infinitum ſuccedãt in ducatibus prædictis:modo:ordine:& forma præmiſſis. In caſu tamen quo contingeret ipſis fratribus prædictorũ ducum Mediolani &c.nõ eſſe prouiſum: uel ipſos non habere modum:quo honorifice ſecundum eorum conditionem & ſtatũ uiuere poſſent:eo caſu dictos fratres pro quolibet ipſorum uolumus a prædictis ducibus Mediolani &c.habere debere florenos duodecim milia annuatim donec aliter ad honorifice uiuendum:eos habere contingerit. Infraſcriptis manentibus ſemper ſaluis decernentes:& poteſtate qua ſupra ſtatuentes ꝗ tu Ioã. Galeaz. tuiq; deſcendentes:& ſucceſſores duces Mediolani &c. poſſitis & ualeatis dare:& in feudum concedere:deſcendentibus:& collateralibus ueſtris legitimis & naturalibus uel legitimatis uel legitimandis ſolemniter a nobis uel a regibus & a Romanorum Imperatoribus ſucceſſoribus noſtris: cuiuſcunq; ætatis fuerint:& eſſe reperientur deſcẽdentes ſeu collaterales prædicti:de ciuitatibus:caſtris:terris:territoriis:uillis:rebus:& oppidis: dictorum ducatuum Mediolani &c.cum illis conditionibus:pactis:cõnexibus & ſubiectionibus:de quibus uidebitur & placuerit: & de dictis ciuitatibus: caſtris: terris:& territoriis dictorum ducatuum:pro ueſtra cuiuſq; ultima uoluntate: diſponere:& ordinare:ac etiam filiis & poſteris ueſtris:ac capitaneis:Mareſcalchis:tutoribus gubernatoribus:& adminiſtratoribus & aliis quibuſcunq;: regimen:gubernationem eorum ſtatus & ducatuum prædictorum concernentes prouidere:prout uobis uidebitur & placuerit:ualeatis:& alia gerere & facere:& expedire:in ducatibus prædictis Mediolani &c.quæ nos Romani regis & Imperatores gerere:facere:& expedire poſſimus: etiam de plenitudine poteſtatis. Inhibentes tamen & prohibentes/ꝗ deſcendentes & ſucceſſores ſui duces Mediolani nõ poſſint alicui perſonæ extraneæ exceptis deſcendentibus & collateralibus p̃dictis/uendere/donare/infeudare/ uel aliquo quo

De ſecundo genitis

Filius ſubgeniti

De proximioribꝰ legitimis

De legitimatis.

De prouiſio ne fratrum

Duodecim milia

Dare in feudum

De venditionibus

uis modo alienare aliquam ciuitatem/caſtrum/oppidum/terram/nec aliquã
partem dictorum ducatuum Mediolani &c.antequam ſint in ætate uiginti/
quinq; annorum:poſt uero dictam ætatem in feudũ dare poſſunt de caſtris/
& terris prædictis.Decernentes ex nunc irritum/ & inane/ quo ad prædicta
alienata:ſi aliter factum fuerit. Vel aliqualiter attentatum.Et hoc ex eo ut di/
cti ducatus deſcendẽtibus:& ſucceſſoribus tuis ducibus Mediolani &c.quã
tum plus fieri poterit/conſeruentur.Poſſint tamen de rebus:& bonis per eos
acquirendis/ad libitum ipſorum diſponere & prouidere . Decernentes & de
noſtræ Romanæ regiæ poteſtatis plenitudine ſtatuẽtes:ut omnes/& ſinguli
barones:marchiones/comites/nobiles/& alii quicunq; tenẽtes ſeu quaſi ipſa
feuda marchionatus/comitatus:cõceſſionis iuriſditiones:iura & regalia que
uiſcunq; in ducatibus/dioceſibus ſupradictis:de cætero ad omnem tuã: pri/
mogenitorum:eorumq; deſcendentium ac ſucceſſorum ducum Mediolani
&c.requiſitionem/de ipſis feudis:marchionatibus/comitatibus:ſucceſſioni
bus:regalibus/iuriſditionibus/& iuribus quibuſcunq; ſe inueſtiant:& ea ex
cipiant & recognoſcãt a te Ioanne Galeaz. tuiſq; deſcendentibus & ſucceſſo
ribus ducibus Mediolani &c.Et quod tibi Ioan.Galeaz tuiſq; deſcendenti/
bus ducibus Mediolani:&c.præſtent/& faciant fidelitatem:obedientiam:&
homagium:& fidelitatis iuramẽtum:quantum eſt pro marchionatibus:comi
tatibus:feudis:conceſſionibus:regalibus:iuriditionibus:& iuribus quibuſ/
cunq;:quas & quæ prædicti tenent:& recognouerunt:ſeu recognoſcere de/
buerunt hactenus a ſacro Romanorum Imperio obtinere. Inſuper uolentes
pro comitatu Papiæ te & ſucceſſores tuos duces Mediolani &c. Alio titulo
decorare:& ſublimare:te:hæredes:deſcẽdẽtes: & ſucceſſores tuos duces Me
diolani &c.hodie in nomie ſaluatoris noſtri comites Papiæ: dioceſis/& per/
tinentiarum ipſius fecimus:creauimus:ereximus:illuſtrauimus:& ſublimaui
mus:facimuſq;:creamus:decoramus:& uirtute præſentiũ erigimus: illuſtra/
mus:& ſublimamus:decernentes:quod tu:hæredes & ſucceſſores tui præ/
dicti comites Papiæ perpetuis in antea temporibus/omni dignitate : nobilita
te:iure:poteſtate:libertate:iuriſditione/imperio:honore:& conſuetudine:gau
dere debeatis:& frui continue/quibus alii imperii principes & nominati co/
mites illuſtres freti ſunt hactenus:& quottidie potiuntur.Dictam quoq; ciui
tatem Papiæ:Eiuſq; diſtrictum:dioceſim:& comitatum:cum omnibus & ſin
gulis,ſibiq; pertinentibus uillis:oppidis:caſtris : & terris:aquis : aquarum ue
decurſibus:iuribus:iuriditionibus:& regalibus:& cum infraſcripris terris: ui
delicet:Viqueria:Vigleuanum:Baſſignana:Caſſale Sanctiuaxii:& Valentia
cum earum territoriis.Et tibi uerum comitatum creauimus: & ereximus . Et
erigimus & creamus:ac de prædictæ Romanæ regiæ poteſtatis plenitudine
ex cærta ſciẽtia decoramus:tibi Illuſtriſſimo Io.Galeaz. duci Mediolani &c.
Et comitatum huiuſmodi cum omnibus honoribus:comitatibus : nobilitati
bus:iuribus:priuilegiis:& immunitatibus: quemadmodum comitatus inſi/
gnes ab illuſtribus Romanis Imperatoribus/ſiue regibus,poſſidentur uel te
nentur:ſeu conſuerunt poſſideri hactenus:a ſacro Romano Imperio:quæ de

De alienatis

De rebus ac quirendis

Comites pa piæ

Loca comitatus papiæ

pendent:in feudum de benignitate regia cum poteſtate de qua ſupra in dicto
ducatu:fit mentio:concedentes ac decernentes:& hoc regio Romano ſtatuē
tes edicto/quod tu : hæredes/& ſucceſſores tui prædicti perpetuo comites
Papiæ:& dioceſis:terrarumq; prædictarum nominari:& appellari debeatis in
antea.Et tanquam cæteri Romani Imperij comites teneri : & honorari : ac ab
omnibus reputari:omniq; iure:priuilegio:gratia:dignitate:& imunitate: abſq;
impedimēto:perfrui.Quibus alii ſacroſancti Romani Imperii comites:In dā
dis ſeu ſuſcipiendis iuribus & iuriſditionibus : in conferendis ſeu ſuſcipiēdis
feudis:& ab omnibus aliis illuſtriorem ſtatum: et conditionem comitum re/
ſpicientibus freti ſunt hactenus.Seu quomodolibet potiuntur.Quodq; tu:
ac hæredes:& ſucceſſores tui prædicti comites Papiæ:comitatum eūdem cū
omnibus ſuis pertinentiis:ſicut exprimitur ſuperius a nobis:nec non a ſereniſ
ſimis Romanis Imperatoribus & regibus ſucceſſoribus noſtris : & a ſacro
Romano imperio:quando oportunum fuerit:& nos uel ſucceſſores noſtros
Romanos Imperatores uel reges/in dicto comitatu & ducatibus eſſe conti/
De receptio ne īperatoꝝ gerit:ſubito ſolemnitatis honore:cum uexillis:ut moris eſt: ac ſolita reuerētia
perſonaliter ſuſcipere debeatis:ac ſacramentum fidelitatis facere conſuetum.
Dum uero nos uel ſucceſſores noſtros:extra dictos:comitatum & ducatum
eſſe continget:quod tunc tu/& hæredes ac ſucceſſores tui prædicti per ſolē/
nes procuratores & nuntios:tum prædicta feuda ſuſcipere:quam etiam con/
ſueta iuramenta facere ualeatis:cum ſolemnitatibus debitis & conſuetis:quē
admodum alij ſacri Romani Imperij comites ſua feuda conſueuerunt acci/
pere:decernenres:& hoc Romano regio ſtatuentes edicto:quod tu Ioan.Ga
leaz:& tui deſcendenres duces Mediolani &c. teneas ac tenere debeatis di/
Dux tenet papiā ut comes ctum comitatum Papiæ:ſub nomine comitatus:& tanquam comites Papiæ:
non autem tanquam duces Mediolani.Et quod non poſſitis nec ualeatis da
re:concedere : nec aliquo modo transferre dictum comitatum Papiæ in ali/
quam perſonam.Nec ipſum comitatum a uobis aliqualiter abdicare / niſi in
perſonam illius: qui poſt obitum ducis Mediolani &c.ſuccedere deberet in
ducatibus prædictis.Et qui tunc ſit & dicatur comes papiæ . Poſſint tamen
dumtaxat:& tu Ioan.Galeaz dux &c.prædictum comitatum Papiæ traſfer/
re & conferre illi: & in illū ex deſcēdentibus tuis legitimis & naturalibus de
quo tibi uidebitur & placuerit.Poſſitis inſuper/& ualeatis / de caſtris & ter/
ris dicti comitatus Papiæ / dare / & in feudum concedere illis perſonis / de
quibus in ſucceſſione ducali fecimus mentionem . Gaude igitur princeps:
& de promiſſis tibi per noſtram celſitudinem / muneribus tua proles exul/
tet.Lætare dux:& comes:quem noſtra ſerenitas ſpeciali/& ampla retributio/
ne præuenit.Quam hucuſq; tibi paribus aliis immo etiam maioribus dene/
Noſtra ſerenitas gauit. Operatio tua tam grato cum corde / ac nomine / & authore deo con/
ceſſis tibi / per nos potiri ualeat fœliciter dignitatibus / ac etiam ad ma/
iorem adſcēdere dignitatem . Et prædicta omnia et ſingula ualere uolu/
mus:et obtinere effectualē roboris firmitatē / non obſtantibus quibuſcunq;
legibus:iuribus:cōſtitionibus:conſuetudinibus:clauſulis derogatoriis:etiam

aliſs potioribus infeudationibus:uel titulis per nos ſeu ꝑdeceſſores noſtros: in Imperio aliſs factis:collatis uel conceſſis ſuper præmiſſis uel aliquo præmiſſorum/per Q uæ uel per quas preſentibus non expreſſa uel totaliter nõ inſerta effectus eorum impediri ualeret: quomodolibet : uel deferri : & ſitalia forent:de quibus oporteret ſuperius haberi mentio ſpecialis impreſentibus.Q uibus omnibus & in ſingulis quo ad ſublimationem:erectionem cõceſſionem:infeudationem:& alia ſupradicta : de plena & abſoluta poteſtate & ex certa ſcientia: per preſentes derogare uolumus:ac etiam derogamus: ſupplentes communem defectum:ſi quis obſcuritatem uerborum:aut ſolemnitatis ſeu alias quomodolibet repertus fuetit in premiſſis. Ius tamen quod ex dictis conceſſionibus & creationibus : in feudo dictorum ducatuum & comitatuum habemus:nobis & ſucceſſoribus noſtris in imperio ſaluum remaneat:& Illeſum . Nulli ergo omnino hominum liceat : hanc noſtræ illuſtrationis:ſublimationis :Creationis:decorationis : collationis : ſeu decreti paginam infringete.Seu eis quouis auſu temerario quomodolibet cõtraire: ſi quis autem ſecus attentare præſumpſerit: præter indignationem noſtram grauiſſimam pœnam centum Marcharum auri puriſſimi : totiens quotiens: contra factum fuerit:ſe nouiter irremiſſibiliter incurſurum . Q uorum medietatem regalis noſtri ærariſ/ſeu fiſci/reſiduam uero partem ſupradicti ducis:& heredum ac ſucceſſorum ſuorum uſibus decernimus applicandam. Præſentium ſub Regiæ Maieſtatis ſigillo ac Teſtimonio litterarum . Datæ pragæ Anno domini.M.ccc.xcyi.die tertio decimo menſis octobris regnorũ noſtrorum boemiæ.xxxiiiſ.Romanorum.xxi. Datæ pra.

Thec de priuilegiſs quæ ita libuit inſerere : ut perſpiciat candidus lector : quantum in rebus humãis mens labat ignorantia . Q uæ omnium parens errorum eſt. que omnem uiuendi normã offuſcat infirmatq;. Ignorare quæ ſciri oportet : extremum malum eſt:quamuis non parum ſcit/qui ſcit quod neſcit . Sed plurimum ꝑfecto cæcæ noctis mortale pectus poſſidet : Illud ſcilicet:quod hæc duo præcipue pro maxima ſcientia non tenet breue nobis uiuendi datum eſſe ſpatium:Deinde magno iudici rationem exactæ uitæ eſſe reddendam.Q uid nunc Galeacio prodeſt:ſi tantis priuilegiis hic decoratus:& in altero mundo ſit deſpectus in tenebris. Fuit homo accetrimi & magni animi in his caducis uerſutus & calidus: nihil ratus fore nefas/regnandi cauſa.Iccirco ſimulata religione aſtu oppreſſit Bernabouem patruum & ſocerum . Atq; nulla habita ſanguinis ratione hominem perdidit:& integro Mediolani Imperio ſolus potitus eſt ut dixi . Tanto fuit animo dominãdi ut oẽs bello uexauerit. Franciſcũ Patauio expulit:et Antõiũ ſcaligerũ Verõa et Vicẽtia:ex cuius nobiliſſima ꝓſapia euenere Scalãpi et ex Rãgonũ regio genere:q nũc ſi nõ ãplitudine Impiſ : uirtute tñ et animi magnitudine clariſſimi ſunt :maxĩe Nicolaus et Ludouicus canollaꝝ et pluriũ locoꝝ dñi et pricipes/et in ea generoſiſſima familia primariſ/ et cũ Ludouico careto meo amãtiſſimo genero et Spigni marchione cõſanguinei

Extremum malum. Non parum ſcire. Breuæ ſpatium. Reddẽda rõ Galea.vir. Regnãdi cã Scalãpi.

dignissimi. Ita in rebus hūanis euenit ut qnq; una familia bellis exagitata in plures nobilitates pro$ſ$cindatur. Galeacius qui totius Italiæ regnū affectabat morte pteuentus non potuit exequi quod intēderat. Vixit an.xxxij. præter nimiam cupiditatem regnandi: In omnibus laudandus: atq; clarissimus extitit: magnanimus: liberalis & in re militari prudentissimus: bonarum disciplinarum impense cultor: ex prima uxore filia regis Boemiæ: habuit Valētinam quæ Ludouico Aurelienſi nupſit: ut diximus. Ex ſecūda uxore Bernabois filia ſuperſtites fuere: duo filii Io. Maria & Philippus Maria. Qui & ſi uero matrimonio geniti: tamen proximo tam ſanguine raro fælicem copula ſortitur exitum. Mira res eſt matrimonium/Quo uera amicitia conflatur: quo uere naſcitur homo. Ab immortali deo permiſſa ſocietas inter uirum & fæminam: unde ex pari conſenſu uterq; alteri ſe ipſum debet. Connexio ſane neq; in temporis neq; rerum clade diſſolubilis/ſanctū ab officio nomen habet: eo quod circa ptolem ſit magis officioſa parens: licet pater ſit author generis: & foris negocia ſubit: illa domi maiora tolerat & in partu & in educatione. Impedit matrimoniū conſanguinitas: Idcirco abſtinere debuit Dux Galeacius: nec adiugare ſibi patrui filiam. Et ſi Pontificis permiſſu celebratū: tamen opifici Deo non placere: omni tempore exempla admonent. Nam contrahētes uel in ipſa ſobole: uel in rebus domeſticis: ijs diu nō lætant̄ nuptijs. Duo matrimonio reqrunt̄: ſubſtantia & forma: in illa conſenſus in eſt: In hac neceſſe eſt uerba ad cōſenſum exprimi. Fuit iſtitutū añ peccatū ad hūani generis ꝓpagationē: & poſt peccatū ob iſirmitatis remediū: pficitur dei pcepto. Et tūc uere legitimū & ratū eſt: ſi uxor a parētibus tradit̄: ſi aſpōſo aliqua auget̄ dote: ſi a ſacerdote benedicitur: & mutuo inter ſe cōſenſu completur. Matrimonij bona ſunt: Fides: proles & ſacramentū. Cōtinentiā uouere neuter ab altero non poteſt. A furioſo contrahi matrimonium non licet qa cōſenſu caret. Muti cæciq; per ſigna utiq; contrahunt: pariter per procuratorem idoneum: Vhe in matrimonio frangentibus ſidem: Quū deus legitimi matrimonii defenſor & cuſtos eſt. Secundæ autem nuptiæ neq; diſſuadentur neq; damnātur: Rurſus ſi celebrant: benedici non debent. Extremæ malitiæ eſt: qui matrimonio inſidiantur: Sunt enim duo in carne una: & quos deus cōiunxit homo nō ſeparet. Et licet matrimonium ſit a deo inſtitutum: non proinde caſtitas: uirginitas Abijciēdæ ſunt. Audiant tametſi improbi lutheri. Pauli omnino ex ſententia predicatur. Inquit.n. ille ad corinthios: bonū eſt homini mulierē nō tangere. Quod ſi ſe cōtinere nō poteſt: nubat: quia melius eſt nubere q̄ uri: at ijs aūt qui in matrimonio ſunt præcipit deus: ne uxor ab eis diſcedat: ſed qui ſolutus eſt ab uxore: non quærat uxorem: & habens ſit tanq̄ non habēs: quippe qui ſolicitus eſt de uxore: difficile placebit deo. Igitur qui ſeruat ſuam uirginitatem benefacit: at operoſum etiam eſt inſeruire matrimonio. Sed mentem Virgineam ſiſti ante numinis aram gratius. Vxorem forte ſterilē/cæcā/debileq;/morbiſq; affectā/uir ſuſtinere debet. Maxia debet eſſe iter uirū & uxorē charitatis potētia etiā alteri ſupreſtiti/atq; in ſeruanda fide memoria maior. Dido caſtiſſima regia ut laſciui Hyarbæ regis Libyæ cōgreſſum euitaret: memor ueri cōiugis Sichei: in ardētē pytā ſe coiecit: uoluit

Galeacii uir.

Valētina. Jo. Maria. Phi. Ma.

Matrimōiū.

Exēpla admonent. Duo in matrimonio. Cā matrim.

Bona Matr.

Cæci cōtrahunt.

De⁹ cuſtos.

Extrēa mali. Improbi lutheri. Melius nubere quam.

Habēs non habens.

Virginitas gratior. ſupreſtiti, fides. Dido. Maluit vri

Vxi potius q̃ nubere:caſta mulier Carthaginẽ cõdidit & rurſus eadẽ urbs in
caſtitatis laude deſinit eẽ. Nã haſtrubalis uxor:capta Carthagie:& undiq; ar   Vxor haſtr.
dẽti:ne a militibus captiua fieret apprehẽſis ab utroq; latere duobus puulis
filijs:Inſubiectũ incẽdiũ ſe p̃cipitauit. Niceceti quoq; cõiunx ſui impatiẽs   Nicereti cõiunx.
iniuriæ uiri:ne ſuſtieret libidinẽ trigita tyrãnorũ:quos Lyſander uictis Athe
nis impoſuerat: mortẽ ſibi ipſa cõſciuit. Ingẽs profecto & inuictus uere con   ciro pricepſ nubar.
iugis amor. Proinde Princeps ne tanto beneficio naturæ careat:ne infamem
ſucceſſorẽ relinquat ꝓ cõmodo reip. q̃ citiſſime(ubi. Cõmode fieri poteſt)
ſancto ſe collocet matrimonio. Sit principi uxor omni parte prudens: Iuue-   Vxor pri. Qualis.
nis:decora:honeſtis parentibus orta:pro pudicitia potius amãda:q̃ pro pul-
chritudine. Eam.n. Iudico amare debet nõ animi fluxu. Res ſane parũ uiri-
lis: uxori pro libidine ſe ſe cõtinuo ingeri. Sunt matrimonio ꝓpterea non ini
micæ:caſtitas & Virginitas:utræq; res magno ſe iactant munere: Hæc terrã   Inter ſe iactant.
& urbes:illæ cælũ replẽt. Cæterũ nec Imperatores:nec Cæſares: nec magni
Principes putent ſibi licere:poſſe a ſe dimitti uxores:ſi emitti indulget ponti
fex:nõ tamen permittit deus niſi labes & adulterij ſit explicata cauſa. Impro   Chiſoſtom⁹.
bus eſt profecto(Chriſoſtomi ſententia)Qui ſcienter uxorem meretricẽ re
tinet. Proinde debẽt puellæ duci:nõ diuitiarum tantum cauſa:ſed morũ ſpe   Gẽner qualis.
ctata forma. Neq; parentes illum eligãt Generum perditum: laſciuum:inge
nio inutilem:licet diuitem:ſed probum:& frugi:cuſtodem honoris:& fortem
pati pro fide:pro patria: Paratum ad utrãq; fortunam. Sed quia Princeps bo-
nus ſine uxore cõmodius agere non poteſt:conſulendum eſt:ut q̃ optimam
eligat: etiã de priuata nobilitate: Quid.n.melius atq; ſuauius teneri poteſt: De priuata nob.
q̃ id quo uſq; ad uitæ exitũ Charius reperiri nequit? Mores ſane opibus pre
poni debẽt. Vxor prudens:caſta:humilis:lecto fida ſatis ſecum affert dotis.   Satis dotis.
Inuitam(me iudice)nemo ducat:male inæquales profecto ueniunt ad ara-
tra iuuenci. Illi prudentius agunt:qui pares nubunt. Deus optimus det tibi: Iuuenci inequales:
Princeps noſter, Vxorẽ eam. Quæ perpetuo placeat. Sit tibi anima tua:cor   F.SF.
tuum:Senſus tuus:ſit fælix cõſilio:quum uideas creſcat tibi omni parte bea
titudo:lætitiæ animi:corporis uires:leuamẽ laborum:ſit fæcunda filiolis:ſed
q̃ optimis,& fortunatis:non quales habuit Dux Galeatius, ut ad id redeam   Io. Ma. ſec Dux.
unde digreſſi ſumus. Succeſſit patri defuncto Io. Maria utiq; primogenitus
longe abiens a paternis ueſtigijs: Regnauit pene annis decẽ ſed Nerone cru
delior:& fera truculẽtior. Ciues per uaria ſupplicia uexauit, Matrem ſcelera
obiurgãtem in arce Modoeciæ mori coegit:ſæpe nobiles famelicis canibus   In arcæ modoeciæ.
dilaniandos obijciebat. Qui tandem poſt decennium ubi omnium odio Pro   Famelici canes.
uectus eſt, dum ſuperne e feneſtra ſacrificiũ audiret, quod deorſum in æde
diui Gotardi celebrabatur, a ſuis aulicis interfectus eſt. Quo illico ſublato
Pleræq; ciuitates rebellarunt. Nã cremonã Vgulinus caualcabos & Pon-   Interitus. Io.M.
zoni occuparũt: Othonus Parmã pulſis roſcijs: Bergomũ ſuardi, Comum
Ruſconi: Laudem Pompeiam uignatenſes, & uercellas & Alexandriam Fa   Rebellio ciuita.
cinus canis. Tum filij Bernabois patriæ reſtituuntur, omnis italia in no-
uitatem ſpectabat. At Philippus maria qui Papiam regebat audita fratris   F. cinus. Beatrix fazini.
morte Beatricem Fazini canis filiam: quamquam imparem nobilitate,

ut terras plurimas trans padũ & nũmos & copias paternas recipet:in uxorẽ
Bernabois filii. accæpit. Quibus auctus uiribus:Bernabois filios Mľum reuerſos iterũ ex-
Neſtor pulit:E quibus Neſtorẽ in expugnatiõe Modoetiæ interfecit. Dẽiq; rem pa
ternam fortuna adiuuante:ſolus obtinuit.Cremonã antiquã familiæ poſſeſ-
Cabrinus ſionem:Cabrino tyranno interfecto recæpit:Bononiã: Forũ liuij : Forũ Cor-
nelij Pontifici reſtituit.Genuã ſubegit:Deinde amiſit.Brixiã expulſo Pandul
pho Malateſta:eſt aſſecutus,quæ mox a Venetis recepta:longi fuit iter utroſ
Nobiles duces q; materia belli. Nec Philippus longa obſidiõe potuit ſupare. Fuit tũc mili-
tia utriq; nobilis. Erãt in caſtris Venetis duces.S. Carmignola Io.Malauol
ta: Gattamellata: Io. Frãciſcus Gõzaga:& Nanes ſtrotius æques Florẽtius
F.SF. a Duce Ferrariẽſi miſſus:At Philippi Mariæ erãt Duces Frãciſcus Sfortia:
Angelus pgulẽſis:Nicolai duo guerrerius & piccinius : Florauãtus puſinus:
accidit:ut p pleroſq; ãnos Philippi glĩæ & amplitudini plurimũ fortũa fauit.
Captiui Reges. Quippe nauali pugna captiuos habuit Alphõſum Aragonẽ Regẽ Neapo
litanũ:& Ioãnẽ Nauariæ Regẽ:quoſdã Alioſq; Hiſpãiæ Pricipes.Sed uicto
ria hec tã iſignis,utilior fuit uictis q̃ uictori.Nullũ.n.hũanitatis officiũ ptet-
Phili. Magnani. miſit:dux magnanimus laudis potius cupidus q̃ Imperij:nedũ eos liberos fe
cit:ſed ingẽtibus muneribus auctos dimiſit. Fuit ad poſteritatem pulchrius:
Pontifex Martinus Ducẽ Reges captiuos liberare:q̃ capere. Quũ illud fortunæ ſit bñficio fa-
ctũ:hoc uero ex magnitudine animi Pricipis euenit.Pontificẽ Martinũ a cõ
cilio cõſtãtienſi redeũtẽ:magno cũ honore excæpit.Simul poſtea magnifico
Sigiſmũdus Impe. apparatu Sigiſmũdũ Impatorem Mľi habuit.Multas quoq; uictorias diuer
ſo tpe cõſecutus eſt.Intuitus fælicitatẽ:& inuictam armorũ uirtutẽ Frãciſci
Blãcha phi. filia. Sfortiæ eo tpe Piceni Principis:habuit pro ſummo negocio: Blanchã filiam
illi Matrimõio collocare:atq; p dote Cremonã cõſtituere:& Pontremolum.
Erat hæc unica filia:nã ex ſcda cõiuge Maria Amedei ſabaudiẽſis filia nihil li
berorũ tulit. Fuit hæc nõ unis uirtutibus pdita,corporis pulchritudine:&
Ex utero blãche. animi prudẽtia ſublimis:cuius fœliciſſimo utero tanta Pricipũ nobilitas eue
nit:ut effecta ſit tota Italia illuſtrior.Interea Philippus ſenſit mutatam fortu-
Fortũa mutata. nã:uidit.n. Genuã amiſſam:& Piccininum ſpem eius unicã:defunctũ.Exer-
citũ ad Caſale maius ab hoſtibus fuſum. Venetos in agro Mediolanẽſi ca-
Cæcitas phi. ſtrametãtes. Poſtremo,cæcitate oculorũ oppreſſus:nullum his malis ſubue
nientẽ inuenit:Aſtã urbẽ Gallo tradidit ut ſuppetias ferret: Alponſus Rex
unicus inuẽtus q cũ exercitu ad opẽ ferẽdã:ſe accinxerat:uñ hæredẽ ab eo in
Alph. hæres ſtitutũ creditur. Sed is animi dolore deceſſit.anno.M.cccexlyij. Tum Caro
lus aurelienſis audito Philippi fato:quia ex matre uicecomite eẽt natus legi
Mors phi. timũ ſe hæredẽ appellat. Federicus Impator iure Impij rẽ ſibi uendicabat.
Hæredes varii. Inſtabat & Frãciſcus iure dotis. Verũ Mediolanẽſes Teſtõ pſciſſo in liber
tatem ſe aſſeruere. Arcem portæ Iouis ſolo æquarũt: duodecim qui remp. re
gerent conſtituerunt.Carolũ inde Gonzagam exercitus ducem deligũt.At
Teſtũ proſciſſum. Franciſcũ Sfortiã ad gloriam ingenio rei militaris intentũ:quaſi naturæ &
F.SF. fortunæ filiũ hæc omnia ad imperiũ trahebant:procera & eminens maieſta-
Forma F.SF. tis forma:oculorum & frontis honeſta ſpecies:magnis patens ſub humeris
pectus æqualis uſq; ad pedes per omnia cõpactio:uertex nobilis inſigni cal-

uitiæ. Grauitas & facunda linguæ ſermocinatio: indefeſſum ingeniũ: uotum magnarũ rerum: in rebus oĩbus ſolertia ſupraq̃ dici põt ingens laborum patientia: occaſionum omniũ ꝓuidentia: in capiendis hoſtibus mira diſſimulatio: Parum fidẽtia fortunæ: diuina in exeq̃ndo celeritas: Iuſtitia animi & probitas non alia quã heroica: & beniuolentia oĩum pariter & timor: erat. n. Amicitia coniunctus cum pluribus principibus: ꝑſertim Coſmæ medicei cuius etiã opibus creuit. Tunc cum quatuor milibus equitum & peditum duobus m ilibus iter faciens per Ferrarienſium fines: & Parmenſiũ in Galliã Ciſalpinam uenit: Expectans quo Mediolanenſes tendãt. Sed Iȷ magno animo libertatem retinere ſtudent: & bellũ cõtra Venetos ſuſtinere. Erat tunc Mediolani Bartholomeus Bergomas cognomento coleo: uir acerrimus qui poſt obitum Philippi: cuius iuſſu retinebaẗ: refracto carcere Mediolanenſium ſtipendio inautoratus eſt. Venerant per id tp̃s Galli qui Aſtã tenebant: quã ex fœdere a uicecomite receperant: qui ea non contenti magnam Alexandrini agri partem occuparãt: Illic Bergomas cum ſuo equitatu & Aſturre fauentino in Gallos miſſus eſt: qui Boſchum arta ꝓmabant obſidione. Hoſtem hic ſubito adortus p̃lio egregie ſuperat: uictos caſtris exuit: multi Gallorum eo p̃lio cæſi ſunt: ſed in fuga multo plures capti. Mediolanenſes plurimum eo auſpicio pro libertate gaudebãt. Erat ꝓinde celebre Coleonis nomẽ: ob rem præclare geſtam: contra Gallos. Cæterum ille ſiue Philippi iniuriæ memor: ſiue maioris ſtipendiȷ cupidus: ad Venetos cum mille & quingentis Equitibus trãſit. Quæ res fecit ut maiori oĩum conſenſu ſit Franciſcus Sfortia exercitus Imperator & bẽiuolentias complexus: ꝑſertim quũ per eoſdem dies Nicolaus piccininus qui pro libertate duxerat exercitus diem obiȷt. Franciſcus magno aĩo Ex hybernis egreſſus: p̃ter Carauagiũ: oĩa abduanæ terræ ex hoſtibus recepit. Claſſis inde uenetorũ ſub Andrea quirino ad Caſale maius proſciſſa & partim capta quo Cremona metu liberata eſt: ſed multo maiorem uictoriam Mediolanenſiũ libertas per hos dies habuit. Stabat Sfortia ad Carauagium obſidendũ: quũ non multo Attendulus & copias admouit: raro alias tãta uis in his locis armoꝝ: tot illuſtres uiri eo coĩuere. Erant in Venetis caſtris præter attendulum penes quẽ fuit copiarũ oĩum imperiũ. Ludouicus Gonzaga: Bartholomeus coleo: Gentiles Leoneſius: Carolus Montonius: Tibertus Brãdolinus: Ioãnes comes Romãi ſanguinis: Guido Ranconius: Albertus bondienſis: Cæſar Martinengius: Nicolaus Guererius: & cum his duodecim milia equitum. Ac uis peditum ingens. Erat ex alia parte Frãciſcus Sfortia oĩum qui tempeſtate illa fuere Dux clariſſimus: & eius fratres: Alexander & boſius: & Gerardus: erat & Robertus ſeuerinas: piccinini duo Frãciſcus & Iacobus: Guilelmus Monferatenſis: Carolus Gongaga. Aluiſius Verinus: Ioãnes Tollẽtinas: Chriſtoforus Torellus: Bartholomeus Quarterius: atq; cũ his ſexdecim milia eq̃tũ cũ ſuo peditatu. Eſt itere a ſæpius per occaſionem dimicatum etiam uſq; in noctem protractum prælium: poſtremo totis uiribus concurſum eſt. Atq; uenetus ceſſit: ſunt undiq; copiæ fuſſæ fugatæq; & caſtra capta atq; direpta: & cum his duomilia curruum. Captus ingens equitum & peditum numerus: ſed pauci deſyde-

Atten. uirtutes.

Non alia q̃ heroica.

Coſmes medicens.

Libertas Mediola.

Bartho. Coleo.

Galloꝝ fugar.

Bartho: Ad uene.

Claſſis ueneto.

Andreas q̃rinus.

Nobiles duces in ca.

Ingẽs exercitus.

F.SF.

Victoria ingens.

Carauagiũ deditũ.
tati ſunt.Carauagiũ poſtridie deditũ.Hac inſigni uictoria elatus Sfortia mi-
ſit Mediolanũ:qui patribus:nobilibus:& ciuibus:& populo cõgratularet̃.
Miſit itẽ Piccininos fratres ad obſidẽdã Laudẽ:ipſe cũ robore copiarũ Bri
Suſpecti ſuc ceſſus.
xiam uerſus mouet caſtra:ſed Mediolãi undiq̃ Publica lætitia:in tẽplis Deo
actæ ſunt grãæ.Multis tñ ſuſpecti erãt Sfortiæ ſucceſſus:ſed maior pars po-
puli Patrẽ & Ducẽ ſuũ deſyderabãt.Ideo qui tũc rẽp.tegebãt:in plurimos
leui cauſa dirã crudelitatẽ exercebãt:nõdũ cognoſcebãt quãtũ Mediolão in
Felicia tem- pora ſub. F.SF.
cælis erat decretũ donũ:Daturũ deũ immortalẽ:fælicia tẽpora ſub Franciſco
Sfortia:quẽ tota Italia quẽ Principes & Reges uenerabant̃:& admirabant̃.
Veneti per- culſi.
Veneti tanta rerũ mutatione pculſi:ob tã fædã cladẽ noua die noctuq̃ con-
ſilia ineunt:Ad reparandos exercitus magnã uim auri effundũt.Eſſentq̃ in
magnũ redacti diſcrimen,ſi Sfortia ulterius uictoriã dilataſſet.Sed is ma-
gis domũ ſuã reſpiciebat:magis Blanchã uxorẽ ad Paternas hereditates redu
cere:magis intra imperiũ ſibi relictũ reſidere:& pacẽ colere:q̃ Aliena uexare.
Ia.Anto: Mar. Fedus cũ ue netis.
Q uã rem quũ Veneti aduerterent:illico miſerũt Iac.Ant.Marcellum & Pa
ſcalẽ Maripetrũ:qui cũ eo De pace ſtatuãt.Ij ſæpius ſecreto cõgreſſi:In hoc
deuenere fædus:ut Veneti:dõec Sfortia poſſideret Mediolani ſtatũ:darent
quattuor milia equitũ & biſmille peditũ.Mitterẽtq̃ ad id ſingulis mẽſibus
ipſi duci treſdecim aureorũ milia:eſtq̃ in fœdere expſſum:ut qcqd citra .Ab
duã Philippus tenuiſſet:Veneti haberẽt.& ille Mediolanũ cũ cætero princi
Vis omnis in Medio.
patu.Poſt id fædus ictũ:omnis uis uerſa eſt In obſidẽdũ Mediolanũ:oĩbus
locis ſe Sfortiæ ultro dedentibus.Iam cæperat urbs opulenta artius obſider-
ri:quum repẽte affert̃:uim allobrogum ingentẽ Mediolanenſibus a Ludoui
co eius gentis duce ſubſidio uenire:ſed cõfeſtim Sfortiæ iuſſu:Coleo:cui al
pinarum getiũ ꝑlia ceu fato debebant̃:ad nouos hoſtes repellendos miſſus
Pugna ad ſiccodam Allobrogũ fuga.
eſt.Pugnatũ eſt ad Siccidã fluuiũ:fuſi fugatiq̃ ſunt Allobroges:atq̃ ex his
quadringenti equites capti cũ eorum Capenſio duce.Obſidebat tũc Sfortia
Quadra. milia arma torum.
Melcianã arcem.At Mediolanenſes ad quadraginta armatorũ milia ex popu
lo arma capiũt:qui ſulphureo puluere plũbeas pilulas in hoſtẽ mittere dice
bant̃:Vix foras egreſſi:cum nullo externo milite:neq̃ ualido imperatore mu
niti:ſubſiſtũt:Sed Sfortia ita ex aduerſo ſtruxit aciem:ut illi intra menia nul-
Marcellus legatus.
lo habito maiori negocio ſe receperit.Aderat cõtinuo Sfortiæ Marcellus le-
gatus:Q ui miratus Ducis prudẽtiã diuinãq̃:i rebus ſubitis fortitudinẽ:Ve
Periculũ im- minere.
netias ſcripſit:Imminere piculũ ingẽns ab inuicto duce nõ ſolũ Mediolanẽ
ſibus:ſed uniuerſæ Italiæ:ſi ille Mediolão potiat̃.Q uæ res fecit:ut Senatus
Queſita cã
ille rẽ altius examinaret:cõicato negocio cũ Alphõſo Aragone:cũ Nicolao
Pontifice:nemo erat qui res Sfortiæ tam ſecũdas euenire cuperet.Proĩde da
ta opa:ut Alphõſus Venetos mari infeſtaret:ut ea occaſione adacti Veneti
Crema ve- netis ceſſit.
ſuas copias & eqtes Sfortiãis caſtris remouerẽt.Q d non multo poſt euenit.
ſunt ad hoc miſſi ad Sfortiã legati.Q uo tpe:Crema Venetis ceſſit:pax q̃ue
nouę pactio nes
tũc agitata eſt hoc habuit:ut Sfortia Ticinũ:& oẽs hẽret urbes:q̃s Philippus
ultra abduã tenuiſſet:pter Mlſum:& Laudẽ Põpei.Q uæ cũ libertate Medio
lanẽſiũ relinq̃ret̃ ſi eiuſmodi pacẽ Sfortia pbaret:eẽt & Venetorũ:& Medio
lanẽſiũ ſocius.Haberẽtq̃ Veneti ꝑ qete ſtatus ſex milia eqtũ:Mediolanẽſes

quattuor:Sfortia mille nec amplius. At ſi res ab eo minus probaretur:ut Me
diolanenſibus pacem non redderet:utrorumq; hoſtis eſſet. Tũc Veneti octo
milia equitum alerent & Mediolanẽſes ſex ad bellorũ ſi qua inciderent uſum.
Sed res pluribus diebus tum in caſtris:tum Venetiis:per Alexandrum Sfor
tiam:& Simonettã a ſecretis agitata:ad finem perduci non potuit. Sfortia ut
erat inuicto animo duorum populorum bellum ferociter ſuſcepit:ſuſceptum
ex animi ſententia confecit. Tunc pax inter Venetos & Mediolanenſes con/
ſtituta eſt. Florentinis quia teſtati ſunt ſe non ituros contra Sfortia:in urbis cõ
mertio interdictum eſt. Copiarum imperium Sigiſmũdo malateſte decernit:
qui relictis Florentinis Venetum ſtipendium ſecutus eſt. Coleo interea per
ſaxinam uallem ad larium progreſſus: conatus cum Iacobo piccinino copias
iungere:nam Franciſcus eius frater per id tẽpus uita deceſſerat.ſed res in caſ/
ſum mota eſt:hoſte in omnem occaſionem intento:parum frumenti ſociis la/
borantibus impotratum eſt. Obſidebant Sfortiani urbem tripartito:ad Vicũ
mercatum:ad Melcium:ad Caratum:intus uicenis aureis modiũ tritici uenii
ſe dicitur. Quottidie inopia rerum magis atq; magis laborabatur. Famis im/
patiens multitudo ſubito arma corripit. Correptis Leonardum uenenerium:
quem eo Veneti miſerant:ut deſyderiis ſociorum quantum temporis uires
paterentur:conſuleret:ſubito incurſu trucidant: trucidatum ad Teclæ fine fu
neris honore ſepelierunt:Sfortiam in urbem inducunt/atq; ducem ſalutant:
anno milleſimo ſalutis ac qnq̃geſimo. ccc.die.xxvi.februarii quo die per por
tam nouam ingreſſus:atq; eodem die Vicummercatum reuerſus eſt. Poſtmo
dum ciuitate ad pacatiorem formã compoſita:ciuibus omnibus ad obſequiũ
paratis:undiq; rerum omnium per omnes regiones apparatu lucente:repetẽ
te uocem paſſim populo:Sfortiam & Blancham ambo per portam ticinẽſem
introiere. Diis immortalibus per omnia templa actæ ſunt gratiæ:quod ciui/
tas in tot diſcriminibus meliorem eſt conſecuta exitum:quam ſperabant:tan/
tum patrocinium ſortita:ut nullius poſtmodũ extitit:qui præſenti adminiſtra
tione non ſit ſummoopere gauiſus. Ipſe magnanimus dux:cunctarum obli/
tus iniuriatum/oẽs ciues æquo aĩo amplexus eſt/ſi quis digito oſtenderet:
hos aut illos aduerſatos inimicoſq; publice fuiſſe:ſui tangebat capitis crines
& albos & nigros monſtrans/& tamen ſuos eſſe omnes aſſerebat. Digna tã
to principe humanitas:in quo tanta animi benignitas reluxit:ut qui:quũ Me
diolanenſes ignati ueræ reip. quærerent paucorum libertatem/fecit ut omnes
uniuerſa gauderent libertate:illa eſt uera reſp. in qua in medio bonus reſidet
cum ſuis ciuibus princeps. Quam Ariſtoteles baſilicam appellat/uera regia
eſt & melior ac dignior quam popularis/quam ariſtocratia. Habes princeps
noſter:quem in oibus imiteris:cuius egregium geris nomen cuius uirtutes.
reſeruas & explicas. Ille ut tantæ familiæ perpetui imperii fundamẽtum iecit:
ſic tua tuorumq; intereſt corroborare & augere. Ille omnium ſuorum popu/
lorũ & ciuiũ beniuolentiã humanitate:clemẽtia:benignitate/ſibi cõparabat
ſic tibi faciũdũ eſt ꝑpetuo ita ut facis. Amare & te damari pulcherrimum eſt:
Nutrire laium cãdidũ ita ut facis:diuinũ eſt. Iccirco dii imortales in tot diſcri/
minibus te adiuuere. Superauit Franciſcus Sfortia/ingenio & prudentia

Alex. ſfor. ſimonetta
Bellũ cũ duobus po.
Pax inter ue. & medio.
Sigiſmundus mala
Mors Fran. piccinini.
Obſeſſio urbis m.
Modium uicinis aure.
Leonardus neno inte.
F. SF. Medio la. potitur.
An. annumeratio
F. SF. & blancha
Oblitus iniuriarum
F. SF. humanitas
Attentis pulchra
Reſp. baſilica
Geris nomẽ
Sic tibi faciũdum

Laudes. SF. pomi.
& armorum uirtute:omnis fortunæ inſidias :Principes omnes. Et reges & ſi
ab initio infeſtos habuit:ſuo pulcherrimo regẽdi modo cunctos ſibi & Sfor-
tianæ familiæ beniuolos & obnoxios reddidit.Et quum iam añ.Agens.lxy.
F.S. obitus.
fatalem ſubit neceſſitatẽ. Tenuit Mediolanenſem principatum annos ſex-
decim.Ciuitas tota in luctum uerſa eſt.Fuit præter prudentiam militarẽ qua
cæteros ea tempeſtate duces ſuperauit:In unũquẽq; humaniſſimus: doctos
& probos plurimũ amabat:pietatis chriſtianæ ſummo opere ſtudioſus:urbẽ
Opera SF.
magnificauit:Nobilitatem auxit:arcem ſtruxit in toto orbe præclariſſimam:
templa & loca pia ditauit.Deceſſit profecto:cum immortali gloria: & in pri-
maria ecclesia ſublime capſca plumbea reconditũ. Sed qui ſublimius repo
Galeacius dux.
ni potuit:quam in æterna hominum memoria? Succeſſit patri Galeatius ani
mo licet magno & rei militaris impigro:tamẽ nactus imperium ſummo ocio
conſtitutum & ſplendore paterno omnibus formidabile:Ad luxuriã atq; om
Ocium quã mala.
nis generis libidinem animum profudit: unde illi fatum paucorum coniu
ratione:properatum eſt. Vt dignoſci poteſt : quantum principibus proſunt
bellorum ſolertiæ: & interdum fortunæ aduerſæ luctationes. Et quantum
obſunt iniqua ocia & ignauæ ſecuritatis tempora.Ideo tu Princeps noſter
bonus es : quia mala ante hoc tempus ſummopere paſſus es. Ideo es Cle-
mens:humanus:benignus:quia longo inſidiarum amfractu rerum miſeriam
didiciſti Iccirco dignus es ut regas:quia regere a fortuna percepiſti.Et te pru
per aquam & ignem.
dentia uti:uſus rerum docuit. Veniſti per aquam & ignem ad tanti imperij
celſitudinem:non opibus non uiribus:non armis:ſed hominum & urbium
& Principum & totius Italiæ æſtimatione conſenſuq; habitus:dignus:ut hic
Lucerna principum Ludouicus dignus Imperio.
ſedeas:uelut Principum lucerna:uelut omniũ pacis terminus. Dignus pro-
fecto erat Imperio tuus genitor magnus Ludouicus Sfortia: ni ſceleratorũ
quorundam inſidiæ & proditiones tantum abrupiſſent bonum. Dignũ illũ
faciebat Maieſtatis conſpectus & parem Imperio grauitas & eloquentia.Di
gnum benignitas:Dignum effuſa liberalitatis norma : Et uirtutum omnium
Dignum faciebat.
mens capax. dignum peritia rerum:& uera moderãdi ſcientia.Dignũ popu-
laris beniuolentia. nobilium & procerum obſeruantia.Dignum illum procla
mauit Mediolã.populus.Defuncto Io.Galeacio omnes ducem Ludouicũ
proclamauere. Tot in hoc principe uirtutibus repertis. & Maximiliãus Cæ
Maximiliani pri.
ſar & Romanus Imperator motus ad tanti Imperij dignitatem animũ uoce
prouectum:digno priuilegij decoramento aſſeruit. Atq; ne quis me hæc cõ
finxiſſe putet:fide apposui inuiolata.

MAximilianns Diuina fauente Clemẽtia Romanorum
Rex ſemper Auguſtus ac Vngariæ Dalmatiæ:Cloa-
tiæ &c.Rex:archidux Auſtriæ:Dux Burgundiæ:Bri-
tãniæ:Lothorigiæ:Barbãtiæ:Siriæ Carithiæ:Corniolæ
Limburgiæ:Lucemburgiæ:& Cheldricæ: Comes Flã
driæ:Hanſburg. Throlij: Ferctis: Infribug : Arteſij &
Burgũdiæ:Palatius:Hãnoniæ Hollandriæ Zilãdriæ
Namurci. & Tuphãiæ Marchio ſacri Impij & Brugũiæ: Laũdrauiæ Al-
ſatiæ. Dñs phriſiæ:Marchiæ:Sclauõiæ:portus Nauõis:ſalinar & Maliuiæ.

Illuſtriſſimi

ILluſtriſſimo Principi Ludouico Mariæ Sfortiæ Vice-
comiti Duci &c.regiam gratiam & omne bonum ac pro
ſperos aduota ſucceſſus.Regiæ Maieſtati Cæſareicꝙ no
minis gloriæ pertinere arbitrantes:ut animum & cogita
tus omnes ad ea referamus:q̄ magnanimo regi & reipu.
Chriſtianæ leges ferenti cõueniunt.Imprimis ut ea quæ
dignitatem Romani Imperij incrementis amplificant:
aſſiduitate quottidiana meditemur:& neſinamus:quem
quam de Romano Imperio benemerentem:debitis fraudari præmijs:ut cun-
cti præpoſita remuneratione ad promerendum alliciantur. Ad te Ludouice
Maria Sfortia Vicecomes memoriam ſæpenumero reuocamus: uelut in cũ
cuius amplitudinem:prudentiam:rectitudinem:& animi & corporis eximias
dotes debeamus extollere.Nam quum ex inuictiſſimo Principe & rebus &
bello & pace:militiæ & domi glorioſiſſime geſtis:non ſolum per totam Italiã
ſed per uniuerſum prope terrarum orbem celebratiſſimo Franciſco Sfortia
patre:præſtantiſſima & honeſtiſſima Viragine: Blancha Maria filia Philippi Duplex imago
Mariæ Angli quondam Mediolani Ducis:matre ortum tuum ſplendidũ du
ci intueamur:tu duplicem nobis imaginem laudis:gloriecꝙ maiorum tuorum
repreſentas-uerum ut Ioannis Galeacii primi Mediolani ducis proaui tui de
cora maxima:ſilentio prætereamus.Cuius excellentes uirtutes ac mirabilia re
rum geſtarum monumenta:ſimulcꝙ ingentia in Romanorum Imperium:be-
neficia promeruerunt. Vt ad ducatus Mediolani: comitatuſcꝙ Papienſis faſti
gium primus ſubleuaretur auus tuus ille Philippus Maria Princeps: magno
& excelſo animo præcipua iuſtitiæ moderatione & ſapientiæ laude floruit.
Nec ſolum principatus:populorumcꝙ ſibi commiſſorum adminiſtrationem
ſingulari:iuſtitiæ:æquitatis: & innocentiæ diſciplina gerebat: ſed etiam iura
Imperij aduerſus effrenatos hoſtium impetus deteſtandamcꝙ ambitionem:
qui ditionis ſtatuſcꝙ ſui uſurpationi inhiabant:ſummis uiribus immenſis bel-
lorum periculis & ſumptibus:perpetuo tutari conatus eſt.Nec immerito Blã
cham Mariam unicam eius filiam Franciſco Sfortiæ patri tuo collocauit. In
quo ad familiam ſuam Vicecomitum aſcito tutandi principatus: propagan-
dæcꝙ ſobolis ſpem firmam poſuerat.Nec ſpes ſua fruſtrata eſt. Nam ipſo ex
humanis ſublato in maximo belli ardore:rebuſcꝙ in apertiſſimum diſcrimen
adductis in maximum Romani Imperii dedecus & iacturam:Frãciſcus Sfor
tia:eximia rei militaris ſcientia-præcipua authoritate ac ſingulari uirtute:qui-
bus excellebat & immortalitatis gloriam aſſequutus eſt. Et ſoceri ſtatum ex
mediis hoſtibus ac miſeræ ſeruitutis iugo fæliciter & glorioſe uindicauit.Poſt
adeptum principatum accedente admirabili populorum omnium conſenſu:
rebuſcꝙ ſuis pacatis:Italicæ pacis & tranquilitatis author extitit.Quã quoad
uixit authoritate ac ſapientia:qua mirabiliter pollebat:inuiolatam undicꝙ cu
ſtodiuit.Nullum.n.undicꝙ honoris & excellentiæ munus:quãtum in eo fuit
erga Romanum Imperium prætermiſit.In gubernaculis uero urbium:oppi-
dorum: ac populorum omnium ſibi commiſſorum:iuſtitiæ fidei: clementiæ
& benignignitatis:uelut iubar quoddam refulgebat. Accedebat fæliciſſimæ

coniugis Blanchæ Mariæ diuina quædam ſocietas. Illa.n.præcipua inter mor
tales uirago:audiendis etiam ſubditorũ querelis:& cõponendis ac diffiniẽdis
eorũ litibus/diuino quodã ingenio ſolicitata/illuſtri marito; plurima onera
adimebat. Ac ſubditorũ expectationibus q̃ optime reſpondebat. Fuit pro/
pterea mors utriuſq; a cunctis populis publico fletu diutiſſime complorata.
Ex iis diuis principibus: Franciſco Sfortia ac Blancha Maria iugalibus/tu
nunc ſolus ſuperes inhumanis:filius ſingularis Ludouico Mariá Fortia dux
genitus:& natus tempore quo illi ducatum Mediolani & comitatum Papiæ
Solus ex du cibus — obtinebant. Nemo autem præſenti tempore extat te grãdior natu: qui in du
catum ſit prius genitus/& nemo eſt deſcendens alicuius filii ducatus tempo
re geniti. Ideo nunc tibi de iure illorum principum reſpectu ducatus debet.
Præterea per obitum Philippi Mariæ Angli quondam Mediolanẽſis ducis:
quum nullos ex ſe filios maſculos aut deſcendentes legitimos aut naturales
reliquerit/aperte patet:q; ducatus Mediolani & comitatus Papiæ: cum re/
liquis eorum ciuitatibus & terris:directo iure ad ſacrum Romanorum Im/
perium fuit deuolutus. Vnde abinde antea ſereniſſimi quondã genitoris no/
ſtri ac ſucceſſiue:noſtri fuit arbitrii/quem de dicto ducatu: & comitatu inue
ſtiremus. Te igitur unũ præcæteris dignũ & benemeritũ duximus: quem di
ctis titulis ſublimaremus. Tu.n.partũ a genitore tuo principatum heredita/
ria maiorum ac progenitorũ tuorum uirtute inſtituis: tum ampliſſima pru/
dentia grauiſſimoq; conſilio regis:& eius principatus habenas:ſic conſultiſſi
me ſapientiſſimeq; adminiſtras:ut ſicut excellentium paternarũ maternarũq;
uirtutũ uerus & indubitatus hæres exiſtis:ita te tanti principatus dignũ et
idoneum ſucceſſorẽ oſtendis:tuo ſtudio:& uigilantia:nonnullorũ machina/
tiones & conatus/in irritũ ceſſerunt. Eorum præſertim qui ad hunc ſtatum
q̃ maxime anhelant/tuis fælicibus auſpiciis:non minus pro ſociorũ quã pro
principatus defenſione:maxima bella proſpere & fæliciter geſta fuerunt. Et
niſi tua ſumma prudentia & exacta induſtria fuiſſet:ducatus iſte Mediolani
cum uniuerſo eius ſtatu ad maximas clades:deductus tandẽ in hoſtiũ & Ro
mani imperii inimicorũ manus perueniſſet. Nec ſolũ tuo ſapiẽtiſſimo guber
naculo/res Mediolanenſis:eiuſq; dictionis:quæ pene collapſæ ad interitum
pernitiẽq; tendebant. Recuperatæ:erectæ:pacatæq; fuerũt. Sed ẽt Mediola
nenſis norma Imperii:dignitaſq; excreuit. Ita ut principũ nemini concedas in
tota Italia:tu non ſolũ Mediolanenſibus rebus bene conſuluiſti: ſed ẽt uni/
uerſæ italiæ pacẽ & tranquillitatẽ attuliſti. Vt pacis & Italicæ quietis author
& conſeruatur/idem & baſis & columẽ quoddã eſſe cenſearis locupletiſſi/
mum. Præterea eorum omniũ qui ex Italia ad nos ueniũt teſtimoniis edocti
ſumus:te admirabili æquitate:& continentia:ſubditas tibi gentes gubernare:
ut iure merito populi tibi cõmiſſi ab oĩbus beatiſſimi appellentur. Iſta ſicuti
magnifacimus:& gratiſſima habemus/ita noſtri in te amoris cumulo: non
paruã quottidie acceſſionẽ faciũt. Et eo maxime q; nobis exploratiſſimũ eſt.
Apud nos iura ſacri Imperii noſtri fideliſſime obſeruari. Atq; Imperatoriæ
maieſtati Maximiliani undiq; reuerentiam exhiberi. Hæc autem nota & per/
ſpecta habentes:ita ut uberiori teſtimonio non ſit opus: iure allicimur: ut te

poſteritatemq́; tuam:ac filios & ſucceſſores tuos:munificentia:liberalitateq́; noſtra participes reddamus:& beneficiis ingentibus proſequamur:haud obſcure cognoſcentes:ſubditorum maxime intereſſe:pro eorũ pace & trãquillitate ſapientiſſimi principis ſubeſſe regimini. Et te erga ſacrum Romanũ Imperium ſic eximia fide eſſe & ſtudio ſingulari: & effectu: ut eius dignitati & gloriæ nuſquam ſis defuturus. Inducimur imprimis ut in te & filios ac deſcẽdentes tuos:ea cõferamus:quæ parens:dehinc frater tuus: licet antea diutius & ſtudioſius:ſupplices/poſtulauerint:ob multiplices Imperatoris Romani occupationes multarumq́; aliarum rerum euentus impetrare nequiuerunt. Quum etiam eis tamẽ gratificari: & ſereniſſimus genitor & nos cuperemus. Scientes igitur & cognitione pleniſſima edocti:q; olim fœlicis memoriæ prædeceſſor noſter Vinceſlaus Romanorum rex:ampliſſimã ciuitatem Mediolani cum eius dioceſi/& nonnullas alias urbes & terras: de quibus in priuilegijs ducatuum Mediolani/ac ciuitatum & terrarum:in dictis priuilegijs nominatarum. Necnon ciuitatum Papiæ & Angleriæ contulit. Et gratioſe conceſſit:prædicto quondam celebri memoriæ Illuſtriſſimo Principi Ioanni Galeaz Vicecomiti. Quem titulo & dignitate dicti ducatus: & comitatus inſigniuit. Decorauit:in thronizauit & ſublimauit ſicuti patentibus ptanti quondam ſereniſſimi regis litteris & diplomate continetur. Datis pragæ Anno. cccxcvi.die.xv.Maii. Et aliis datis ut ſupra: anno.M.cccxcvii.die.xxx. maij De hinc ſucceſſiue Sigiſmundus Romanorum &c.priuilegia dicti ducatus & comitatus papiæ & Angleriæ ualide declarauit:confirmauit: & ratificauit: ac etiam denuo conceſſit. Illuſtriſſimo quondam Philippo Mariæ filio:& ſucceſſori præfati quondam Illuſtriſſimi Ioannis Galeaz:auo tuo per aliud priuilegium confectum anno.M.cccxvi.die.vi.menſis Iulij. Et quum tu Ludouice Maria:a tantis principibus talibuſq; parentibus ſplendidam originem ducas proculdubio nobis perſuademus/conueniens fore ut relictum a maioribus tuis dominium/non ſolum retineas: ſed etiam cum omni dignitate gubernes. Et tuo præſtanti/excellenti & generoſo animo:omnia proſpere feliciterq; ſuccedant. Ita ut proculdubio cõfidamus de tua ſolida uirtute:& grauiſſimo conſilio. Et non ſolum re: ducatum & comitatum ad ſacri Romani Imperii dignitatem in Italia bene & laudabiliter conſeruaturum: ſed omni ẽt honore:& decore aucturum. Ex certa itaq; ſcientia: motu proprio/& de noſtre regalis poteſtatis plenitudine:ẽt ſuprema: & abſoluta:nec quidẽ improuide nec incõſiderate:nec per aliquem errorem iuris:uel facti:ſed animo quieto & deliberato/principum:comitum:baronum & procerum ac & aliorum noſtrorum ſacri Imperii fidelium:accedente conſilio.

Thronizauit

PRinceps dilecte non ad tuæ petitionis inſtantiam: ſed de benignitate & regali noſtro motu proprio & de noſtre regalis dignitatis plenitudine:etiam ſuprema & abſoluta: ac tuarum ſingularium uirtutũ expectatione poſcente. Hodie in nomine domini ſaluatoris noſtri/a quo omnis principatus:dignitas & honor: prouenire dignoſcitur. Te & filios tuos maſculos:& legitimos ex legitimo matrimonio

procreatos & procreandos/ & alios deſcendentes:qui ex te:& filiis tuis legi/
timis maſculi & legitimi naſcentur:ut infra : ac ſucceſſores tuos in uerum du
cem et duces/ comitem:& comites:ſucceſſiue ordine infraſcripto erigimus/
facimus:decoramus:inſignimus:ſublimamus:& creamus/ uidelicet ducatus
Mediolani:& Lombardiæ:ac cæterarum ciuitatũ ac comitatus Papiæ & An
gleriæ:& totius dioceſis:diſtrictus & territorii:earundem : ac etiam omnium
aliarum ciuitatum:terrarum & locorum:quæ latius & expræſſius:declaratæ:
& comprehenſæ in prædictis litteris:diplomate:& priuilegio:ducatus & co/
mitatus:per præfatum dignæ memoriæ dominũ Vinceſlaum regem ipſi Illu
ſtriſſimo Ioanni Galeaz.Duci pro auo tuo ut præmiſſis conceſſis continet.
Ad quas litteras & quod priuilegium ducatus & comitatus cum oĩbus ſuis
iuribus & pertinentiis debitam & cõgruam relationem .Et quorum uerba &
effectus & ſubſtantiam:hic ꝑ ſufficiẽter expræſſis haberi uolumus:& declara
ramus:decernentes expræſſe:quod tu:filij:hæredes & deſcendentes : ac ſuc/
ceſſores tui modo & ordine:infraſcriptis:duces Mediolani & Lombardiæ ac
prædictarum ciuitatum & terrarum & comites Papiæ & Angleriæ ut ſupra
perpetuis temporibus/omni dignitate: nobilitate:iure : poteſtate:honore : &
conſuetudine:gaudere:debeatis:Et frui cõtinuo:quibus alii Imperii ſacri prin
cipes:& nominati duces Illuſtres:freti ſunt hactenus : & quottidie potiun/
tur.Terras quoq; ciuitates:oppida:caſtra:uillas/prouincias:diſtrictus:mon/
tes:& plana:quas et quæ/latitudo dominii tui:continet. Vna cum omnibus
terris feudatariis:& uaſſalis:in partibus:dioceſibus : & diſtrictibus : in dictis
litteris Imperatoriis ac ducatus & comitatus priuilegio declaratis:& compre
henſis:cum earum & cuiuſlibet earum dioceſibus:diſtrictibus/comitatibus:
iuribus:Imperiis:& pertinentiis:caſtris:oppidis:uillis:terris:territoriis: aquis:
ſtagnis:torrentibus:lacubus:piſcheriis:ripariis:& fluminibus : eorumq; rega
libus/ſyluis:ſalinis/rubetis/pratis:paſcuis:piſcinis:piſcaturis : theloneis: iu/
deis:monetis/iudiciis:bannis:ſiue inhibitionibus uenationũ & pœnis inde ſe
quẽtibus:cõſuetudine:uel de iure/marchionibus:comitibus:baronibus : bar
roniis:feudis/feudatariis:uaſſagiis/militibus:clientibus:iudicibus:ciuibus:
nobilibus:plebeis:ruſticis:& agricolis/ pauperibus:& diuitibus:ac omnibus
eorum pertinentiis/quæ latitudo tui dominii & dictarum ciuitatum:& dioce
ſum confinia & limites:dicti priuilegii Imperialis ducatuum & comitatũ cõ/
prehendit:ad quæ omnia congrua relatio habeatur : ut dictum eſt/in uerum
ducatum:& principatum creamus: facimus:eligimus / & inſignimus : ac de
prædicta regalis poteſtatis plenitudine/ẽt abſoluta:motu proprio & ex certa
ſcientia decoramus.Et tibi Illuſtriſſimo Ludouico Mariæ Sfortiæ Vicecomi
ti duci ducatum:ſiue principatum huiuſmodi/necnon comitatus prædictos
Papiæ Angleriæq; cũ omnibus honoribus:nobilitatibus:iuribus : regalibus:
iuriſditionibus:imperiis:priuilegiis & immunitatibus : quemadmodum du/
catus:ſiue principatus inſignes: a cæteris Romanis Imperatoribus uel regi
bus poſſidentur:ſiue tenentur:uel hactenus poſſideri conſueuere:de benigni
tate regali conferimus.Decernentes & hoc regali edicto ſtatuentes/ quod tu
filii deſcendentes & hæredes & ſucceſſores tui ordine infraſcripto/perpetuo

principes & duces Mediolani & Lombardiæ: & Papiæ Angleriæq; comites: ut ſupra nominari & appellari debeatis:ab hodierna dic in antea:& tanquam ſacri Imperii duces principes & comites:teneri & honorari:& ab omnibus re putari:omniq; iure:priuilegio regaliis omnibus:iuriditione:dignitate:honore: gratia:& immunitate:abſq; ullo impedimento frui. Quibus alii ſacri Imperij duces:& comites in dandis ſeu recipiēdis iuribus:ſeu cōferendis ſeu ſuſcipiē dis feudis:& oībus aliis illuſtriū ſtatū:& conditionē ducū ſeu pricipū/ Et co mitū cōcernētibus freti ſunt hactenus: ſeu qūolibet potiūť:& gaudere & po tiri poſſunt. Cæterū ne circa ſucceſſionē hmōi ducatuū & comitatū : aliqua in poſterum dubietas oriatur: ſed clarius & expreſſius ſuccedendi modus detur:edicimus & ſancimus/ aliquibus iuribus communibus & municipa/ libus:ſeu conſuetudinibus factis:uel faciendis/ aliqualiter non obſtantibus: quod primus genitus maſculus natus ex legitimo matrimonio tui Ludouice Maria Sfortia dux Mediolani &c.ſuccedat:in ducatu:& comitatu prædictis: & aliis fratribus præferatur:licet conceptus & natus ſit ante ducatum. Et ꝙ ipſo primogenito decedente:etiam uiuente te duce/ primus genitus maſcu/ lus natus ex legitimo matrimonio dicti primogeniti præferatur primis & aliis quibuſcunq; in ducatu & comitatu prædictis. Et quod idem ſeruetur in aliis quibuſcunq; primogenitis maſculis:legitimis/ & naturalibus ex legitimo ma trimonio primogenitorum deſcendentibus ex primogenitis deſcendentis tui Ludouice Maria in infinitum. Et quod primogenito tui ducis Mediolani/ ēt decedente ſine deſcendentibus legitimis & naturalibus & ex legitimo matri/ nio natis:frater eius ſecūdogenitus legitimus & naturalis : ut ſupra ſuccedat in dicto ducatu:& comitatibus prædictis:ut ſupra. Et ſi fratrē uel fratres legi timos & naturales/ nō haberet:ſuccedat filius legitimus & naturalis fratris ſe cūdogeniti fratris in p̄dicto ducatu & comitatibus ſupraſcriptis. Et ſi non ex titerint fratres:nec filii fratrū ipſorū & deſcēdētiū tuoꝝ:ut ſupra admittať ad ducatū & comitatus p̄dictos ꝓximior legitimus & naturalis ut ſupra deſcen dens ex maſculis legitimis & naturalibus tui Ludouice Maria ducis Medio lani &c. In caſu tñ quo cōtingerit ipſis fratribus primis poſt te ducis Medio/ lani &c. legitimis & naturalibus/ nō eſſe ꝓuiſum/ uel ipſos nō hr̄e aliūd e mo dū/ in quo honorifice ſecūdū eoꝝ cōditionē & ſtatū uiuere poſſint: eo caſu: dictos fratres ꝓ quolibet ipſoꝝ uolumus a p̄fato dño duce Mediolani debe re hr̄e intratā ordinariā florenorū duodecim millium auri de camera annua/ tim:& ſimiliter pronepotes tuos ex fratre hr̄e in caſu quo eis deficiat prouiſio nis p̄dicta ſumma duodecim milliū florenoꝝ auri : & in auro annuatim & ꝓ quolibet/ cōputādo tñ in hac ſūma:ratū eius:ꝙ ipſos tāgeret : ex redditu Cre monæ. Quæ fuit dos Illuſtris dñæ Blanchæ mariæ matris tui Lodouice Ma ria Sfortia:item cōputatis redditibus eccleſiaſticis uel ſtipēdio uel alia pro/ uiſione:q̄ haberēt:ita ꝙ oībus cōputatis:reperianť hr̄e dictā ſummā florenoꝝ duodecim milliū auri ut ſupra. Decernētes aūt & de poteſtate qua ſupra ſta tuētes:ꝙ tu tuiq; deſcēdētes:& ſucceſſores ducis Mediolani : poſſitis & ua/ leatis dare:in feudūq; concedere:deſcēdētibus & collateralibus ueſtris legiti mis & naturalibus maſculis de quibus ſupra cuiuſcūq; ætatis fuerint:uel eſſe

reperiant̃ deſcẽdẽtibus ſeu collateralibus p̃dictis legitimis & naturalibus:nõ
exiſtẽtibus:de ciuitatibus & prĩcipalioribus terris.De alijs aũt terris:caſtris:
territoriis:uillis:rochis:oppidis/& intratis ducatus & comitatus &c.dare in
feudũ & cõcedere quocũq; mõ:poſſitis ẽt legitimis exiſtentibus noſatis &c.
Cũ illis cõditionibus:pactis:oneribus:& ſubiectiõibus:de qbus uobis uide/
bit̃ & placuerit.Et de dictis ciuitatibus:terris:caſtris/& territoriis dicti duca/
tus:& comitatus:quo ad caſtra & oppida:remanẽte tñ ſemp dicto ducatu &
comitatu cõiũcto:per uiã ẽt cuiuſcũq; ultimæ uolũtatis in p̃dictos deſcẽden
tes & collaterales diſponere:& ordinare ualeatis:ac ẽt pro filiis & poſteris ue
ſtris:De capitaneis:maraſcalis: rectoribus : gubernatoribus : adminiſtratori/
bus:alijs quibuſcũq; regimẽ:gubernationem & conſeruationẽ eoꝝ ducatus
& comitatus:cõcernẽtibus ꝓuideri/ꝓut uobis uidebit̃ & placuerit. Decer/
nẽtes ẽt & de poteſtate qua ſupra Concedẽtes:q; oĩa & ſingula agere: gerere:
& facere & expedire ualeatis in ducatu & comitatu p̃dictis/& ciuitatibus &
terris & locis oĩbus ſibi ſubiectis.Et in oĩbus & per oĩa: q̃ nos & Romani Im
peratores gerere & facere & expedire poſſimus. Et uti ſuprema & abſoluta
plenitudine poteſtatis:et quibuſcũq; aliis clauſulis cuiuſcũq; põderis:& qua
litatis exiſtant:ſine ulla exceptiõe:uel diminutione:& alia q̃cunq; facere : ẽt ſi
eſſent de reſeruatis principi ſupremo.Ita q; oẽs & ſinguli caſus ẽt ſi eſſent ma
iores expreſſis/uel ẽt ſi requirerẽt ſpãlẽ aut ẽt indiuiduo de iis fieri mentio/
nẽ hic:habeant̃ ꝓ ſpãliter enumeratis:& ſufficiẽter exp̃ſſis:& ꝓ ſpãliter enu
meratis.Inhibẽtes tñ & ꝓhibẽtes q; deſcẽdentes & ſucceſſores tui ducis Me
diolani &c.nõ poſſint alicui extraneæ perſonæ exceptis deſcendẽtibus & col
lateralibus p̃dictis:uendere:infeudare:donare/nec aliquo uis mõ/alienare ali
quã ciuitatẽ:caſtrũ:oppidũ:terrã nec aliq̃ partẽ dicti ducatus:et comitatuum
ac ciuitatũ anteq̃ ſint in ætate.xxv.annoꝝ:poſt dictã uero ætatẽ dare et cõce/
dere ut ſupra poſſint de caſtris et terris prædictis.Decernentes ex nunc irritũ
et inane:quo ad p̃dicta alienata:ſi aliter factũ fuerit. Vel aliqualiter attẽtatũ et
hoc ex eo:ut dicti ducatus et comitatus deſcendentibus et ſucceſſoribus tuis
ducibus Mediolani et comitibus &c.quantũ plus fieri poterit integri conſer/
uent̃.Poſſint ẽt de bonis et rebus per eos acquirendis ad libitũ ipſorũ diſpo
nere:Et prouidere.Decernentes ẽt et de noſtræ regalis poteſtatis plenitudine
ſtatuentes:ut oẽs et ſinguli barones:marchiões:comites : feudatarii:uaſali:no
biles et quicũq; alii tenentes aliqua feuda:comitatus et marchionatus: cõceſ/
ſiones:iuriſditiones:iura regalia:quocũq; mõ in ducatu et ducatibus et ciuita
tibus ac ciuitatũ tuarũ diocesibus uel aliter qũocũq; in dñio tuo illa habue/
rit.Et a quibuſcũq; ẽt ſiue a nobis ſiue ab olim p̃deceſſoribus nřis:aut a duci
bus Mediolani p̃deceſſoribus tuis aut tuis ut ſupra:ſubiecti ſint ꝓ feudis an
tedictis:et ꝓ quibuſcunq; alijs iuriſditionibus/et regalijs/ qũocunq; ab Im/
perio dependentibus / et ad oẽm tui et tuorũ oĩum deſcendentiũ et ſucceſſo
rum requiſitionẽ/de ipſis feudis/marchionatibus et comitatibus / conceſſio
nibus/regalibus/iuriſditionibus/ac iuribus quibuſcũq; ſeſe denuo inueſtiãt.
Ac nouã ſe teneant̃ facere/recognitionẽ/et nouã inueſtiturã recipere . Et eã
recipiant et recognoſcant a te Ludouico Sforcia duce Mediolani&c.et quod

tibi Ludouico Mariæ & tuis ſucceſſoribus ut ſupra faciant fidelitatem: obe-dientiam:homagium:ac homagij fidelitatē/& obedientiæ pmiſſionē & iuramentū ēt p marchionatibus:comitatibus/feudis:conceſſionibus: iuriſdictionibus:& iuribus:quibuſcūq; quas & q̄ p̄dicti tenent & recognouerūt:ſeu recognoſcere debuerūt a ſacro Romano Imperio:intra p̄dict tui dominij fines aut in dioceſibus terrarū & ciuitatū/put ſupra/nobis facere debuerunt: dantes & cōcedētes authoritate p̄dicta tibi Ludouico Sfortiæ in p̄dictis oibus omnimodā poteſtatē. Vt approbare:ualidare:& cōfirmare poſſis:pſertim feuda & cōceſſiões: ut ſupra per te fratrē ac nepotē:tuos:alicui conceſſas:nec ulla perſona cuiuſcunq; gradus & cōditionis exiſtat: Vel cōitas aliqua:uel collegiū poſſint:ſe a p̄dictis excuſare:ſub ptextu alicuius priuilegii cuiuſcunq; tenoris exiſtat. Intelligentes:q ſi contingeret Illuſtriſſ.Io.Galeaz.nepoti tuo aliquos filios legitimos & naturales maſculos dimittere:habeant a te Ludouico Maria Sfortia:ſeu a filiis & ſucceſſoribus tuis in p̄dicto ducatu ſingulis annis ducatos duodecim milia auri/& in auro pro quolibet eoꝝ:cupientes deniq; tibi tuiſq; deſcendentibus:& ſucceſſoribus ducibus Mediolani &c.de armis & inſignibus puidere:Præſertim de inſignibus nr̃is regalibus. Quæ maiores tui: ac tu nr̃o & p̄deceſſoꝝ nroꝝ sereniſſimoꝝ Imperatoꝝ ac regū noīe retroactis tpibus:in belloꝝ actibus & ubi ſtrenue tetulerunt. Non ad tuæ petitionis inſtanriā:ſed de benignitate regia:& cærta ſciētia:& de Romanæ regiæ poteſtatis plenitudine:tibi tuiſq; legitimus deſcendentibus & naturalibus:& ſucceſſoribus:ut ſupra:earūq; deſcendentibus in infinitū.Quos duces Mediolani & comites Papiæ:Angleriæq; eſſe continget:conceſſimus:& concedimus:ac tenore pſentiū:licentiā ac facultatē:largimur. Quod pro dicto ducatu Mediolani &c.Arma ſeu inſignia tegalia:uidelicet:Aquilā nigrā in campo aureo in forma qua ipſa arma sereniſſimi reges deferre conſueuerunt:aut per quartetia:Tuis tuorūq; deſcendentiū armis:ut tibi deſcēdētibuſq; & ſucceſſoribus ducibus uidebit & placuerit. Vbiq; tenere:deferre:& portare: teneri:deferri: ac portari facere ualeatis:cunctis tpibus futuris ut per hoc inter:nos ac ſucceſſores nr̃os in Imperio:ac te/tuoſq; ſucceſſores ac deſcendentes duces monumentum ac pignus amoris perpetuum uinculumq; unionis maneat & perduret.Nolentes ſed potius diſtrictius inhibentes te tuoſq; deſcendentes & ſucceſſores duces Mediolani ut ſupra in armoꝝ ipſoꝝ delationē:per quempiam cuiuſcunq; dignitatis & authoritatis exiſtat:per tempora ſucceſſura quomodolibet:impediri. Gaude igitur Princeps:& de impenſis tibi per celſitudinem noſtrā muneribus/tua proles exultet. Lætare dux & comes/quem noſtra ſerenitas ſpeciali & ampla retributione præuenit:quam hucuſq; tibi fratri & patri non conceſſit tuis. Operatio tñ tua quanto concordet cum noīe:& authore Deo conceſſis tibi per nos potiri ualeas fæliciter dignitatibus. Ac etiā aſcēdere ad maiorem dignitatem. Et prædicta omnia: & ſingula ualere uolumus & obtinere effectualem roboris firmitatem:non obſtantibus quibuſcunq; legibus/iuribus:conſtitutionibus/conſuetudinibus:clauſulis derogatoriis: & aliis conceſſionibus:infeudationibus:uel titulis per nos uel prædeceſſores noſtros in Imperio:aliis factis:collatis uel conceſſis: ſuper promiſſis: uel aliquo

prædictorum:per quæ uel per quas præſentibus non expreſſa uel taliter in/
ſerta effectus eorum impediri ualeat:quomodolibet uel differri. Etiam ſi talia
forent de quibus oporteret ſuperius fieri enarrationem & mentionem ſpecia/
lem in præſentibus.Q uibus omnibus & ſingulis:quæ ad ſublimationem ere
ctionem:conceſſionem/infeudationem:& alia ſupraſcripta de plena:& abſo/
luta poteſtate:& ex ſcientia cærta præſentibus derogare uolumus:ac etiam
derogamus:ſupplentes omnē defectum ſolemnitatis omiſſæ ſi quis obſcurita
te uerborum:ſeu aliter quomodolibet/repertus fuerit in præmiſſis.Ius tamē
quod ex dictis creationibus & conceſſionibus in feudo dictorum ducatuum
& comitatuum habemus:nobis:& ſucceſſoribus noſtris in Imperio ſaluum
maneat:& illeſum.Nulli ergo hominum liceat hāc noſtræ illuſtrationis ſub/
limationis:erectionis:collationis:ſeu decreti/paginam infringere ſeu ei quo
uis modo contrauenire.Si quis autem ſecus attentare præſumpſerit:præter
indignationem noſtram:grauiſſimam pœnam centum marcharum puriſſimi
auri:totiens:quotiens contrafactum fuerit/ſe nouerit irremiſſibiliter incurſu/
rum.Q uarum medietatem regalis noſtri ærarii ſeu fiſci. Reſiduā uero partē
ſupradicti ducis:ſeu hæredum & ſucceſſorum ſuorū uſibus decernimus ap/
plicari.In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus & ſigillari & manua
li noſtro chyrographo in teſtimonium muniuimus actum & ſcriptum in ciui
tate noſtra Anduerpienſi die.y.ſeptembris.M.cccexciiii.

¶ Cæterū multomagis mirabere:ædita expſſius ai Cæſaris elogia:qbus expli
cuit ille cām:qua potius uoluerit Ludouicū Sfortiā Mediolani ducē cōſti/
tui q̄ Io.Galeaz.atq; ne quis ambigat:curauimus hic apponi.Et lr̄as ſincero a
ſcribi calamo.Maximilianus Dei fauente clementia Romanoꝝ Rex ſemper
Auguſtus:ac Vngariæ &c.Q uum illuſtris Dn̄s Ludouicus Sfortia:Vice/
comes &c.Q ui per multos annos:ducatū Mediolani ſumma cum laude &
gloria gubernauit & adminiſtrauit/ſæpius & cū magna inſtantia a ſereniſſi/
mo præmortuo genitore noſtro & a nobis/humillimis p̄cibus requiſierit ut
priuilegiū hm̄oi ducatus Mediolani & Lombardiæ & comitatus Papiæ Ioā
ni Galeaz.eius nepoti concedere uellemus. Tamen iuſtis pluribus rōnibus
& cauſis & maxime q, p̄ſatus Ioā.Galeaz Ipſum ducatum ac comitatū a po
pulo Mediolanenſi recoguouit.Q uod quidem fuit in maximum Imperii p̄/
iudicium. Et quia eſt de conſuetudine ſacri Romani Imperii neminem un/
q̄ inueſtire de aliquo ſtatu ſibi ſubiecto:ſi eum de facto ſibi uſurpauerit uel
ab alio recognouerit. Genitor nr̄ perpetuæ memoriæ Imperator ſereniſſimus
neq; electores conſentire uoluerunt.Neq; conſentirent quod talis ducatus &
comitatus in eum conferretur.Sed ut Illuſtris Sfortianæ familiæ rationem ha
buiſſe uideretur.Cuius egregia facinora & celebres uictoriæ per uniuerſum
pene orbem celebrantur. Et quia idem Illuſtris Dominus Ludouicus in eo
gubernaudo admodum ſapiens eſt & ualde idoneus eſt habitus in maximū
commodum ſubditorum & non paruam ſacri Imperii commoditatem utilita
tem & ornamentum/ei obtulimus priuilegiū in perſonam ſuā ac filiorum &
ſucceſſorum ſuorum:& accedente electorū concēſu.Ei tanquam benemeri
to cōtulimus priuilegiū.Et iueſtiturā ducatus Mediolanēſis:& Lōbardiæ &

comitatus Papiæ &c. ꝑut publico diplomate a nobis ſibi cōceſſo cōtinetur. In Q uorū teſtimōiū pñtes fieri iuſſimus & nřo Sigillo pēdēte mūeri. Et nřa ēt a: ꝑpria māu ſubſcripſimus. Datæ in terra nřa anduerpiæ Die octauo oct. M.cccc.xciiij. Regnorum nřoꝝ ſcilicet Romāi. VIII. V ngariæ uero. V.

Ed hæc ſunt quæ humano uerſantur orbe: ubi quid potiſſimum ſpectari contingit quam rerum uarietas? Erat Italiæ quies: tum Neapoli: tum Romæ: Florētiæ/ Mediolani erat uiuendi fælicitas: ut dignoſci poteſt: ni hil eſſe impatientius/ quam ſufferre bonum non bene cognitum: Et tamen ſiue nos noſtro inuidimus ocio/ ſiue fortuna pacis fuit oboſa fructus: omnia hic ſunt paucis āniſexorta mala: Ludouicus Dux q̄ q̄nq; cū di midio nō minore authoritate q̄ prudētia: & ſapiētia regnauit Annis. Dū his q̄ ad publicū Italiæ bonū adeſſe debebāt: inſidijs undiq; inuaſus: magno anio reſiſteret/ proditione in manus hoſtium deditur: datus in Gallia diem obijt. Scelus Improbum: non minus Italiæ luctuoſum: quam totius orbis regi/ bus & urbibus damnabile. Q uippe qui quum Ludouicus eſſet pacis ter/ minus & e medio ſublatus: cauſa extitit omnium malorum quæ per Italiam: que per orbem terrarum emerſere. Cupido mala imperandi/ calamitatum in populis mater eſt: Veneti uetus coalētes deſyderium ut Cremona potiren/ tur: & quibuſdam ꝑpe abduam locis: Gallos in Italiam attraxere. Attractos paſſi ſunt plures annos Inſubriam tenere: Nec ipſi diutius tanto proximius ſedēte rege gauiſi ſunt. Obortis inter ſe nouis cauſis ab eodē rege omnibus preter Venetias locis ſpoliati ſunt. Imperātia undiq; Gallorum arma: Bono niæ: Brixiæ: Rhauēnæ: Victorijs abunde partis formidinem omnibus facie bant. Donec Iulius Pontifex Miſeratus Italiā & Venetos cum Cæſare: cum Heluetijs: Hiſpano regi iunctis armis Inſubrum Imperio eiecere. Eiectis Sfortianos Principes meliori auſpicio domum reduxere. Erant duo adole/ ſcentes paternæ mēoriæ & auiti Imperij hæredes relicti: ex diua nati Beatrice Eſtēſi ſanguine iter cæteras matronas preclariſſima: qui cæſaris aula coaliti moribus & animi uirtutibus adeo germāis amabant ut ſæpe Cæſar deoſcu lata fronte/ duo Italiæ ſydera appellitaret: Caſtorem & Pollucē: duo Sfortia næ familiæ reſidua lumina. Nam ex diuo Ludouico præter hos alij non ſup fuere: niſi Ioānes paulus ex nobiliſſima Mediolanēſi illuſtris iuuenis: & ſplē dore armorū & probitate animi: cūctis paſſim amabilis. Venerunt dijs uolē bus ad patrios lares: & gauiſa eſt Italia: & Pricipes orbis: ſic ſol: ſic lux: ſic ho re recurrūt. Sic reliq̄ ſuas uices habēt: quæcunq; cōtingunt in uita reciproco quodam orbe redeunt atq; alijs alia mutuo ſuccedunt. Venit ante Pricipis acceſſum Octauianus Sfortia epiſcopus laudenſis: uir ſumma prudentia & ſapientia ornatus: qui ſuſcepto gubernandi munere: uelut cœleſtis nuntius. Ita corda hominum ad amorem Principis diſpoſuit: æquitatem eſſerēdo: hu maniter audiendo: officijs cunctos benemerendo/ ut nemo erat qui perſpe/ eta hominis benignitate ſingulari quadā cū oibus affabilitate: nomē Sfortia

Varietas

Sufferre bo num.

Ludouicus.

Scel⁹ luctuo ſum.

Pacis termi nus.

Cupido ma ter.

Veneti ſpo li.

Iulius miſe ratus.

Beatrix eſtē.

Max. Fra. Caſtor pol lux.

Io. pa. SF.

Hore recur.

Eps laude.

Seduneus ptæ.

num inſitū in corde non haberet. Adfuit et Seduneus præſul Cardinalis di
gniſſimus: Qui ſuorum authoritate / ſine ſtrepitu / ſine tumultuantium
diſſidio cuncta pacatiora reddebat. Miro deſyderio a cunctis expectabatur
Italiæ humeris. Dux Maximilianus: qui tādem: uelut Italiæ humeris & cœli fauore domum
reportatus: adeo paſſim populari bēiuolentia auctus: ut quacunq; pergeret
anteibat frequens populi turba: Adoleſcentes tot plauſu manu: uoce: Sfortiā
undiq; congeminabant. Nihil erat in uoto quod dij immortales non ample
Beniuolētia darent: Beniuolētiam Iulij Pontificis: & aliorum Principum & Heluetiorū/
tanto amoris uinculo ſibi aſtrinxerat: ut nihil cuperet / nihilq; peteret / quod
obſequentiſſime nō haberet. Diuitiæ: opes: pecuniæ ab urbibus & populis
petitæ ultro ueniebant: & quod maius dici non poteſt: ex hoſtibus triūphus.
Triūphus Vtinam mens in ea innocentia perſeueraſſet qua ab initio fuerat in germāia
inſtitutus: Ita ut erat, ingenio liberali: mitis: māſuetus: & probus. Sic breui di
Cōmercia uerſus euaſit quotūdam improborum commertio: ut cœpit delatoribus au/
Subtractus fauor celi. res præbere: ut cæpit adulantium credere uerbis: ut cæpit animū procliuem
ad oblatas laſciuias componere: illico eſt ſubtractus cæli fauor: & bēigna dei
auerſa facies facta eſt. An adeo ceci ſunt Principes: ut dum iniqua & ſcelera
Nō putant manes. patrant: non putent ea ſupra ſe eminere maiora: non putent ſubituros quan/
doq; peractæ uitæ pœnam: non putent quandoq; morituros: nō putent eſſe
Dei oculos: eſſe ſubterraneos manes: & parata pro malis incendia: & pro bo
nis in cœlo fælicitatis præmia? Venturos angelos: uenturos demões colle/
Miſera obtene. ctūros hinc bonitatem: damnaturos illic malitiam. Hæc miſera hum.no ge/
neri obtenebratio eſt. Qui diē ultimum uenturum putant nunquā. Sed erit
Cœli ardebunt. profecto dies ille in quo cuncta iuſtitiæ ſuam ſubibunt cenſuram. Cœli arde
bunt & in igne Elementa tabeſcent. Nouos cælos nouam terram faciet domi
nus. Erit ille in nubibus iudex magnus cum ſenatoribus ſuis tunc antra ter/
Ignis fatalis. ra: & uoragines dehiſcent: et ignes tunc patebunt fatales: et horrendum ſpe/
ctabitur chaos. Hæc ſi Pricipes ſepius mente conuoluerent: nunquam a ue
ra iuſtitia diſcederent: quæ aulicis hominibus ſerpunt: uenena continuo ab/
horrerent: Conuolauit ad Maximilianum Principem ingens adulatorū tur/
Diogenes. ba: uelut ad candidæ columbæ tecta: iuuat meminiſſe quod Diogenes di
ctitabat: Adulatorem eſſe animal omnium maxime noxium / tam ij blandū
Adulator. effundunt uenenum: ut etiam maximi reges ſapientia prediti hauſto impro/
uido ſucco deciderint. Deterius ꝓfecto delinquit qui corrumpit Principem
Deterius pecc. adulando: q̄ ſi publicum expilet ærariū. Magnus Ludouicus filios ſuos ſan
Magnus ludo. ctiſſime educari ſemper uoluit: ab eorum cōmertio remouit omne ſcelus: præ
ſtantiſſimos ciues adhibuit: qui exemplo qui uitæ ſanctitate / q eloquijs qui
dictis factiſq; ad uirtutes alerent inanimarentq; qui ad ſapientiam animos
eorum excitarent et ad iuſtitiæ dignoſcendo limina / et optimum imperandi
Rouald. modum. Adfuit continuo prope ab infantia uir probus et iuſtus / pru/
Rouald. dens et lætus / Veſpaſianus Rouāldinus / quem longa et fidelis ſeruitus
Amabilem fecit. Profecto ueri homies ſunt qui uera loquuntur / Adrianus
optīus Impator uolebat ut populus et de ſe ipſo & de oī in urbe magiſtratu

libere & impune quiſq; loqueretur. Vt cognoſcentes quo quiq; pede Clau
do pergerent: uelut alieno admōiti dicto: meliores efficerentur. Indignū pro
Loquēdi li. puni.
fecto eſt animos magnanimos leuiotibus uerbis cōmoueri. Temere conſul
tum per hos dies iuuenem neſcio quo loquacem Rhythmo atrociter puniri.
Cæſar qđ pſciſſus Catulli epigrāmate ciuiliter tulit. Auguſtus data Cynnæ
Cæſar pro ſciſ.
uenia clarior euaſit: Titū Liuium patauinū non alia proſequebatur uindicta
q̄ q; eū Pōpeianū appellabat. Romæ nunc infame Paſquini os Pontifex &
T. liuius pō pe.
cæteri antiſtites æquo animo perpatiuntur. Operoſum Legentibus eſt ſi ſub
Paſquini.
ſequatur emendatio in quo peccent. Munus dei eſt admoneri a bonis & pa
rere dicto: at pernitioſum eſt ſi quis ipſe ſibi ſit palpo. Labuntur familiæ: ſta
Munus dei
tus: regna: quū bonorum & ſapientium uirorum conſilia negliguntur. Arbi
tror ego non parum obfuiſſe Andreæ burgei Ablegationem uiri ſapientia &
Ablegatio andreæ.
uſu rerum preſtantis & integritate fidei apud Principes cogniti. Sed plerūq;
labuntur alta delatorum linguis: ſequutum eſt duplex uiri diſceſſu Principi
noſtro malum. Vnum q; tanti uiri conſilio ſe priuauerit: Alterum quo indi
gnatio Cæſaris exorta eſt. Vnde ob tantum ſui oratoris ignominiam cōmo
Indignatio Cæſ.
tus, permiſit: ut Frāciſcus Rex Gallorū quātācunq; peditū copiam ex germa
nia poſſit ſuis ſtipēdijs inauctorari. Quibus uiribus ille auctus: & tot uiris
fortiſſimis munitus: iuuenis & regio animo ſublimis in Italiā profectus: Hel
uetijs profligatis pulcherrimam eſt adeptus uictoriam. Sed uictoriæ p̄tiū
Victoria regi.
fuit Mediolanum: & ad poſteros gloria immortalis: maior fortaſſe contigit q̄
Caio Iulio Cæſari: qui eos potius arte q̄ ui ſubiugauit. Vicit .n. eos qui per
hæc tempora: ſe domitores regum faciebant. Regi ergo tanta potito uictoria
& domitis Heluetijs nemo eſt auſus obuiam ire. Maximilianus in arce iouis
portæ obſeſſus & ſi Alexander & Franciſcus: ambo Sfortiæ & comites Illu
ſtres repugnarent, pactiones maluit a tanto rege accipere quam ſe ſuoſq; in
Pactiones.
extrema incommoda conijcere. Quas ille integras uſq; ad uitæ finem ſerua
uit: etiam cum fœnore maioris beniuolentiæ. Sed profecto hæc Cōmemoran
do affligimur: non enim magnis animi ægritudinibus īperare poſſumus. Nā
ut difficile eſt non loqui: ubi lætitia exuberat: ita difficillimum eſt ſilere: quū
Difficile tacere.
dolores premunt. Multa in rebus humanis euenire ſolent iniuſta: multa mo
leſta & ſine ratione cadunt. Nos illum Principē diligebamus: erat.n. miti &
manſueto ingenio: neq; me aduerſa mutāt. Sum id quod eram. Huic familiæ
Familiæ ſum addictus.
ſum addictus: amo: colo: celebro: Quid hoc ad alios? Innatū eſt mihimet he
reditarium conſeruo. Ruāt cæli & elementa ſæuiant: non poterūt hoc ab ani
Ruant cæli.
mo eripere meo. Fortuna ſecūda multos allectat: uerum ut res proſperæ ami
cos parant: ita aduerſæ probant. Cōfracta & deteriora: aſſentatores minuūt.
Aduerſa pbant.
Nihil uero pretioſius amico. Nouit hæc prudēter magnus Rex Darius: qui
quot grana erant in malo punico: tot zopyros exoptabat. Erat.n. is multis mo
zopiros tot
dis pro uero amico cognitus. Cognitus & ipſe fide per aquam et Ignem fui
Maximiliano duci: quum cecidimus a uoto, incepit inde Italiæ incendium:
Italiæ incendium.
quando ille eſt paterno depulſus regno. Scis tu Princeps noſter: humaniſ
ſime: Quoties ſumus uita periclitati: quū res proximo pēderent diſcrimine.
Properabas ad Heluetios p auxiliaribus copijs, erat una Perbonus cōpater
Perbonus comes.

tuus ſidus itineris/comes cum Catellano e Caſtello nobili ſelſino:uix Medio
Votū. lani egreſſi ſuburbijs:& uotum deiparæ uirgini feceras:ſi rem ſiſteret:ſi Me
diolanū te reduceret incolumē:tūc pijs cerimōijs petiturū Laureti ædē:ubi
illa erectis colitur aris:ubi innumeris refulget miraculis. Factus es uoti reus
& ſi longa temporis interceſſerit dimenſio:& longe diſtraxerint uariationes.
F.SF. Nam Nouocomi ubi fuimus:Dij imortales quāta tu teipſum preſtabas pru
dentia/quanta cum ciuibus grauitate loquendi:quanta authoritate & digni
tate:illis paucis horis:quid opus facto admonueras:& poſtq̄ cuncta ſunt pre
Eques puſterl. oſtēſa cum equite Puſterlano qui nomine ducis nō minus magnifice quam
ſapienter urbem regebat:cenati ut res urgebat:ſilente nocte diſceſſimus. Eo
properantius receſſum Perbonns ſuadebat:quo ſciebat incōſtantiorem eſſe
Prodeſt timor. uulgi naturam. Prodeſt timor qui periculum indicat euitādum. Tanta uſus
eſt celeritate Princeps noſter, pro re fraterna/ut prius copiæ militum prope
Mediolanum Affuiſſent:quam impetraſſe ab Heluetijs opem credi poſſet.
Cæterum dum Bellizonæ eſſemus & audita Gallorū uictoria:& noſtris pro
fligatis/ tūc cuncti ex lætitia in merorem decidimus. Neq; proinde magnitu
do animi Principis noſtri ab incæpto ceſſiſſet/niſi rem omnem euertiſſet per
Alberti e petra per. fidia Alberti e petra:corruptus is.n. Pecunia: bonam Heluetiorum partem
ad alpes patrias reduxit:ſed inuictus eſt in aduerſis magni Principis animus.
Dum hoſtibus uictoria inſoleſcentibus:& circa brixiam obſidioni cum Ve
F.SF. neto fœdere incumbentibus: mira eſt Franciſcus ſecūdus prudentia:& dili/
gentia uſus apud Cæſarem:apud britannicū Regē:apud Heluetios:ut una
reparatis uiribus bellum in Gallos reſumeretur. Tanto id ſtudio eſt conſecu
Celeritas tus tāta celeritate paratū in aciē ut neq; Criſpi Saluſtij/nec Titi Liuij iuictis
calamis ſcribi poſſet. Et quod mirabilius uidetur:ſine pecuniarum adminicu
lo. Omnes ad amorem Principis noſtri trahebantur:ipſe Cæſar:ne foret Frā
ciſcus ſecūdus:totiens fortunæ iniurijs obnoxius:uoluit tandiu Cōſtantiæ
Maxi. ſtāpa reſidere quoad res omnes eſſent in uado. Tūc omnes qui patria extorres ab
erant/arma Cæſaris ſequuti ſunt præter comitem Maximilianum ſtampam:
qui in omni fortuna ſuo legitimo Principi fidiſſimus comes fuit:tanquā alter
Achates extitit. Proinde non mirum ſi in tot rerum diſcriminibus tanta co/
gnitus fide:eſt Principi grātiſſimus. Erit& Perbono gratus quum memoria
ſit illi diuina. Res integræ dum ſunt quod uerum optimumq;:mortaliū ani/
Ignis ſeparat. mos cælant:& ut ignis purum aurum ab Adulterino ſeparat:ſic aduerſa for
tuna hominem ſimulatorem a uero amico diſcernit. Hæc eſt euidens Princi
Feli. princi. pum fælicitas quum bene meritos amicos fælices reddunt:nam nulla Regū
tam propria uirtus tam omnibus grata eſſe poteſt:q̄ munificētia reliquas uir
Beneficiētia Mæcenas. tutes ut qſq; natura eſt ita ꝓbat:At beneficentiā omnes laudāt. Hæc Mece/
natē apđ magnos poetas imortalē fecit:hæc Iuliū Cæſarē:hæc Adrianū:hæc
Auguſtū:diuinis donauit honoribus. Hæc Principē nr̄um p ora mortaliū:p
F.SF. orbē terrarū p cuncta elemēta famigeratū extollet, Fortūa aduerſa amicitiā
exprimit. Nos inuito Cæſare Cōſtātiā ad ducē adiuimus. Ab oībus pene de
relictū:neq; māibus ut aiūt uacuis:ſatis Iuuimus pecūiolæ ſūma:Neq; tūc
Perbonus. nobis deerāt decētia uitæ:nedū ſerica,ueſtis: ſed nec aurea. Q đ a Perbono

nõ laſciuienti luxu factũ:Sed ut naufragã mei Pricipis authoritatem illuſtraret:Quod preter omnem gloriæ labem ſit dictum:ſplendidior erat quã omnes ſimul:qui cõmunem Principem ſine pudore dereliquerãt. Vtinam Hæc non excidant memoria:utinam eſſurgant quandoq; promiſſa: Officium noſtrum quid itineribus elaborarit: ſilentio præteribitur. Venimus tandem diis fauentibus Tridentum:ubi obrem male Actam:dolor nobis renouatus eſt. Rediit Cæſar ex Inſubria:Abierant Heluetii:Defenſum Mediolanũ milite Gallo:milite Veneto; adnitentibus Borbonio.Iac. Triuultio: Lautrecho: Petro nauarreo:cæteriſq;:magnis uiris. Diſceſſerat ex improuiſo Cæſar: ob orta non parua:ſuſpitione:ob alios Heluetios qui auro Gallorum auctorati auxilio intra Mediolanum uenerant. Suſpicatus quod Heluetii intus. Heluetii foris:ne iniecto dolo interciperetur:Iccirco in germaniam quam celerrime rediit. Verti Heluetii ne uictor Cæſar pro Imperio Romano Mediolani ſtatum retineret:Maluerunt Gallum:quam Cæſarem uictoria potiri: malebant tamen Franciſcum Sfortiam quam Gallum:Mediolãi regnare:Has ob res iudicii mei ratio comprobata fuit:ſemper.n.huiuſce ſententiæ extiti: rem fore faciliorem factu:ſi Frãciſcus Sfortia uelut uerus Mediolani Dux:armis & caſtris cõtinuo adeſſet quod male ab aliis apud Cæſarem improbabatur. Ideo ſæpe fortuna uincit:quia non omnia quæ euentura ſunt:prudentia nouit. Res ergo pro Gallo ſtetere integræ:Itidẽ & ꝑ Venetis pauliſper obſtitit Verona:quæ in ditionẽ Cæſaris permanẽs Adiuta pecuniis Perboni poſtremum pace cum omnibus celebrata in manus Venetorum peruenit. Sic ex uictoribus ſine armis uicti ſumus. Fruſtra tot anglici regis pecũiæ ſunt effuſæ. Neq; Rex profecto nominãdus ſine maxima laude:cuius oratoribus mutuauerat Perbonus non paruam Pecuniæ ſummam:Dũ hæ res bellicæ agitabantur:ille ĩgẽti animo:& excellenti ne uinceretur officiis: Promiſerat Illuſtriſſimo Duci,annuam penſionem ſatis liberalẽ. At Princeps noſter: pius:Clemens:nõ alius quam uerus Princeps:decreuerat:nobili cuiq; ex familiaribus aliquid contribuere:atq; regium donum omnibus humaniter impartiri:petiit a Perbono ad quã annuatim ſummam:contentus acquieſceret: uolebat enim habere rationẽ & numeroſæ familiæ & eius officii,cuius cauſa Rex anglus ad eam munificentiam prouocabatur. Sed Perbonus nil ſibi decerni rogauit. Sed liceret ſibi ex eorum numero eſſe unum qui recederent. Iudicauit Princeps,non id eſſe renuere,Sed ut mos eſt ſapientibus uelle q; oſtendunt nolle. Quippe homo leuitatis expers,atq; nulli inconſtantiæ deditus ſat pro occaſione temporis exiſtimans: ſi ei:Qui uſq; in fine durauit tribueretur,quantum uni ex profugis datum eſt. Sed longe a me cupiditas & huiuſce habendi ratio,curaui ſi unquam alias,tunc ueri nobilis conſeruari mihi auitum nomen,& his donis quæ deſuper ueniunt ſapienter uti. Leges & cõſulta Patrũ & iura,omni tpe anio retinere meo. Atq; cauſas malorum omniũ uoluptates penitus abiicere. Rebus ſi poſſem uti meis pro maximo beneficio haberi. Nam mihi charæ hæ ſemp fuere opes beneuiuendi rationes. Capio has interdum a te mihi humaniſſime Princeps & ueram in te ſpeculor uiuendi normam,admiror,ſtupeo,accendor,q; tantas in iuuenis

Defenſum Medio.

Intus helu. & foris.

Malebant Galli. Malebant ſfo.

Fortũa uincit. Verona.

Rex angliæ.

F.SF.

Auitũ nomẽ F.SF.

animo/reperiamus dotis hoc diuinũ potius q̃ humanũ. Relucet in te quæ/
dam uiua ſapiẽtia. Nil tam arduũ tam remotũ/quod nõ cõſilio deprehẽdas
Faxit deus q propius non ſpectes. Tibi omnia hæc que fauſta fluũt/faxit deus ut per/
petuo ſiſtant:faxit ut hæc fælicitas tibi imprimis & charioribus tuis uera appa
reat:faxit etiã mihi & poſteris meis ut utilis & operoſa fiat. Fiet oꝑoſa utiq; ſi
quæ in compatrem tuum iura poſcunt probe ſpectabis:ſcis quod cælo tegit
qui non habet urnam: Neq; me meæ magis tõnes placãt:q̃ tuæ:q̃ uera uirtu
Signa virtu. tum de te emanantia ſigna. Es inimicis beneficus & Clemẽs:cur te amicis &
quidẽ intimis nõ meliorẽ putẽ? Omnes ꝓfecto hac tua manſuetudine & col
loquendi ſuauitate ad te amandum allicis. Prona ad terram animalia cibo ad
obtẽperandũ trahũtur/delinimento generoſus equus/alia alio ingenio capi
ſcimus. At homo nobilis animal oĩum generoſiſſimũ:ſermone:premijs: offi/
Homo ad amorem. cijs:ad amorem inuitãtur. Inuitant hæc utiq;:ſed nihil maiorẽ atq; firmiorem
beniuolẽtiam Artat:q̃ memor gratitudinis effuſa Principis mãus. Nõ opus
Memorioſus prin. ſapientẽ Admoneri. Scis tu memorioſe Princeps:quũ paternas opes:quum
filios:uxore:uitam ipſam:Patriã poſt poſuerim ꝓ Sfortiano nomine. Para/
tus nihilo animo minor:quod abſit:ſi reſæuiret fortuna pro te omnia milies
Perbonus. relinquere. Perbonus ſane ſemper prouiribus bonus:quid me conuincire
poſſet ut te abeuntem non ſubſequeret ad ueſtigia? Non ad id me compelle
ret timor aut uitæ ſolutior uſus:ſed amor tui. Id eueniat:quod euenire uolue
rit:ita mihi mens mea:ita mei nemini mores iniurij perſuadẽt:ut ſub quocũq;
Principe illeſus uiuere poſſem. Nec me ꝓxima perterrent tẽpora: in quibus
multi me Cæſareũ:qdã Sfortianũ appellitabãt/recte qdẽ quũ utrunq; uolu
mus eſſe. Sed ij ſuopte ingenio mali:neutri erant. Sed procliuiores inferenda
dãna:omne bonũ faſq; peruertebant:ſic mihi undiq; fuerunt anguſtiæ. Cæte/
rum res cadat: ut fortunæ lubet: Perſpicuũ eſt:quæ ego amplector ſtudia:
Quẽ amo. quos ego obſeruo:quẽ ex omnibus ꝑcipue unũ amo: & quem unũ intueor
uelut mihi Terreſtre numen. Sed curandum omni tpe ut recte uiuatur:re/
ctaq; conſulta ſequamur. Etſi noua fortuna ſemp nouos reformat mores:ta/
Sapiens idẽ men ſapiens omni tempore idem. Pace idem:bello idem. Bello tamen maior
fortunæ uarietas:quid non hoc tempore uidimus? Tam uarios & multipli/
ces fortunæ rotatus ut uix a poſteris credi poſſit:& quod magis dolendũ eſt
Cæſaris mors. nobis de Immatura Cæſaris morte quẽ perpetuo uiuere decebat. Princeps
magnus profecto erat candore animi:& bonitate:& indefeſſa liberalitate. Sed
Vltia linea. ultima rerũ linea mors eſt. Fruſtra ingemiſcimus:fruſtra cõquerimur. At nũc
omnis ſpes nr̃a repoſita & poſt deũ imortalẽ & iuſtitiã:que ſemp ſupior emi
Spes ſita. De Cæſare ca. nebit:ſita eſt in magnanimo Carolo nouo Cæſare. Et ſita in meo optimo &
bene grato Principe Franciſco Sfortia:quicquid unq̃ bonus Prĩceps habuit
habebitq; ij ambo poſſident bene per omnes Imperij Romani regiones ſpe
randũ:bene per omnẽ europã lætandũ/de tanto ſacro & ſancto Imperatore:
erit nũc bonorũ omniũ maior lætitia q ubiq; pro cõſtituẽda iuſtitia erũt pre
ſcripti magiſtratus ſapientiſſimi/erũt q rẽ Cæſaris magna prudẽtia/& iuſti/
tiæ emolumẽto & innocẽtia & fortitudine ꝓcurabũt:inter quos eminet Re
uerẽ. Prothonotarius Caracius: uir iter doctos optimus:iter bonos doctiſ/

ſimus inter iuſtos æquiſſimus inter prudẽtes ſapiẽtiſſimus. Procul ab omni
labe non inanis gloriæ cupidus:ſed defenſor honeſti:uerique amicus:ſcelerũque
acerrimus hoſtis:& quum ſit magna generoſus proſapia:humilitatem:man-
ſuetudinem:benignitatem:ſummopere exercet. Sunt & alij illuſtres uiri qui
fama & uirtute per totum orbem celebrabuntur. Non poſſunt eſſe miniſtri
ſcelere improbi. Si bonus eſt Priceps:Haud errare poſſunt qui tantam ante
oculos lucem intuentur. Sic nobis quoque accidit:dum te exemplar habemus — Deligo for-
haud cadimus etiam in hoc fortunæ deliquio te lætum te omni parte ſapien- — tunæ.
tem ſpectabamus quaſi cuncta ſub pedibus habentem ita quæ audiebamus
negligere. Ferebatur ictũ fœdus inter Gallos & Eluetios:eſſe iam locis cun-
ctis repoſitos Venetos:& quod iam rẽ quaſi in deſperationem uerſam præ-
oſtendebat Lautrechus:q Mli longe lateque maxima cum authoritate impe-
rabat:qui non unis te adibat modis:modo perſuadere:ut relicto ueteri deſy-
derio ad Regem Chriſtianiſſimũ accederes:modo impellere magnis pollici-
tationibus:mihi quoque quæ oblata ſunt ut redirem in patriam haud fugiunt
Principem noſtrum. Quidam cui parco nomini:captus a Principe Triden- — Quidam.
tino atque fidibus admotus:dij boni:quæ & quanta retexuit:quæ Sfortiæ in-
clyto-a-Gallis promittebantur. Et tamen Princeps noſter uel imotum nu-
men:ſtabat: neque mouebatur quorũdam uerbis etſi uera dicerent:eſſe æternã
cum Pontifice firmatam & cum Rege Frãciſco pactionẽ:dum Bononiæ ſe- — Leo ponti.
cretis ſteterint Allocutionibus:nihil petitũ:quod corã Leo non ratũ fecerit.
Excluſos a ſedere multos:excluſum Cæſarem: excluſos Sfortianos:habitos
iam pro declamatis:pro īterdictis cælo igne aqua:Hæc quum audiret & eru
ditis auribus perciperet:quaſi uaticinatore uultu & dextra repellenti negli-
gere. Deſunt mihi profecto uerba:nec par dicendo lingua:quis ſcribere poſ- — F.SF.
ſet ingenioſam & ſapientẽ induſtriam & diligẽtiã Pricipis noſtri: quũ ea ce- — F.SF.
lebrarẽtur comitia de imperatore deligẽdo an deeſt ſolertia:ingẽiũ: animus:
lingua habet profecto tria corda ut de ennio dicit:loquitur Italice:loquit la- — Habet. Tria
tine:loquitur germanice. Et quæ illum idiomata fugiũt? Quãtus quoque ap- — corda.
paruit eminens in conuentu Vurmatiæ quũ ſereniſſimus Carolus Cæſar co
rona inſignitus eſt Imperij. Vbi neque ſilentio poſt habendum:quantũ omni- — Mercurinus
bus nobis profuit authoritas Reuerẽ. Mercurini ſupremi cancellarij. Et in
genium ac opera diligens Philippi Nicolæ Cæſarei ſecretarij integerrimi:
Cuius officium maiori apud te memoria puto remanere:quam inuidam im-
proborum calumniam. Vhe amicis ube nobis:uhe Perbono:& filiis:ſi Dux
tũc impetrata a Cæſare ãnua pẽſiõe Viennã rediſſet res hæc ꝑfecto:abiiſſet
in neglectum.

EXtat adhuc oratio noſtra quam habui pro inclyto Duce
apud ſereniſſimũ Cæſarẽ & ad Reuerẽ. & Illuſt. Romãi — Oratio] Per
Imperij electores:non minus uera q̃ rebus noſtris ꝑficua: — boni.
Viciſti: ꝑfecto Princeps humaniſſime fiducia tua patiẽtia — F.SF.
tua:ſapiẽtia tua:proſpexere tandem dij immortales aper-
tis Cælis:& ubi iuſtitia reſidebat:ibi dedit uictoriam. Gal- — Apertis cælis
li rerum neglectores ubi temere mutinæ inſidiantur:

Leonis animum indignatione commouerunt: qua occaſione libenter acceptа aut fortaſſe a quibuſdam data ita opera ut eueniret. ut ad eccleſiæ iura Parmam & Placētiā Pontifex retraheret: atq; aliquid aliud maius cum mediceo Cardinali quod ambo ſecreto receſſu fouebant: ut tādem parerent: bellum ingens conflauit. Sed homo mortalis inchoat bellum: deus finit. Illi fortaſſe ad aliud coniiciebant ſignum: deus bonus: deus iuſtus in te clementiſſime Princeps ſiſti uoluit. Venere copiæ uenere Hiſpani & Proſper columnius prudētiſſimus Impator cū armis Caroli fatalibus: uenere Heluetii: prudētia atq; miro ingēio Reuereñ. Ennii Phylonardi pſulis uerulañ & ſapiētia foras ex tracti: quē illi uelut numen in terris honorāt & amāt. His paratis undiq; exercitibus: Lautrechus cū Venetis paulatim referētes pedē: intra Mediolanum, dum ſe munire parant, populo preſentem iam peroſo adminiſtrationem: expulſi ſunt. Tūc omnia in lætitiam ſtrepebant Mediolani pro principe ſuo: undiq; populi uocibus Sfortia repetebatur: tam miro omnium deſyderio: ut illico miſſi Tridētum qui eum itra Mediolanū ducerent. Eo alio qui properantius expeditum: quo his diebus: inſperata mors Leonem ex improuiſo occupauit: qua cogitatiōes illico illius periere: & Mediceus card. ad aliud ſe uertens uotum feſtinanter Romam redit. Heluetiis domum reuerſis: atq; aliis alio abeuntibus Galli in meliorē ſpem erecti exercitum reparauere. Et Heluetii penitētia moti: q; Hiſpanus uictor Mediolani reſideret: cum Gallo nouum celebrant fœdus. Venere uis ingēs peditum Vſq; Modocciā: ibi tamdiu ſigna fixere quoad Lautrechus & Theodorus Triuulcius Venetorum copiis una adfuerunt. Quo ſpatio noſtri urbem cum populo mira celeritate muniere. Et undiq; reuocato milite: atq; auxilio ex germania ad decem milia peditum conducto parati erant nedum defenſionem ſuſtinere: ſed foris uim inferre. Credidere Galli aditum aliquem ea parte qua arcis propugnaculi eminent reperturos. Sed quanti mortalium conamina ualeant ſine cæli fauore ex eo coniici poteſt: dum illi conſultant: dum parant: inuadendi accīctum: Proſper iuſſit in eam partem ex una Machinarum æneam pilā diffundi: quo ictu duo illuſtriores periere. M. Antonius columna: & Camillus Triuultius: quorum cæde cæteri cōtinuo fortunā ſenſere aduerſam. Habuere pro maximo negocio Ticinum inuadi atq; capi: ut inde arctius Mediolanum obſidendo fatigaretur. Sed intus erat magnanimus Princeps Federicus gonzacha. Cuius preſidio magna cū fortitudine urbs defenſa eſt. Et qđ hoſtē longe a uictoria fecit: fuit inuicti principis noſtri aduentus. Qui etſi undiq; erant uiæ militibus obſeſſæ attamen prope per medios hoſtes nocturno tempore: Mediolanum incolumis aduenit: neq; dici poteſt quātis undiq; populus ēffluit lætitiis: quantus quiſq; occurrebat in amplexum quanto omnium applauſu eſt exceptus. Sunt ſummo Deo oblata ſacra: & ædes deorū celebres recalentibus aris. Dux ubiq; omnium conſenſu eſt proclamatus: uenere e remotis locis auidæ gentes ut uiderent quaſi magni mauri e cælo ablapſum filium: pene credere: pfectum quo pacto ab armatis hoſtibus intactū: dicere tutū numine: & angelis cuſtodiētibus latus. At Hiſpani germāiq; ubi tantum urbi eſſe præſidium uident ob pſentiam principis: foras in cōſpectū hoſtium

Data opa. — Homo incipit. — F.SF. — Verulanus. — Lautrechus. — Galli expu. — Leōis mors — Heluetii pe. — Celeritas. — M. Ant. col. Cami. Tri. Mors. — Fede. Gōza. — Prin. Aduē. — Dux. — Magni mauri filius.

hoſtium exeunt. Illi ubi uidēt adeſſe hoſtem, relicta Ticini obſidione, circū ambientes in agro Bichochiæ Caſtrametati ſunt. Par pari paſſu Colūnius cū exercitu oppoſitis ſignis deambulans prope mœnia & ipſe caſtra poſuit. Stabāt hinc inde utræq; copiæ magnis uiribus obnixæ, & Heluetij qui cupiebant aliquod egregium facinus pro rege moliri: inſtabant iniri pugnā. Lautrechus hos intuitus paratos aut hoſtem inuadere: aut domum repetere: maluit pugnando experiri fortunam, quam inglorius. Et parum fortis nihil agēdo recedere. Illi magno animo ſummo mane noſtrorum caſtra inuadunt: tanto ſe ingerunt impetu ut ſi non uictoriam, tamen magnam laudem adepti ſunt. Affeciſſent ingenti aliquo noſtros incommodo: niſi dux noſter dei numine directus: ſubito admonitus cum armato populo foras exiſſet: quo uiſo illico a caſtris repulſi ſunt. Hæc eſt tua fælicitas dux inclyte: hæc tua magna uirtus: hæc numinum tutela: hæc omnibus certitudo: quantum es ab immortali deo dilectus. Hoſtibus ergo in diuerſa abeuntibus: tu tuam in urbem ueniēs: uelut triumpho ſublimis: ab omnibus ut unus e cæleſtibus ſpectabaris: ſequute ſunt inde non unæ uariis modis uictoriæ. Laude Pompei ex improuiſo capta: Cremona in pactionē reſtituta: Gallis ſub fide Columnii: ultra montes ſaluis: Genua euerſionem opum & quidem fœdam paſſa eſt. Adeo hæc omnia Principi noſtro fæliciter eueniebant ut appareba nulli eſſe dubium: in cœlo eſſe decretum, fore huic & non alteri ſtatum incolumē. Veneti & ipſi qui ſecundas fortunas libenter ſequuntur: rem ſuam cum Cæſare componunt Eam ob rem Theodoto Triuultio eorum ſtipendium renuente: Ducem urbinatem eius loco ſufficiunt. Et quia ut aſſolent mortalium animi in rebus incerti ſemper in aduerſis meliora ſperant: Rex ægre ſuorum incommoda ferens, ut eſt feroci animo & ingentibus opibus pollens: nouū exercitum maioribus uiribus reparat: atq; ſe ipſum ducem nouæ expeditionis conſtituit. Ratus ſe præſente: ſua ueteri fælicitate: redituros belli melioris euentus. Sed nihil eſt quod magis decipiatur quā mens humana. Dum inuiat Copias: dum Macchinarum currus præmittit: dum equitū turmas in Italiam deſtinat: Ingens domi detegitur coniuratio. Borbonius caput huius beneficio paucarum horarum e manibus euaſit. Traiecto incognitus Rheno in Germaniam deinde in Italiam uenit. Rex ea nouitate turbatus: atq; intuitus matrem filioſq; proximo periculo redemptos: in Gallia remanſit. Nihilo tamen animo minor iuſſit ſuos inceptū iter proſequi. Atq; totius exercitus Imperatorē cōſtituit Almirantū. Venere illi magno īpetu: exercitus peditatu & equitatu ingens: noſtri circa Ticini ripam dum non ſatis obſtant intra mœnia ſe recipiunt. Fit ubiq; trepidatio: multi parare fugam: & diſceſſum ſuadere: ſolus tu cum populo tuo ſiſti contendebas. Fiducia tibi e cœlo ueniebat. Auctus tui pectoris iuſtitia nō aliud quā uictoriā ſpōdebas. Et ſi undiq; obſidione: & magna ꝑmeremur fame: & Colūnio per hos dies defuncto: & rerum omniū extrema penuria: tñ uidebantur ob tui gratiam ex improuiſo uenire ſubſidia, nouæ e Germania copiæ: & Veneti milites: & cū delectis. Pro rex equitibus. Subſequuta inde tanta aeris intemperies ut nix: grando: pluuia: uiſa eſt cōtra hoſtes pro tuā dux inclyte fælicitate pugnare. Tantis mox incom

Bichochiæ

Heluetii

Dux cum armato

F.SF.

Triūph. ſublimis

Variæ uictoriæ

Veneti

In aduerſis melio.

Noua expedino

Hūana mēs decip.

Coniuratio gallorū

Mediolani trepidatio

F.SF.

Columnei mors

Pro rex

modis affecti/ ut intra craſſenſes ſe recxperint. Venienti poſtmodũ ex Hiſpa
nia Ferdinãdo Piſcario iam appetente uere:in hoſtes cum toto exercitu itum
ẽ. Additis undiq; militibus:addito duce Vrbinate cũ Venetis:addito Borbo

Galli fugati

nio: Ticinũ parabat traiicere. Quum illi maiori metu pulſi: ſuperato fluuio:

F.SF.

paulatim retrocedebant:poſtremo minores fortuna:aio:milite: nõ una affecti
clade:Almirãto ſaucio:amiſſis Aeneis macchinis ultra montes fugati ſunt.
Vides tu hæc Priceps nr̃: qbus cœli fauoribus Imperiũ tibi aſtruatur? Quã

Fortuua cu ruatur

obſequẽtior ad tuos pedes fortuna curuet: ſciuiſti ne Ab initio meliora tibi
tuiſq; p̃ſcribi? Obſecro ubi nã eras añq̃ hoc ſit bellũ incæptũ? nõ ne ille es qui
Tridẽti paucis uix comitatus tenui uitam ducebas ſalino? Quis hos tibi re/

Vbi nõ eras

fudit theſauros? Quis hac tuam dextram induit potentia? Quis tot prin/
cipum animos manu contorſit ut tete reponerent in ſtatu? Quis tantũ ac to

Hidre capita

tiens reſurgentem hoſtem & uelut Hydræ capita renaſcentia occidit claua?
O fortunatum principem ſi tua bona noris:ſi cœleſtem in te quottidie remi/

zelotipus eſto

raberis gratiam:Si tuam mentem ante Chriſti arã:rep̃ſentabis memorẽ. Eſto
Princeps nr̃ huius ſtudioſus:huius Zelotypus. Neq; plus tibi uelis: q̃ hæc
porrigat & uelit. Moueãt aĩum exẽpla tuũ. Borbonius regi ſuo rebellis:ut ma

Borbonius in ꝓuinciã

la malũ cõſciẽtia ſemp aggerit:cõceſſo exercitu:ſperãs:ut dũ res regiæ eſſent
in ꝓlapſum poſſe cõſequi q̃ diu optauit:cũ Piſcario et Prorege: longo itine/
re p ꝓuinciam Narbonenſem ſuperato:Marſiliã obſedit. Sed Rex ut eſt ma/

Laurentius cærita

gnus & inuicto aĩo fortunæ nunq̃ cedens:accitis undiq; ad ſigna copiis:con/
tra hoſtes obuiam ire parat/ defenſa interi Marſilia egregie a Laurentio Ceri/
ta. Cæterũ dũ ille putat uiribus humanis atq; ſuo ĩgenio cõparare ſibi regnũ:
neq; id diuinitus dari:unis atq; aliis admonitus nũtiis:adeſſe prope armatum

Nil metiens

Regem/ illico reuulſis tẽtoriis:refractis macchinis:per abrupta montiũ in Ita
liam ſeſe in uiã dedit. Rex eadẽ opinione reuolutus & potẽtia elatus ſua:nihil

Hiſpani & galli ad portas

tũc metiens/ niſi qđ animi ferocia ſuadet:hoſtẽ fugientẽ:inſequit̃. Tam p̃ci/
piti curſu per diuerſas uias ſuæ copiæ feſtinarũt:ut pene eodẽ tempore Hiſpa
ni & Galli ad Mediolani portas adfuere. Dii cæleſtes:quæ hæc repente reuo/
lutio emerſit? Quæ tãta rerũ nouitas? quis hæc in abſcondito mouet? credi
tis uos reges uos principes ingenio hæc moliri ueſtro? Paſſim inſubria labo

Populus peſte perit

rabat peſte:Mediolani ille armatus pauloante populus:iacebat:fame & bello
& hepidimia oppreſſus: q̃ ſupererat a mortis faucibus nobilitas:in diuerſa lo
ca fugerat/ princeps aberat:Mediolanũ armis & defenſione deſtitutũ Gallis

Ad ſacietatẽ uictoria

deditur. Hiſpanis hinc inde metu dilapſis:ubiq; uictor rex quaſi ad ſacietatem
uictoria parta:obſtinatius pluſq̃ æquo in obſidẽda Papia ſiſtit. Quũ debuiſ/

Fortunam citro

ſet irrequieto curſu hoſtẽ inſectari. Sed longe oberrant magni reges: qui pu/
tant fortunã Cirro cõuellere. ſed eſt alius remex profecto qui ſuo nixu nauim
remulculat. Dum is ſuis uiribus ſe uictorẽ putat dũ plura intẽdit: dũ Põtifi/
cem & Venetos Palpones audit. Hiſpanus undiq; adiutus maiori cum potẽ

Rex ſero inbuit

tia in apertum exit. Cognouit Rex magnus poſt aliquot menſes ſe nedũ for

Maluit uinci quã fug.

tuna mutata ſed uiribus extenuatis imparẽ cõgreſſu. Multis quoq; perſuadẽ
tibus ultra padũ regredi: Maluit in medio cõflictu armis uinci q̃ aĩo uici. Hũc
aſpera nõ potuit fortuna uincere. Enſe cruentato multa circa ſe ædita cæde

equo confoſſo ſaucius et pene ſolus a mille equitibus nec uictus capit᷑. Ca-
ptus nihilo minor maieſtate ubiq; rex imperat: Piſileoniū deportatus tanta in
cunctis rebus animi magnitudine uti:ut omnes ad terrā proſtrati uelut nu-
men adorabant. Cæci Italiæ Principes tunc errorē uoti cognouere ſui: Ponti-
fex & Veneti caſus magnitudine perturbati: angebant᷑ nouis cōſiliis reme-
dia quærere. Cupiebant.n.exercitū ꝓfligari nō regē capi. Scis tu humaniſſi-
me Princeps nr̄: ſi cui de hac re cōtingebat lætari: tibi id ipſum maxime cōue-
niebat. Quū tua te expulerit domo. Et tñ uſq; ad lachrymarū effuſum dole-
bas. Tunc fortunā tā obſequētē ſuſpectā hře cæpiſti. Minus rem tutam fore:
prudēs credere. Rege in Hiſpaniā deportato: gentes q̄ in Italia remāſerāt: p in-
ſubriā diffuſæ: nullū rapiēdi genus omiſere. Victor ubiq; miles quid nō aude-
ret᷑ & quod oium aios depreſſerat: ipſi in exercitu primores poſtq̄ extra defuit
hoſtis in ea ceſſatiōe belli noua crimina quærere. Quid mortalis cupido nō
tentat᷑ et in decreta Dei proruūt audaciſſimi mortaliū. Es tu Dux in cœlo de-
cretus: & in terra cōſenſu hoium. Oibus diffidentibus fauore cœli domū de-
portatus es. Scis inuictiſſime Princeps q̄ tibi ex aliena inuidia ꝑuenere. Dū
tu cū popularibus dū ſecure dū māſuete cū aliquibus Principū iura amici-
tiæ teneres: quo pene nauis naufragio depit. Quæ tibi ægritudo ĩgruit᷑ Pro
declamato habebamus & ex ea haud eſurgere poſſe querebamur: & tñ uolū-
tas poſtremo Dei uincit. Quod monſtrū illud: referā an ſilentio ſubſocem᷑
tantū nefas nec pene lingua edere audet. Crudelē ne dicā ſceleratā manū: q̄
innocentē principē inuaſerat dolo. Quis te illo eripuit impio᷑ niſi unus e cœ-
li miniſtris᷑ nō pōt uis mortalis q̄tacūq; fortior tete tua ſede demouere. Ten-
tauerunt per apertā uim poſtq̄ nō ꝓfuere doli: unis & aliis cōmentitiis te ho-
ſtem fecere. Obſeſſum & urbe deiectū: tui deplorauere ciues. Et tñ alienis ar-
mis defenſus: quid alienis armis᷑ immo dei patrocinio. Reuerſus ex Hiſpa-
nia Borbonius amplis auctus diplomatibus: quid nō ille erat᷑ Modo pro Im-
perio ſūmus magiſtratus: modo dux: mō Rex: Fortiſſimis cinctus copiis Ger-
maniciano peditatu: Hiſpano: & Italo: fortiſſimis equitibus per mediā ꝑue-
bat Italiā. Præibat hoſtilis exercitus Galloꝝ: ſubſequebat᷑ dux urbinas cum
Venetis copiis. Ille in media uelut Baſiliſcus Arena: ferebat᷑ perinde ac fatali
iudicio: poſtremū inuitis oibus: Romā ui cæpit & ſua uictoriā morte emit.
Pōtifex Clemēs cū Adriana arce captus. Vrbs oi fædata ſcelere: opibus & au-
ro & argento ſpoliata: ædes deorū direptæ: reliquiis ſanctorū conculcatis: ſa-
cræ uirgines quid nō paſſe ſunt᷑ Vbiq; incendia: direptiones: rapinæ: genus
oium ſacrificulorū diſperſum: in eccleſiis equorū ſtabula: tanta ubiq; fœditas
oium rerū ut oia ex inferis emerſiſſe monſtra uiderentur: capit᷑ urbs illa, quæ
olim orbem terrarū cæpit. Diripit᷑ illa: ſpoliat᷑ bonis: quæ olim de Aſia & Eu-
ropa & Africa triūphos reportauit: calcat᷑ nunc a paucis: quæ olim oēm Bar-
bariē ſubiuga miſit. Ille paſtor ille Chriſti hæres qui leges uniuerſo ſancit or-
bi: nunc a ſceleratis militibus cogit᷑ legē accipere. Ille nouus Petrus triplici
ſedēs redimitus corona qui alios ſoluere ſolebat: nunc carceris ſolutionē pe-
tit. Si per mille annos hæc ueterū ſcriptis: fuiſſent relicta non crediſſimus.
Nos hæc malis his tēporibus uidimus & adhuc patimur. Quid putas prin-

Nec uictus capitur

Vbiq; rex

Captū regē adora.

Venetiet pōtifex perturbati

F.SF.

Fortuna obſequēs ſuſpecta

Noua crimina q̄rere

F.SF.

pro declamato

P. inuaſus dolo.

defēſus ꝑn.

Borboni9 ex hiſpa.

triplex exer.

Roma capta borbo. mors.

Excidia ur.

Vrbis relationes Chriſti hæres

Nou9 petr9

ceps inclyte noſter. Vnde hæc tanta emerſiſſe mala? Cuius hæc manu cõtor
Hæc ſcutica
quetur ſcutica? Cuius Bracchio hic nodoſus conuoluit funiculus? Nempe
Dei in alto cœlo ſedentis. Qui ſcelera mortaliũ intuitus: tot & tanta in cul/
mine iam ſita: hoc rerũ furore nos circunuentos inuaſit. Quid? ſi ego prin/
F.SF.
ceps humaniſſime: tuis auribus ſecretũ unũ depoſuero? crederes ne? ſed dicã
an taceã? Dicã mi Princeps: uerum tibi ſoli dicam. Caue ne foris uerbũ exci/
dat. Quicquid turbationis: incendii: cædis: belli: famis: interitus: populatio/
Gratia tui ſæuit
num: peſtis: rapinæ: carceris/ inter nos ſæuit: gratia tui ſæuit. Obſecro ne fron
tem contrahas: oĩa hæc ad Dei nutum accurrunt: & uoluntatem obſeruant.
Cui ſi qua ſunt quæ obuerſent? illico inſurgere hæc mala ſentiunt. Eluxit diui
Cæli ſtatuũt
næ mentis decretũ. Quo cœli & elementa te Mediolani ducẽ ſtatuunt. Qui
id infringere conati ſunt: ſcis quibus ſint multati modis: alij alijs periere caſi/
bus: aut in maximã coniecti perturbationẽ: aut in carcerẽ: aut in inferos ſunt
Non eſt fas dicere
reuoluti. Parco noĩbus: neq; fas eſt cuncta dicere. Quod ſi cupiunt Europæ
Principes meliora elabi tempora: te in ſtatũ reducant. Illico quũ te tuo ſeden
tem Imperio ſpectabunt cæli: oĩbus optata relucebit quies: paſſim rerũ copiã
effundet tellus. Neq; hoc cõi gaudio: atq; tãto bono: fortunaq; ſuperbias: ſed
De te grẽ
illi te dede gratiæ: quæ te delegit Ad italiæ qetudinẽ. Noſce te eſſe hoĩem: &
quũ hõ ſis: & ſenſim/ cadis: eſurge actutũ: poſtquã tanta pro te deus operat?
Eſurge actutum
noſce donũ. Siſte: efficee te candidũ: exemplo uides quid iſti contra te molian
tur: & quantis ſe effuderũt uiribus ut te tuoſq; perderent: & non potuerunt.
nouæ copiæ
Quia deus noluit. Venerant nouæ ex Germania copiæ: & cum Liuino & cũ
Hiſpanis laudẽ Pompei obſidione cinxerunt. Et quoties in tuos graſſati tõ/
tiens cũ magna ſtrage repulſi ſunt: fortiſſimis uiris intus defendentibus: ani/
Io. Pau. ſfor in Max. ſtãpa.
mi ferocitate & magna armorũ excellentia: Io. Paulo Sfortia: & Maximiliano
ſtampa. Illuſtres & magni ſunt duces qui ꝑ tua uictoria mortem non recuſa/
bant. Vſq; adeo atq; tam egregia pro mœnibus ſtetere/ ut illi deſperata uicto/
Exercitus mors.
ria in Germaniã ĩglorii redierint. An ego memorẽ quẽ ille exercitus finem ſit
ſortitus? qui Mediolani qui per omnis inſubriæ urbes tam crudeliter ſe geſſe
runt: qui contra te tam inique patrarunt: qui Italiam/ qui Romã: qui diuorũ
templa tam ſuperbiter fœdarunt? Nempe paucis ſuperſtitibus pene oẽs fa/
me: ferro: peſte: maris ſæuitie cõſumpti ſunt. Et poſtq̃ oĩa hæc Deus termino
Deus explicuit
coercuit ſuo/ & Cæſaris aĩo explicuit: quæ in Italia quæ in cunctis Chriſtia/
norum regnis eſſent ſtatuenda Pontifici & Romæ libertas reſtituta eſt. Re/
Pontifici libertas
gem Francorũ in Galliã remiſit: ſororis matrimonio auctũ. Inde in Italiã pro/
pere uenit/ & Bononiæ magno rerũ apparatu & principũ præſentia: orbis ter
Affuit principe
rarum Imperio a Clemente ſeptimo Coronatus eſt. Affuit & Princeps noſter
magnifice & ornatiſſime. Et a Cæſare oſculo pacis amplexus: profecto cœli fa
cies ſerenius enituit: quũ ſpectauit uos ambos mutuo atq; ſecreto colloquio
differentes. Reſtituto in priſtinam dignitatẽ & in Mediolanenſem ſtatum/
Pax reddita
illico oĩbus Chriſtianis pax reddita eſt. Pro comperto iam habitum eſſe pa/
cis termino Franciſcum Sfot. tenent quiuis magni reges hunc Imperio' eii/
cere: non poterunt. Aut ſi aliqua uis humana poterit: ſubito genus humanũ
F.SF.
rurſus infinitis cõmiſcetur malis. Tu igitur nobis fortunatiſſime Princeps/

eris pax:eris Italiæ ſtatuta quies. Cognouere tandem Cæſar in Germaniā pro
fectus:& Pontifex Romā:pro maximo mortalium beneficio te Mediolani ne
ceſſario conſtitui ducem. Viue inclyte Princeps:dux immortalis : & ita uiue F.SF.
ut ea fælicitate:qua te æternus Deus fouet:tuos deditiſſimos : tuos ſubditos:
tuos Mediolanenſes impartire uelis. Scis quāto gaudio omnes effuſi pro tuo
reditu/quanta omnis ætas:omnis ſexus:lætitia exuberat. Currunt quaq; par/ Applauſus populi.
te incedis iuuenes:ſenes:pueri:uirgines matronæq; nec pene oculis credunt:
ueniſſe optatiſſimum ducem:& pacis ornamenta ſecum reportaſſe. Nūc paſ
ſim uera ſpectat' libertas:redditus qſq; ſibi eſt:abrupto ſeruitutis iugo: & me
tu expulſo:quiſq; ad latus ꝑ libertatis ſigno gerit enſem. Te reduce & optata Gerit enſem
pace:reſpirant opifices:ſplendet nobilitas:repullulāt honeſtatis ſtudia:redeūt
ingenia: reuiuiſcunt bonæ diſciplinæ:& ad te pacis authorē omnes docti cur
runt:te ſuum Mecenatem ſperāt. Bona hæc meliora facit recordatio malorū. Fuga belli
Et dulciorem pacis tranquillitatem belli fuga. Moles obſcura nubium abiit.
Rediit tuo aduentu cuiq; ſerenitas animi. Succeſſere profecto lachrymis ri/
ſus:mæſtitiæ gaudium:lux tenebris:quiq; immenſis præcibus Deū fatigant:
ut uiuas Princeps & fæliciter uiuas. Nam tota inſubria fortunas ſuas:opes:pa F.SF.
cem:ocium:libertatem/de tua unius ſalute pendere putat. Horreſcunt me/
mores & cuperent non meminiſſe: dum dux remotus erat. Quæ hic ſceleta
patrata:quæ ſtupra:incendia:adulteria:cædes:rapinæ/extorſiones:quæ mili/
tum inſolentiæ. O beatum numen quod te huc ſoſpitem reduxit: princeps
noſter. Veniſti uelut ſol iucundo fulgentior lumine. Et diſcuſſis undiq; triſti O beatū numen.
tiæ nebulis omnes gaudiis:& tua præſentia lacteſcūt. Non aliter quā uer ſua
ue:poſt Hybernam niuem & horreſcentes boreas:ſuis apparet cum fauoniis:
tum repente omnis rerum facies mutato ſquallore enitere incipit:ita aduen/
tus tuus dux iucundiſſime fuit. Mira quædam lætitia omnibus exorta eſt. Et F.SF.
quæ ante hoc tempus furiis agitata:nunc tua ſapientia & ingenio tranquillio
ra facta ſunt. Et quia uniuerſæ pacis & unionis pene omnium fatalis author
extitiſti:iccirco nobis merito gaudemus & tibi gratulamur. Qui nos ex mœ/ Fatalis au/thor
ſtis lætos:ex calamitoſis fælices : ex abiectis reduces : ex ſeruis liberos feciſti.
Gratulamur itidē Clementi Pontifici maximo qui oblitus maioris iniuriæ: ut Clemēs pō.
Italia ut reſp. Chriſtiana:Suo commodo frueretur : non eſt dedignatus ire ad
Cæſarem:coronare Cæſarem. Ad pacem trhaere Cæſarem. An melius curari pax heredit.
poteſt quam id quod magnus Chriſtus ſapientia patris/Deus & homo hæ
reditarium reliquerit? Diffuſo tanto per omnem Europam bono : aureum
reduci ſæculū haud ambigimus. Neq; ægre ferant mortalium animi : ſi pro
pace retinenda intercidāt etiam aliquæ iniuſtæ exactiones. Licet aliqua inter
dum pati onera:ut pace fruamur. An melius habēt Dij immortales quam pa
cem? Tum tellurem altis cœlis ſimilem dicimus quum pacem fouet. Tunc
arua rident:tunc boues armēta pingueſcūt. Pro pace tibi deoſculamur pedes Tellus cælo ſimilis
o pontifex:& manus aris ponimus. Pro uita tua incolumi hoſtiā mactamus: O pon. pro pace
& ſacros quot annis celebrauimus honores. Idētidem tibi o inuictiſſime Cæ
ſar:pro tuo fortiſſimo Bracchio:ecce ſacris decies centena milia quottidie fu/
mant altaria. Vt triumphator per orbem terrarum incedas:cōculcata turcorū O Cæſar

rabie. Vos ambo eſtis in humano genere:duo luminaria.Ille maius:tu minus
Duo luminaria
uos eſtis ſupra omnia iura.Ille pro Chriſto in terra reſidés:potens:& magnus
Aperit cælű
aperit & claudit ſuo modo cœlum.ſupra omnia concilia cẽnſor:poteſt ex cau
ſa Imperatorem deponere.Hic fulgenti enſe uelut eccleſiæ primogenitus fi/
Hæres regnorum
lius:omnium regnorum hæres: iuſtitiam per totum orbem ſua ſacra militia
debet diffundere.Iccirco pro tam catholico; pro tam fortunato: gratias Deo
Sicut græcia
immortali quottidie agimus. Sicut græcia ſuo gloriatur Hercule: Theſeo:
Achille:ſicut Troia:Priamo:Hectore: & Thebani Epaminũda: & Perſæ Cy
ro & Xerſe:& Lyſandro Lacedemonii:Themiſtocle & Alcibiade Athenien/
Oriundus cæſar
ſes:ſicut Alexandro & Philippo macedones:& Pyrrho Epirotæ & pœni Ani
bale.Sic nos Itali de te gloriamur:de te Imperator Carole.Oriundus es ex ſtẽ
mate nobiliſſimo Italici ſanguinis: ex Romano Cæſare:cuius nomen inui/
Auſtraſia familia
ctiſſimum retines & genus.Ille.n.conſanguineo Auſtraſiam prouinciam do
nauit habendam:ex quo hæc nobiliſſima familia refulſit.Ex qua tot reges tot
Cæſares tot Imperatores euenere.Q uãq̃ Flandria de te natale ſolum uendi/
cat:& Gallia:ob auiæ regium ſplendorem:& Hiſpania ob maternum genus.
Italus es
Sed Italus & Romanus es profecto:hinc ueram originem trahis. Tibi hunc
fatale Imperium debetur.Sicut olim Romana potẽtia eſt potita rerum:ſic tu
inuictis orbem terrarum ſubiugabis armis.Ideo o Princeps noſter Franciſce
Sfortia dux inclyte in partem non parua tue fœlicitatis habe:q. tantus Impe/
rator te amet: Pontifex poſtulet: Veneti conſeruent.Cõtemplare altius dux
ſapientiſſime & ſicut te natura creauit ad hunc ſtatum: ſic te dignum hoc ſta
tu effice.Percurre tuorum maiorum & Imperatorum uitas:in quibus ſingu/
lis ſi qua uirtus lucet:eam immitare.Si ſcelus aut inhumanum extabit: illud
F.SF.
effuge & damna. Sume a.C.Iulio Cæſare uigorẽ animi & ſublimitatẽ oĩum
capacem/ & celeritatem in uincendo:qui collatis ſignis quinquagies dimica/
uit: qui adeo liberalitatis:& clemẽtiæ ſtudioſus erat:ut omnes ea tẽpeſtate ſu
perauerit.Sume ad Auguſto eius filio eam miram regendi tranquilitatem/ &
eam adiis immortalibus opta fœlicitatem:& uitæ modeſtiã. Q ui quũ oĩum
Auguſtus.
eſſet uictor:domini appellationem abhorrebat.Q ui quum cuncta ſub pedi/
bus teneret: ueniens in curiam: non patiebatur ſenatores ſibi aſſurgere. Et
quum orbis fuerit dominus/ non tamen eum exiſtimes uelim Deum: ſed ho
minem:multis quoq; & ipſum infœlicitatibus circunuentum. Fuit quodam/
Nõ fuit de⁹
modo infœlix in orbitate prolis:in adoptionis penitentia:in infiliarum infamia
in periculis aditis per tot bella/genu & Bracchio in Delmatia ſauciatus.& in
Cãtabria fulmine lectica perſtrictus. Fuge mi dux totam Tiberii uitam: qui
fuge mi dux Tiberius
in o libidinis prouolutus genere: & crudelitate:ſæuiſſima bellua euaſit.Fu/
ge.C.caligulæ mores. Q ui ob obſcænam ferocitatem a ſuis interfectus eſt.
Caligula
Claudius
Fuge Claudii hebetudinem:& animi ſegnitiem.Q uem mater Antonia mon
Monſtrũ hominis
ſtrum hominis appellare ſolebat:quãuis fuerit doctus græce & latine Q uip
Adhortans T.liuio
pe qui.xl.libros hiſtoriæ adhortante. T. Liuio conſcripſerit. Abſit ab animo
tuo cãdidiſſimo Neronis crudelitas:qui totidem annis quot Claudius orbẽ
Nero
lacerauerit. Sed uterq; mala morte piit.Ille boleto ui ueneni ab uxore parato:
hic ſua manu fugiens Roma/ad inferos deſcenderunt.Nil tibi ſit cum Gal/

ba:cum molli Othone:cum uorace Vitellio: ueluti per ſcænam æditis. Nõ   Galba
enim pluſquam tris imperarunt annos. Et ij cædibus abſumpti ſunt. Nihil   Otho
eſt: quod in his ad immitandũ reperiamus. At Veſpaſianus totus tibi: Prin/   Vitellius
ceps noſter Ore uerſandus eſt. Fuit enim uir fortis: iuſtus: lætus: magnani/   Veſpaſian⁹
mus: cui diuina diſpoſitione euenit: ut contra rebellãtes iudeos mitteretur.
Is Aſcalonem: is Ioppatam ui cæpit. Sæuitum adeo in omnem ſexum ut ex   Aſcalon
quadraginta milibus: qui intus erant: uix ducenti uiui uenerint in hoſtium   Ioppata
poteſtatem: inter quos Ioſephus dux: homo ſapiens: & doctus: Iudaicæ hi/   Cædes iu-
ſtoriæ ſcriptor. Hic admonitus nocturno ſomnio prædixit iudeorum cla/   deorum.
dem: & Veſpaſiano & filiis imperium. Et quia ubiq; Deus operabat' in uin   Ioſephus
dictam Chriſti: Veſpaſianus continuo uictoriam habuit. Tiberiade: & Ta/   hiſt. ſcrip.
richeis ui captis: omnem multitudinem interfici iuſſit. Sex milia iuuenũ ad
Iſthmum in Achaia fodiendum miſit. Cætera multitudo ad tringita milia   Ad iſthmũ
uili præcio uendita eſt. Eſt tibi dux inclyte imitandus. Titus Veſpaſiani fi/
lius: amabilis: clemens: liberalis: ſanctus. Veſpaſiano Romam reuerſo ad ca   Imitandus
piendũ Imperii iſignia: Titus iuuante Numine: uictoriam proſequutus eſt.   titus
In oppugnanda Gamala ingens in aere turbo: tela Romanorum in Gama/   Turbo ĩ aere
lienſes ferebat: & Gamalienſiũ ſagittas reflectebat. Scribit Ioſephus & Ege
ſippus. Atq; anno ſecundo: quo pater Imperium init: Titus Hieroſolymam   Cæde ingẽs
cæpit. Ibi ſexcenta iudeorum milia fuiſſe interfecta: Euſebius dicit. Et Ioſe/   iude.
phus undecies centum milia fame: & ferro conſumpta. Ac centum captiuo/
rum milia uendita. Tanta ſanguinis effuſione: gentem luiſſe ſcelus: quod in
Chriſtum dei filium commiſerat: haud ambigue creditur. Quod. xliii. an.   Scelus cauſa
antea Chriſtus: his prædixerat uerbis: circundabunt te inimici tui uallo: co/   verba xp̃i
anguſtabunt te undiq;: & ad terram conſternent te: & filios tuos. Qui in te
ſunt: & non relinquent lapidem ſupra lapidem: eo quod non cognouiſti tẽ/
pus uiſitationis tuæ. Refert Philoſtratus in Apollonio: quod quum finitimi
uellent ob uictoriam: coronare Titũ: pertinaciter repugnauit: dicens: ſe non   Philoſtratus
eſſe authorem talium operum: ſed dei indignationem contra iudeos. Nec
ipſe ad tantum bellum ſatis fuiſſet: niſi ſublimis Deus: ſuam manum præ/
buiſſet. Quod autem Hieroſolymis ſit reperta tanta hominum multitudo: Dies azimo
cauſam fuiſſe aiunt dies azimorum: ob quam ſolemnitatem iudei ex oĩ gen/   rum.
tẽ ad templum confluxerunt. Vrbe quaſi carcere ſunt incluſi. Quam ob
rem paſchatis diebus oportuit eos luiſſe pœnas: in quibus redẽptorem no/
ſtrum crucifixerunt. Reuerſus Titus Romam cum patre triumphauit. Vi   Virtutes tit.
xit non ſine Dei immortalis gratia: ſummis uirtutibus repletus: nunquam
ulli ciuiũ obfuit: collationes: & tributa remiſit: natura benigniſſimus: nun/   Vox memo
quam a ſe quemquam triſtem: dimiſit. Recordatus quondam ſuper cænam: ra
quod nihil cuiquam toto die preſtitiſſet: memorabilem uocem ædidit. Ami
ci diẽ perdidi. Fuit tantæ clementiæ ut duos patritii generis affectatione Im
perii conuictos: nihil quam deſiſterent: monuit: dicens principatum fato da
ri. Domitianum fratrem inſidias parantem: flens ſæpius obteſtatus eſt ne
patricidio Imperium aſſequi cuperet. Cæterum defuncto ſucceſſit frater
Domitianus longe diſſimilis. Quãquam ab initio: bonitatis quandam præ

F.SF. ferebat ſpetiẽ.delatores iſſectatus:adeo ut ſolebat dicere:priceps q delatorẽs nõ caſtigat:irritat. Tu uero priceps nr̃ hoc dictũ accipe:ſed ſæuitiẽ & cupi-
ditatẽ:in qs ille maxie prupit ut facis euita. Spectabat cædẽ nobilitatis:tãq̃
Jngens ſæuines oculos ſanguie hũano paſceret. Atq; i eã puectus ſupbiã:ut uolucrit appel-
lari dñs & Deus. Et qa cõſciẽtia urebat:de oĩbus ſuſpitionẽ tãtã capiebat:ut
parietes phẽgite i porticibus i qbus ſpatiari ſolebat: parietes phẽgite lapide diſtixerit:ut eius
Phengites repſentatiõe ſplẽdoris:p imagines:qcquid a tergo fieret: puideret. Eſt phen
gites argumẽto uocis luminoſus lapis repertus in Capadocia Neronis prin
cipatu. Sed mortem euitare non potuit poſtquam in familiares: in ciues:in
Fla.clemens affines:ſæuitia ſatis fuerit:Flauiũ clementem ſuum patruelem interfecit:ob
Jo.apoſto. Domitillam ſororis eius filiam: ut non nulli putt: quia Chriſtianum nomẽ
receperat:poſtquam Cletum Pontificem iteremit:& Io. Apoſtolum: in olei
Nerua feruentis lacũ deiici fecit:ipſe a ſuis familiaribus interfectus eſt. Subſequuta
ſunt meliora tempora moderatione principum Neruæ: Traiani: Adriani.
At Neruæ tanta erat integritatis fiducia:ut ſæpe iactauerit ſe nihil tale feciſ-
ſe:quo minus depoſito imperio ſecurius priuatam uitam ageret. Illud egre-
gium fecit q; ex ſuis propriis fortunis & opibus:ueſtẽ omnem: argentea ua
ſa:& aurea]: ſupellectilia quæq; domus-& uillas & oĩa poſtremo Romanis
ciuibus egeſtate oppreſſis elargitus eſt (ut memoriæ prodidit Dion hiſto-
ricus.) Ad ſuſtentandum ciuiũ uitam decies & quinquagies centena milia
numũ errogauit. Tantum ſibi reſeruauit q; ſatis putauit ad ciuilẽ uitã con-
ſeruandam. Hanc animi pſtantiam fortire Princeps inclyte:cape hanc diui-
F.SF. nam munificentiã. Renoua tantæ uirtutis ſplẽdorẽ. Q uũ cãdor naturæq;
bonitas in tuo pectore reſideat. Fac ut nemo ueterum principum te uincat.
Fac ita hæc inferiora nihil ad tui animi altitudinem & immortale Decus
Integritas pertineant:ſicut in his Nerua. Licet nõ Chriſtianus. Conatus tñ eſt uirtute
animi iter bonos principes cõnumerari. Valitudine parũ proſpera:capitoliũ
Traianus aſcendit:& precatus Deos:ut fælix fauſtũq; ſit Traianũ adoptauit. Q ui tũ
præerat germaniæ. In quo adoptando laudem meruit. Hoĩs uirtutem exiſti
mauit non genus:non patriã. Erat.n.genere Hiſpanus. Is poſt diuũ Augu-
Decẽbalus ſtum:reip. cæpit lacertos mouere. Dacos ſuperauit:& regem Decembalum
põs danubii tandem ad mortem compulit:ædificato mirabili ponte pilarum.xx.danubiũ
iunxit. Q uarum altitudo præter fundamenta.cxl. & latitudo.lx. interual-
lum.lxxx.pedum erat. Deinde Armeniam recepit a parthis. Albanis regem
conſtituit:Hiberos:Boſphoranos-Colchos:in fidem Romanæ ditionis ac-
Ju mari rubro cæpit. Et omnia loca ſuperauit uſq; ad indiæ fines. In mari Rubro claſſem
inſtruxit. Fuit natura clemens:iuſtus prudens-bello ſtrenuus:pace ſapiens
Diuus greg. ut non mirum eſt:ſi diuo Gregorio credimus:ex inferis:ad cœlum aduolaſ-
ſe. Et hæc debent eſſe ſpecula humanis principibus. Lege tu Princeps no-
Adrianus ſter huius libenter geſta:& horum ſimilium amore capiaris. Effice tuis inna
tis naturæ dotibus;ut a nemine uincaris Adrianũ ille adoptauit conſangui-
In muſeo neũ. Is p urbẽ more catonis pedibus ibat:paucis ẽt comitibus:& nullis ſpi
culatoribus:aut ſatellitibus. Mite liberalibus artibus & græcis lrĩs eruditus
Alexãdriæ i muſeo multa cũ phĩs pponebat & ſoluebat:alebat igenia & eis

mirũ in modũ fauebat ĩprimis Fauorino phõ. Barbã prim⁹ alere cepit. Q uẽ morẽ multi prĩcipes Ro. ſeruauere. Peregrinatiões uarias ĩgẽti celeritate cõfecit. In ægypto Antinoũ ſibi dilectum amiſit. Cui hieroſolymis tẽplũ dicauit. Opera eius ſunt uilla Tiburtina in qua inſcripſit: uel ut lyceum: Academia: Pons ſuo nomine reſtitutus: quo nunc continuo itur in uaticanum: ꝑ pe ſepulchrum: quod moles Adriani dicitur. In quo fere omnes Antonini ſe pulti ſunt. Ipſe quoq; Pãtheon reſtituit. Adoptauit L. Ceionnm Comodũ quem L. ælium uerum appellauit. Hic ob uoluptatem tantum & formam ab Adriano dilectus. Amabat. n. Amatorios poetas: & laſciuos. Ideo martialem: Maronem ſuum appellabat. Coniugi querenti dicebat: uxoris nomen eſſe non uoluptatis ſed honoris cauſa. Sed hoc breui defuncto: Anium Antoninũ: Q ui poſtea pius dictus eſt adoptauit. Hac conditione: ut ipſe. M. Antoninum filium fratris uxoris ſuæ fauſtinæ; & L. Verum Ceionis filium adoptaret. Antoninus a ſenatu pius cognominatus eo quod multos morti ab Adriano deſtinatos redemerit. Fauſtinam ex fauſtina filiam. M. Antonino locauit. Q uum eſſet pius prope mortem: Iuſſit fortunam Auream ad. M. Antonini cubiculum tranſferri. Nam ſignum fortunæ aureum ſemper erat in cubiculo Imperatoris: Verum in exitu uitæ tribunus militum: illud ad ſucceſſoris locum trãſferebat. Erat Marcus multa grauitate & Philoſophica diſciplina uenerandus. Habuit præceptorem herodem Atticũ & Proculum: ſed Imprimis: Frontonem. Cui ſtatuam a ſenatu impetrauit. Proculum ad conſulatum prouexit. Lucillam filiam ex Fauſtina minori Lucio Antõio fratri locauit: & cum eo pari poteſtate regnauit. Primi Romanorum fuerunt qui ſimul imperarent. Fauſtinam coniugem parum pudicam amicis accuſantibus ſæpe excuſauit. Viuentem in caſtris: matrem caſtrorum: & mox defunctam in peregrinatione orientis: diuam a ſenatu appellatam libenter audiuit: Sed defuncto fratre: Cõmodum filiũ Cæſarem declarauit. Tanta ſapientia rexit rempu. illam: ut nemo poſt eius mortem ſimilis extitit. Illud ſemper in ore platonicum habuit: Beatiſſimam eſſe ciuitatem: in qua aut Philoſophi imperẽt aut imperatores philoſophentur. Decedẽs omnibus mortalibus ſui deſyderium reliquit: & poſteris memoriam uirtutis ſempiternam. Verum quãto hic optimus fuit: tanto peſſimus extitit filius Comodus. Q ui libidine: cædibus: rapinis: omnia cõpleuit. Eo inſaniæ uenit: ut cuncta quæ turpiter: crudeliter: Impune fecerit: publicis iuſſerit poni monumentis. Alienis operibus ſuos ponebat titulos. Coloſſo Nerõis: dempto capite ſuũ impoſuit. Q uod adhuc Romæ in capitolio uiſitur. Tot ſcelera peroſi Q. ælius lætus ꝑfectus urbis: & Martia eius concubina: & non nulli alij: capta occaſione eum ſtrãgulauerunt. Anno Imperij. xiiii. Corpus eius unco trahere ĩ Tiberini populus uoluit: Sed Aelius ptinax q Impio ſucceſſit noluit. ĩ ſepulchrũ Adriãi illatũ eſt. Hic Pertinax patre libertino natus ptinax cognomẽ ſortitus q; lignariæ negociatiõi ptinaciter ſemp operã dederit. Ob iduſtriã animi & fortitudinẽ corporis ab imperatore Marco ad magnas dignitates prouectus eſt. Prouincias conſulares quattuor rexit. Mox a Comodo cum Perennio legato ad exercitũ in

Fauorinus. Barbã alere.
Antinous.
Antonini. Aelius uer⁹
Marcia ſuus
Appellatiõẽ uxoris.
Annius antoninus.
Due fauſtie
Fortũa aurea.
M. Antoninus
Fronto
Lucilla
primi Impe.
Diua fau.
Comodus
platonis dictum
Turpitudinibus mõumentum
Tituli alienis operibus
Aelius læt⁹
Aelius pertinax
perennius

Britanniam miſſus eſt. Inde proconſul in Africa factus extincto Como/
do ab exercitu conſentiente ſenatu lectus eſt Imperator. Quum eſſet ſe/
Didius iulianus.
ptuagenario maior. Sed Imperij menſe. vi. opera Didij iuliani interfectus
eſt. Homo erat mitis quamuis nonnulli Chryſologum appellarent: quod
bene loquendo haud bene faceret. Præterea ſordidus in uictu: utqui dimi
Chriſolog⁹.
diatas lactucas & carduos in conuiuijs pōeret: fuit Didius Iulanius prone/
pos Saluij Iuliāi iuriſcōſulti. patrē habuit Petrōiū Didiū ſeuer;. Qui pfuit
in germāia legioni. Cattos domuit. Inde Delmatiā & Germāiā rexit. Fuit
cōſul cū Pertinace: ſed eo interfecto diſſimulauit conſpirationem Triſtitia:
Tres imperare.
etiam abſtinendo a Cibis donec ſepultus eſt. Sed pauci mali in Imperio læ/
ti. Eodem quaſi tempore quo Iulianus a ſenatu Romæ eſt electus: fuere
peſceniu. s.
Tres alij foris Imperatores appellati. Peſcenius niger: qui tunc præerat ſy/
riacis legionibus: & Clodius Albinus: qui apud Britannum exercitum ha/
Clodius albinus.
bebat. Et ſeptimius ſeuerus qui circa Rhodum & danubiū Dux erat ua
lidarū copiarū. Qui poſtea tribus reliqs uario mō occiſis ſolus ſibi Impium
Septi. ſeuer⁹.
uēdicauit. Fuit L. Septimius ſeuerus ptiax genere afer ex Lepti ciuitate pře
Geta. Maiores eqſtris ordinis habuit. Sub. M. Antonino uarias puincias
př gen.
cōſulares rexit. Hic poſtq̄ tres alios cōculcauit Triūphū Vtpote de Ciui/
bus recuſauit. Cōpoſitis in Italia rebus: Parthos: Arabas: Adiabenos ſubiu
gauit. De his reuertēs Triūphauit habitus eſt inter fortiſſimos Impato/
res. Quum Britanniam poſtremo adiſſet & ſubactis his gentibus quæ ui
Mors ſeueri
debantur infeſtis: Eboraci iam ſenex morbo perit. Anno Imperij. xviij. re/
Baſſianus, Geta
lictis baſſiāo & Geta filijs. Baſſianus Antonius caracalla cognomento. A ge
Caracalla.
nere ueſtis talaris qua populum donauit. Ipſe nomina ſumpſit. M. Aurelij
Antonij pij Fuit hō ferox & impius ſtatura breui: fratrē Vterinum Getā
īterfecit Ex iulia natum. Conqueſtus in ſenatu quod eius inſidijs fuerat pe
titus. Interfecit etiam eius non nullos amicos inter quos Amonium ſere
papinianus
num præceptorem: & Papinianum iuriſconſultum. Iuliā nouercam eius cā
Iulia nouerca.
ptus Illecebris uxorem duxit: Profectus in parthicam expeditionem poſt
multas uictorias inter Cartas & Edeſſā dum ex equo mingendi cauſa de/
ſcēdiſſet in ſeceſſu a Macrino præfecto prætorij per coniurationem Truci
datur: anno ætatis quadrageſimo tertio: Imperij ſexto: relicto filio Antoni
Macrinus.
no Heliogabalo. Cōnumeratur inter malos Principes. Huic opilius Ma/
crinus ſucceſſit homo libertini generis: Venali fide: uita ſordida: iuris atta/
men peritus & ſub uero Antonino fiſci aduocatus fuit: poſtea prætorij præ
Diadumen⁹
fectus conſtitutus imperauit uix ſupra annum cum Diadumeno filio for/
moſiſſimo. Sed profecti ambo ad parthicum continuandum bellum ab ex
Heliogabalus.
ercitu Antōini Heliogabali in Bithyniæ ſuburbano interfecti ſunt. Anto/
nius Heliogabalus cognomento ut audiens eſſe patrem interfectum car/
ras ad templum Heliogabali confugit quod ſyri iouis uel ſolis dicūt. Ibiq;
eius ſacerdos factus & ſacra & ritus Romam apportauit. Et templum illi in
palatio dicauit. Fuit hic & in ea ætate iuuenis Impuriſſimus: Guloſiſſimus:
libidinum inuentoribus premia proponebat Mōſtroſis cōuiuijs Vitelliū &
Apiciū ſupauit. Sæpe e linguis Phœnicopterorū Cerebelliſq; Anſerū & pā

uonum preparatis Cœnam ſuis obſoletis dabat. Nullum relinquens turpitudinis ſcelus per quattuor ãnos: quos ille imperauit. Poſtremo omnibus odio habitus in Palatio atq; in latrina quo confugerat interficitur: Atq; in Cloacam eſt demerſus: atq; inde Vnco tractus in Tiberim eſt deiectus. Nomen eius e publicis monumentis eſt iuſſu ſenatus deraſum. Aurelius Alexãder Ex Arcẽna ſyriæ ciuitate ob affinitatem ſeueri Principis ratiõe Iuliæ uxoris puer a ſenatu Cæſar factus: qui quãquam Conſobrinus Heliogabali: tamen ab eo inſidijs ſæpe petitus erat. nec mirum quum moribus eſſent diſſimiles Antonini ac magni nomina a ſenatu data pertinaciſſime recuſauit: q̃ non uidebatur poſſe famam eorum uirtute propria ſuſtinere. Seueri tamẽ nomen adſumpſit. Ipſe Alexander ab initio uocatus quod Arcenæ in tẽplo magni Alexandri natus fuerat. Quo mater Grauida celebritatis cauſa diuerterat. Hic quod nulli contigit una die omnes titulos habuit. Hi erãt ius proconſulare: Tribunitia poteſtas ius. V. relationis: pater patriæ: Pontifex Maximus. Scribi uoluit p publica loca. Quod tibi non uis alteri nõ feceris: quod a Chriſtianis accipiſſe creditur. Nam Chriſtianos non ſolum tolerauit ſed Chriſti ſimulachrum in Lazario hoc eſt in ſecreta domus parte habebat. Eiq; templũ dedicare erat in animo: Ait lampridius. Habuit etiam uiros alios depictos ut habrahãmum Apollonium Tyaneum: Alexãdrum magnum. Omnia publica uitia e medio ſubſtulit. Lenonum Vectigal & meretricum & exoletorum in ſacrum ærarium inferri uetuit. Sed tantum inſtaurationi operũ publicorum aſſignauit. Modeſtis nõ ambitioſis honores dabat. Si quis blandius ſalutaret aut diceret: uelut inanem adulatorem reijciebat. Ad ſalutationem tãtum bonos admittebat. Nulla præteribat dies quin egenis aliquid humanitatis oſtẽderet Aut benignitatis preberet. Neminẽ unquã occidit: niſi iubẽte iuſtitia: lectitare ſolebat Virgiliũ: & Cic. de officijs poſt lectionem paleſtræ aut muſicæ operã dabat. Poſt horas autem meridianas ſubſcriptioni ac epiſtolis legendis. Preceptores habuit Valerium Codrum: Bebium Macrinum. Aurelium Philippum: Iulium Frõtinum: Iulianum Grauianũ & T. Viturium. Viuebãt apud eum nobiliſſimi iuriſcõſulti: domitius Vlpianus. Fabius: Sabinus: Aelius Gordianus qui fuit pater Gordiani Principis. Iulianus Paulus: Claudianus: Pomponius: Alphenus: Aphricanus. Florentinus: Maccianus Caliſtratus. Hermogenes: Venuleius Arephõius: Metianus: Celſus: Proculus Modeſtinus. Et hi omnes diſcipuli fuere Papiãi Et huius Impatoris familiares (ut ſcribit Accolius & Marius maximus) ſed nihil faciebat ſine Conſilio matris Iuliæ Mammeæ ſapientiſſimæ: fœminæ: quã multi fuiſſe Chriſtianam putãt eo quod Origenem Romam acceſſiuerit religionis cauſa fideiq;. Fuit hæc ſyra & ſoror ſœnedis matris Heliogabali. Expeditiones omnino duas habuit: primam contra perſas quando Artaxerſem uicit: qui ab Herodiano Artaxaces dicitur. Redeunti triumphus a ſenatu decretus eſt: ipſe de rebus a ſe geſtis pulcherrimam orationem habuit. Alteram expeditionem in germaniam quo tempore in Galliæ uico a ſceleratis militibus interfectus eſt. Aetatis anno. xxx. Imperij. xiiij. Cauſam Lampridius reijcit in durũ nimis eius in militibus imperium At Herodianus con-

Cæna.

Aurelius alexan.

Arcena.

Oẽs tituli.

Quod tibi non uis.

Chriſti ſimulachrum.

Expulit uitia.

Adulatores

Vale. Codr.

Magni iuriſcon.

Origenes.

Mors alex. Lãpridius. Herodian.

tra Lâpridium ſcribit de uictoria Perſica cum amiſiſſe exercitum fame mor-
boq; confectum uictumq; potius quam uictorem fuiſſe. Et matrem cum eo
fuiſſe interfectam. Sunt poſt Alexandri mortem in eodem loco a militibus
Maximini duo. Imperatores ſalutati Maximini duo pater & Filius. Ij e Thracia oriundi ge-
nere humili: quippe ſenior opilio fuit. Sed ob magnitudinem uaſti corporis
ac fortitudinis meruit a Seuero in exercitu promoueri. Et poſt eius mortem:
repetens urbẽ ab Alexandro ob eius fortitudinẽ & præſtãtiã corporis factus
eſt Tribunus legionis quartæ Addito Laticlauo. Cæterũ imp. Conſaluta-
tus ſine etiam Senatus conſenſu: in germaniam bellum mouit: ubi rebus be-
ne geſtis: Syrmium uenit in Sarmatas expeditionem parans: Cæterum quia
crudelis in omnes ferebatur: Romæ hoſtis a ſenatu iudicatur. Et Gordianus
Gordianus una cum filio proconſul Aphricæ iam octogenarius. Ab exercitu Aphricano
Imperator factus: comprobatur. Sed his in Aphrica breui interfectis. Sena-
tores Pupienum Maximum & Balbinum Imperatores creãt. ex quibus Ma
Pupienus Balbinus. ximus contra Maximinos iam Aquileiam obſidentes cum exercitu mittitur.
Sed illi tentata ſæpius fruſtra oppugnatione in tẽtorijs ambo interfecti ſunt.
Capita eorum Romam miſſa omnibus ingens conſpecta gaudium excita-
runt. Cæterum non multo poſt Maximus & Balbinus a militibus prætoria
nis interfecti ſunt. Qui eos ab initio nolebant. Sic ſcelerati milites non pote
rant pati uirum quemq; bonum reſidere Impatoria in ſede. Eſt interea puer
Puer gordianus. Gordianus filius ſecundi & nepos primi qui in Aphrica periere: creatus Im-
perator: quũ antea uiuente Patre & Auo fuerit Cæſar annorum. xiij. ſuorum
Miſiteus uirtutem æmulatus cõſilio Miſithei ſoceri ſui uiri prudẽtiſſimi & doctiſſimi
feliciſſime remp. rexit. Cõtra perſas bellum geſſit uicto Sapore rege: Carras
recepit uſq; Niſibim & Creſiphontem: & orientis ſtatum confirmauit. Para-
batur ad Triumphum ſed Philippi prefecti prætorij coniuratione Incautus
Inſcriptio perijt an. Imperij. VI. Milites ſepulchrum cum inſcriptiõe triuum linguarum
erexere In finibus perſidis. Diuo Gordiano Victori Perſarum. Victori Go-
Philippus. thorum: Victori Sarmatarum depulſori Romanorum ſeditionum: Victori
Germanorum: ſed non Victori Philipporum, ſucceſſit Philippus Arabs ge
nere: qui poſt mortem Miſithei prefectus a Gordiano preficitur. Quem pa
trem iuuenis appellare ſolebat: ſcripſit hic ad ſenatum Gordianum deceſſiſſe
morbo & ſe Imperatorem a militibus electum Senatus nil aliud ſuſpicatus
Oroſius. ſubito confirmauit. Hic ſubito filium Philippum conſortem Imperij fecit:
Primus chri. ſed annum poſt quintum ambo interfecti ſunt. Oroſius tradit Philippum pri
Decius. mum fuiſſe: Qui Chriſtianum ex Imperatoribus nomen ſumpſerit. Sed fi-
cte. Vt eius pretextu bonus haberetur. Decius qui contra Scythas miſus
erat ab exercitu Imperator ſalutatus & a ſenatu confirmatus: ſed biennio poſt
cõtra hoſtes occubuit. Fuit ſæuus in Chriſtianos, ſenatus tamen luxit & in
ter optimos Principes connumerauit. Alterumq; Traianum putauit ex quo
Traianus decius inſcribit. Ipſe Pannon fuit nobili genere: extant adhuc Ro-
Thermæ mæ Thermæ in Auẽtino Decianæ. Quas ſenatus eius nomini dedicauerat:
Abrictum qppe ipſe ſenatui oĩa admiſtrari pmiſit: & ius ꝓcõſulatus: Et tribunitiã ptãtẽ:
Ara decii. Galius ac cẽſurã: occubuit cũ filio apud Abrictũ Mæſiæ urbẽ ubi & Ara Decij dicta

Gallus e gente:Patritia a reliquis qui ex profligato exercitu remanſerant Im-
perator ſalutatus:qui in eo diſcrimine tēpu.pacem Turpiſſimam cum ſcy-
this fecit.cc. Dragmarum tributum dare pollicitus eſt.Ipſe Vibium uoluſia — Vibius.
num in partem Imperij ſuſcepit ſed non diutius rexit: uix biennium exce-
dentes ambo uicti & interfecti ab æmiliāo qui inter mauritanos ortus limite — Emilianus
ꝑerant ſarmatico in mœſia olim a Decio prepoſitus.Sed hunc nō multo poſt — Galienus.
uictum a Theodoro atq; uinctum uiuū Galiēo filio Licinij Valeriani Romæ
miſſum aſſerunt.Nam fuerūt eodē tēpore Licinius Valerianus nobili ortus — Licinius.
proſapia q in Rhetia ubi exercitui ꝑerat & filius Galienus Romæ ambo Im
peratores appellati ſunt.Sed Valerianus in ſumma omnium exiſtimatione: — Valeriani
infelicem eſt ſortitus exitum:quippe mouens cōtra perſas: a Sapore rege ca — exitus.
ptus atq; in ea ſeruitute perit.Quotiens.n.Barbarus rex equitare uolebat:ſu — Ignominiæ.
per dorſum curuati Valeriani pede impoſito equum aſcendebat. Galienus
aūt fœliciter ab initio tēp.Admiſtrauit.Multa ſtrēue in Gallia in Illyrico geſ
ſit Gothos & ſcytas apud Binzantium uicit.Sed ipſe Romam reuertens lu — Malū ociū.
dis:ſpectaculis: Et malo ocio occupatus in tantam ſecordiam deuenit ut
pene relicto cui uis Imperio:triginta Tyranni in diuerſis Partibus orbis qua — Triginta ty.
ſi omnes prouincias ſibi occupauere.Nec tamē id eueniſſe puto ſine dei mi
ſericordia:ne Barbari:Sarmatæ Scythæ:Perſæ irruentes nomen latinum per
derent.Ij enim ſinguli quiq; ſuum limitem cuſtodiebant:in exercitibus Ro-
manorum coaliti: Imperatoris nomen ſibi uendicabant: donec unum deus
ſtatuit Paulatim cæteris deletis.Galienus interfectus eſt Mediolani una cū — Galiēi mors
fratre Aureoli fraude qui Dux erat illirici exercitus an.Impij decimo:ſed hic
a flauio Claudio interfectus eſt:Flauius Claudius gēus trahit Adelmatis cui
quintilius & Criſpus fratres fuerunt.Ipſe nihil filiorum reliquit.Quintilius
duos.Criſpus uero conſtantiam filiam:quæ nupta nobili Eutropio e Darda-
nia:Cōſtantium filium genuit. Euenere igitur a Claudio Flauiorum Conſtā — Flaui⁹ claudius.
tinorumq; familiæ:ipſe Claudius & ſi uix duos uixerit annis:multa bona geſ — Quintilius
ſit:contra Tyrānos ſe conuertit:Gothos ad.ccc.&.xx.milia deleuit.Moritur — Criſpus.
apud Syrmium in Pannonia inter optimos Principes connumeratur. Poſt — Conſtantia
mortē Claudij Quintilius frater qui erat in ꝑſidio Italico Imperium ſumit: — Eutropius.
uerum ubi comperit:Valerium Aurelianum Romæ electū & Imperare nec — Flauii.
a militibus ſuis dum oraret:Audiretur Inciſis ſibi met uenis:die.xx.quam Cæ — Cōſtātini.
perat Imperare occubuit. Habuit Valeriāus Syrmi ortū humili genere:ſed — Quintilius.
ingenti cum uirtute fuit: ſed ſub Valeriano ſub Galieno ſub Claudio diuer — Valerianus.
ſis tēporibus uarios & inſignes Magiſtratus geſſit.Cōuerſus & ipſe Ad ex-
tirpandos Tyrānos in orientem mouit Zenobiam Palmyreorum reginā ca — Zenobia.
ptam in triumphū duxit Tetricum in Gallia in poteſtatem redegit:ægyptū — Tetricus.
pacauit.Romam reuerſus:nobilem Triumphum egit.Mœnia urbis amplia
uit:Tiberim repurgauit Thermas trans Tiberim facere inſtituit.Sed dum
perſas eum exercitu repeteret inter Byzannium & Heracleum: notarij ſecre
torū dolo a ſuis interficit anno.Imperii.VI.Senatus Anniū tacitum eligunt — Anni⁹ tacit⁹.
ſed hic mēſe ſexto periit:poſt cuius mortē:Florianus taciti frater inconſulto: — Florianus
Senatu Imperiū capit.Verū hic mēſe ſcdo a militibus iterficit.Qua morte — Probus.

nuntiata in exercitu: Probus q Syrmi natus erat uir militari induſtria auctus Imperator ſalutatur. Qui inito pricipatu illico in Gallias mouens: Germanorum qui eam occupauerant ingentem ædidit ſtragem. Ciuitatibus. lx. in poteſtatem receptis Francis ſuperatis: Romæ Triumphum egit. Deinde contra

Tirãno deleti.

Tyrannos per totum orbem conuerſus Saturninum in oriente: proculum in occidente: patria Albigaunẽſem: & Bonoſum ex Hiſpania oriundum: qui apud Agrippinam Coloniam in Gallia Imperium occupauerant: deleuit. Poſtremum contra perſas bellum parans iter per Illyricum faciens a ſuis militibus per inſilias interficitur. Anno Imperij. VI. Francici: Gothici: parthici ſarmatici adeptus cognomina: in tumulo eius cõſcripta hæc ſunt. Hic Probus

Sepulchrũ probi.

uere probus Imperator ſitus eſt: uictor omnium gẽtium Barbararum: uictor etiam Tyrãnorum Probo uero Carus Narbonẽſis a militibus & ſenatu ſuc

Carus.

ceſſor probatur: qui ſubito factus Imperator pannonias a ſarmatis liberauit. In orientem profectus ad bellum Perſicum Cteſiphõte iam capto ſupra Tygridem in Caſtris ictus fulmine perit. Quum biẽnium imperaſſet. Relictis Numeriano & Carino filijs. At Numerianus adoleſcens in eadem expeditione: ab eius ſocero Arrio a pro interficitur: ratus ſe Imperio ſucceſſurũ: ſed fru

Numerianus. Carinus. Arſius.

ſtra. Memoriæ proditum: Numerianum omnis eruditos ſui temporis anteceſſiſſe: ſeu proſa oratione ſeu poemate. geſta parẽtis Iambis perſcripſit. Statuam ei Senatus in Bibliotheca hac inſcriptione poſuit. Numeriano orato

Inſcriptio.

ri potẽtiſſimo. At Carinus Cari filius & Numeriãi frater. Cui Pater pficiſcẽs contra perſas Gallias & fere totum occidentem regendum Tradidit. Ubi ad eo libidinoſe uixit ut ſæpe pater de eo interficiendo cogitauerit. Sed patre & fratre extinctis poſt multa prelia a Dioclitião apud Margum uictus occubuit. His emedio ſublatis ſucceſſere quattuor Imperatores uno tempore cõ

Quatuor Impera. Dioclitian⁹. Maximus. Galerius. Cõſtantius.

cordes: Diocletianus: Maximus: Galerius: & Conſtantius qui maximẽ fuerunt utiles reip. Diocletianus iouius cognomento natiõe delmata ex obſcuro loco ob uirtutem militarem ad magnos ordines prouectus eſt: In expeditione contra perſas ſubito ubi factus eſt a militibus Imperator: pro maximo negocio habuit: Arriũ aprum capere numeriãi interfectorem. Quem coram omnibus iugulauit: non ita ut putatur Iuſtitiæ gratia: quã ut Druidæ in Gal

Druide.

lijs de ſe olim uaticinium perficeret: dicentis: Imperatorem tunc cum futurũ quum Aprum interficeret. Inde conuerſus ad ulciſcendos orbis Tyrannos quibus in multis locis oppreſſis: Maximianum cognomento Herculeũ Im

Maximian⁹

perij conſortem ſibi Aſciuit. Eumq; in Galliam occidentemq; pacandum miſit. Ipſe in ægypto Alexandriam obſedit, obſeſſam cum Tyranno Achilleo diripuit & multa cæde affecit. Quo tpe (ut Euſebius ſcribit) ad. xvij. Chriſtianorum milia uarijs ſupplicijs affecit. Diocletianus Romæ Thermas con

Cædes chriſtianorum.

ſtruxit Chriſtianis ad id opus damnatis. Aſciuit etiam ad Imperium regẽdũ & Conſtantium & Galerium iunctis inter ſe affinitatibus omnẽ fere oĩbẽ pacauere. Sed accidit ſcitu dignum: quod duo primores Diocletianus & Maximianus relicta Imperij cura iunioribus: Ambo Imperio ſe abdicauere. Al

Dioclitian⁹. Maximian⁹

ter Mediolani alter Diocletianus Nicomediæ ſeu uti multis placet Saloniæ in patria ubi paucis poſt annis ueneno ſublatus eſt. Quum uixiſ

ſet ânis.lxxiij.Impetii.xx.cui duæ res mire contigerunt:ut ſolus Imperio Cederet:& ſolus priuatus inter diuos poſtmortem ſit relatus. His cedentibus Cōſtātius & Galerius Cæſares antea poſt hæc Auguſti appellati:orbē diuiſere: Alter orientem alter Conſtantius occidētem ſortitus eſt. Italia & aphrica uir modeſtiſſimus abſtinuit. Gallijs & Hiſpania cōtentus fuit. Quibus prouincijs pacatis rebuſq; maximis geſtis deceſſit Eboraci in Britānia: relicto filio Cōſtantino ex Helena ſuſcepto. Quo tempore prætoriani milites absentibus principibus Imperatorem Romæ conſtituunt Maxentium Maximiani filium quo nuntio Maximianus pater lætatus eſt qui tunc Mediolani priuatus agebat. Ut propoſiti penituit Romā uenit:ſimulata cum filio diſcordia:ut Conſtantinum ex fauſta filia generum per proditionem necaret. Sed re Per Fauſtam patefacta apud Maſſiliam a Cōſtantino interficitur. Galerius uero cui Italia obuenerat:quū Annos imperaſſet.xiij.morbo graui cruciatus ſibi manum ītulit: quum prius duos creaſſet Cæſares Maximinum & Seuerū: ſed ſeuerus Rauennæ interficitur:opera maxentij. At maximinus alterū ſibi ſociū aſciuit Liciniū generum Conſtantij ex Dacia oriundū. Erāt ergo quattuor qui Imparores uolebant appellari inter ſe diſcordes Conſtantinus:Maximinus: Licinius; & Maxentius: oēs maxime infeſti Chriſtianis preter Conſtantinum. Maximinus pœnitens q; ſibi fecerit in Imperio conſortem: dum bellum cōtra parat perijt apud Tarſum. At Conſtantinus a ſenatu auguſtus declaratur. Et accerſitus e Britānia contra Maxentium qui erat omnibus ob crudelitatem inſenſus. Qui ambo multis prelijs inter ſe initis poſtremo apud pontē miluiū totis uiribus cōflixere. In quo p̄lio uiſa eſt in aere inſignis crux & audita uox Conſtantine in hoc ſigno uince. Victum cum toto exercitu maxētium interfecit. Extat huius nobilis uictoriæ adhuc Romæ Arcus e regiōe amphitheatri cū huiuſmodi inſcriptiōe. S.P.Q.R. Imp.Cæſ.Fl.Conſtantino auguſto q; inſtinctu diuinitatis & animi magnitudine:uno tempore tam de tyrnano q̄ de omni eius factiōe iuſtis rēp.ultus eſt armis: Quibus uerbis quum dicat inſtinctu diuinitatis:de cruce in aere uiſa dici uidetur Sublato Maxentio tandē Liciniū apud Nicomediam in deditionem acceptum: cōtra iuſiurandum interfici iuſſit. Remanſit omnium uictor:qui quum non aliunde haberet hoſtem in ſuos gladium uertit. Criſpum filium ſibi ſuſpectum itemq; uxorem ex cauſis non ſat expreſſis necauit Ipſe Bizātium pene dirutum inſtaurauit nouamq; Romam ac Conſtantinopōli uocare uoluit ibiq; ſedem conſtituit. Poſt contra perſas proficiſcens apud Nicomediæ uillam morbo correptus iterijt. Anno Imperij.xxxi. in extremo uitæ Baptiſmo admotus eſt. Ab Euſebio præſule Nicomediæ, Græci inter ſanctos referunt: eiuſq; feſtum.xi. Kalendas Aprilis celebrant. Ambroſius dicit de morte Theodoſij: Conſtantinus quamquam in extremo uitæ baptiſma acceperit:magnopere laudandus quod fidem ſucceſſoribus hæreditariam reliquerit. De dono quo eccleſiam donauit: ex ueteribus non memini quēquam legiſſe. Qui aſſereret. Iſidorus tamē author grauis & plane ſanctus qui fuit ab hinc anno. Dccc. In hiſtoia ſua aperte dicit, ceſſiſſe: ornamentiſq; omnibus Imperialibus. Eum urbe Roma Pontifici

Conſtātius
Galerius.
Cōſtātinus.
Helena.
Maxentius.
Fauſta.
Maximinus
Seuerus
Licinius
Quatuor Imp.
Conſtantinus.
Vox de cruce.
Arcus romæ.
Conſtātius uictor.
Criſpus.
Cōſtantinopolis.
Conſtantini mors.
Ambros.
D. dono eccle.
Iſidorus

diadematе:habituq; & albo equoquo uecteretur. Baſilicas itē inurbe multas
Opera conſtan.
cōdidiſſe lateranſem ſeruatoris nomine ubi baptiſterium addidit in:quo nata
Lucerna balſami.
lis nocte lucerna balſami ardebat. Legitur in eius frōte epigrāmatis prīcipiū.
Insons eſſe uolens iſto mundare lauacro ſeu ꝓprio premeris crimine ſeu pa-
Tēpla romæ.
trio. Erexit & alias pulcherrimas ædes in honorē Apoſtolorū Petri & Pauli
& diui Laurentij extra muros. s. Crucis. Ferunt eius iuſſu ſynodū Nicenæ ce
Sinodus Arius.
lebratam & Arrium exulaſſe. (Vt author eſt euſebius.) Eius autē genealo-
gia hæc eſt Cōſtātius fuit filius Eutropij & Cōſtātiæ: filiæ Criſpi fratris Clau
Geneal. cōſ.
dij ſecundi: ut diximus. Habuit Cōſtantius duas uxores Helenam & Theo
doram. Ex Helena habuit hunc Cōſtantinum cognamēto magnū. Ex Theo
Anauallianus.
dora Anauallianum qui & Gallus dictus eſt: & Conſtātiam quæ nupſit Lici
nio: ex quo genuit Licinium iuniorem & Anauallianum qui poſtea fuit pater
Pater Iuliāi
Dalmatij Cæſaris. Habuit etiam ex Theodora Conſtantium qui fuit pater
Iuliani Principis & Galli uiri ſcelerati mariti Conſtantiæ magni Conſtantini
filiæ. Ipſe uero Magnus Conſtantinus ex prima coniuge habuit Criſpum.
Ex fauſta uero filia Maximiani Herculei habuit Conſtantinum ſecundū Cō
ſtantium: & Conſtantem. Helenam quæ nupſit Iuliano Principi: & Conſtan
tiam quæ nupſit Gallo. Poſt mortem ergo Conſtantini magni. Conſtantinus
& Conſtantius Conſtans: & Dalmatius partiti inter ſe ſunt imperium. Qui
Cōſtātinus. Conſtāntius. Conſtans. Dalmatius. Magnentius. Gallus.
paucis poſt annis uaria cœde inter ſe periere. Solus Conſtantius ſuperfuit:
q Magnetiū tyramnū magna cæde Vtrinq; edita: uictum: in Gallia poſtre-
mo Lugduni coegit ad mortem Sibi ipſi conſciſcendam. Gallum quoq; in-
oriēte relictum ſororis maritum ob ſcelera ingentia iuſſit interfici. Sed con-
ſtantius tirānis per orbē ſublatis: Iulianū patruelē Galli fratrē Cæſarē creat:
Iulianus.
Ipſe in expeditione contra perſas ubi ſemp male pugnauit in itinere inter Ci
liciam & Cappadociā deceſſit. Huius & Iuliani geſta Amianus Marcellius
Iulianus.
ſcripſit. Defuncto Conſtantio Iulianus Imperio potitus eſt hic contra perſas
mouens Hieroſolymis uouit ſanguinem Chriſtianorum atq; ex eis ſpectacu
lum ſi uictoria potiretur. Verum dum prope Cteſiphontem incautus uaga-
Fatū rom.
retur ab obuio quodam hoſte interficitur an. ætatis. xxx. quū uix biennio im-
peraſſet: ita demum fato Romanis datum uidebatur ut Cteſiphontem tran-
ſire nō poſſent. Sepultus eſt Iulianus apud Tarſum. Ferūt hunc quum ſubi
Viciſti galilee.
to ſe uulneratum ſenſit: ſanguinem manu in aerem iactaſſe atq; dixiſſe uici-
Iouinianus. Fla. Valētinianus.
ſti me tandem Galileæ. ſic. n. Chriſtū uocare ſolebat. Cuius repentina morte:
exercitus Iouinianum Imperatorem faciunt. ſed hoc uix octauum mēſem ex
cedente: Flauius Valentinianus e Pānonia Cibaliēſi oriundus ſucceſſit. Pro
uidentia diuina factum eſt: quippe quū eſſet Tribunus ſcutariorum ab ordi
Gratianus.
ne cecidit: q; iuſſus a Iuliāo dijs ſacrificare nolluiſſet. Hic habuit patrē Gra
tianum ignobili ſtirpe: ſed fortitudine præſtantem. Qui funarius appellatus
eo ꝙ portanti uenalicium funem quinq; milites non potueruut extorquere.
Eo merito aſcitus ad militiam uſq; ad prefecturæ prætorii potentiam aſcen-
dit. ob cuius apud milites cōmendationem: Imperium Valentiniano oblatū
Valens.
eſt quāquā ſuito. Qui imprimis Valētem ſibi fratrem Imperij ſociū aſciuit.
Hic Procopiū tyramnū qui Cōſtantinopolim inuaſerat interfecit. Saxones

& Burgondiones

& Burgundiones nouam gẽtem tumultuantes ad.lxx. milia traiecto Rhenio in ripa citeriore conſiſtentes compreſſit. Contra Sarmatas qui Pannonias oc-cuparãt: profectus Apoplexia moritur. Cui ualẽs frater ſucceſſit: hic Eudoxi Arriani diſcipulus Orthodoxos omnis perſequutus eſt. Firmum tyramnum qui excitatis mauris omnẽ Aphricam euertebat per Theodoſiũ patrẽ Theo-doſii poſtea principis ſuperauit. Quem ob inuidiam ex rebus bene geſtis iuſ-ſit impius necari. Sed ille prius ſuſcepto baptiſmate: iugulum intrepidus car-nifici præbuit. Gothos finibus egreſſos pollicentes ſe uelle fieri Chriſtianos in citeriore ripa Danubii conſiſtere permiſit. Et ad eos miſſis Arrianis ea labe omnes contaminauit: quam nunquam dimiſerunt. Verum quum uellet tu-multuantes comprimere ab eiſdem ſuperatus atq; in tugurium fugiens una cum domo crematus eſt. Quum imperaſſet annos.xiii. ſuffectus gratianus Valentiani filius una cum Valentiniano fratre minore: qui quũ non ſatis per ætatem ad regendum aptus: tum quia imminebat Gothorum bellum: imita-tus Neruam: Theodoſium filiũ Theodoſii: ut ſuperius diximus: uirum ſtre-nuum ex Hiſpania accerſitum: Imperio pfecit. Eiq; ſororem Placidiam matri-monio collocauit. Sed Flauius Gratiannus paucis poſt annis Maximi tyrãni qui in Britannia ab exercitu Imperator factus erat: dolo interfectus eſt. Valẽ-tinianus puer Conſtantipolim ad Theodoſii tutelam confugir. Theodoſius Hiſpanus ann.xxiii. Gothos uicit: & qua aliud imminebat. Cum his pacẽ cõ-poſuit eorum regem Athalaricum cupidum uidendi nouam Romam hono-rifice ſuſcepit. Inde in ultionem Gratiani conuerſus Maximum tyrãnũ apud Aquileiam bello ſuperatum interfecit. Hanc ob rem Valentinianus iuuenis ad Imperii occidentalis adminiſtrationem reuerſus eſt. Verum & infeliciter in gallia dolo Argobaſtis eius comitis necaẽ. Erat Argobaſtes Gothus gene-re: Gallici præfectus exercitus. Quia aſcito ſibi Eugenio quodam franco ge-nere: nec Chriſtiano: ad Imperium aſpirabat. Et iam ingenti manu alpes occu-parent. Contra hos Theodoſius non ſine diuina ope pugnauit & uicit: præla-to crucis uexillo: etiam aer: puluis: uenti uiſi ſunt pro Chriſtianiſſimo Impe-ratore pugnare. De qua re extant carmina claudiani. Onimiũ dilecte deo cui militat Ether: & coniurati ueniunt Ad claſſica uenti. Cœpit Eugeniũ: & Ar-gobaſtim ad necem compulit. Ornauere illa tempora Hieronymus: Oroſius: Auguſtinus: Ambroſius. Quorum præcibus boni principes haud poterãt pe-rire. Ab Ambroſio etiam Theodoſius reuertens a cæde Theſſalonicenſi: ubi ob ſeditionem motam: multa ciuium milia interfeceraт: ut ſanguinarius a tem-plo Chriſti eiectus religioſiſſime ignominiam tulit. Moritur Mediolani æta-tis anno.l. Imperii.xi. Relictis Arcadio: honorio: ac galla placidia liberis. Sed eius corpus Conſtantinopolim tranſlatũ eſt. Erant tunc filii adoleſcẽtes neq; imperio gubernando adhuc idonei: proinde pater tres amiciſſimos reliquit: ut Imperii curam haberent. Rufinus orientẽ Stilicon occidentem: Gildo Aphri-cam: ſed ut aſſolet cupido regnandi multos mortales fatigatũ omnes rẽ ad ſe trahere cupientes causa fuerunt ut Imperium Romanum inclinari cæperit & urbs a Gothis capta ſit & fœdata. Verũ utriq; in alteros arma uertẽtes oẽs demum mala morte conſumpti ſunt. Duo iam grandiores regnabant quum

Mors ualentiniani

Firmus tirã. Theodoſius

Mors ualentis

Gratiauus

Theodoſii geſta

Valẽtinian[9]

Argobaſtes

Eugenius

Vexilli cru. Vẽti puguãt

Claudia

Hieronimu

Oroſius

Auguſti.

Ambro.

Mors theo.

Rufinus

Stilico

Gildo

Theodoſius iunior

Arcadius Conſtantinopoli moritᷣ cui ſucceſſit filius Theodoſius iunior. Ro
mæ erat Honorius: habuit inde non minorē laborem contra ſuos ꝓditores

Cōſtantius comes

duces quā contra hoſtes Barbaros. Poſtremo per conſtātium comitem uirū

Placidia

ſtrenuum oēs ſuperauit. Cui quia ex omnibus fidum inuenerat: Placidiam ſo

Valentianꝰ iuni.

rorem matrimonio collocauit. Ex qua Valentinianus iunior natus eſt. Hono
rius uero Romæ deceſſit poſtquam imperaſſet annos.xxxii.nulla relicta pro
le. Theodoſius iunior accepto de patrui Honorii morte: & Vādalos Aphricā
& hunnos Pannoniam occupare: multoſq; qui ad occupandū Imperiū aſpi-

Eudochiā

rabant: Valentinianumᷣ. Cui iam Eudochiam filiā matrimonio collocarat: cū

Valentinius ter.

Placidia matre ad occidentis tuendū Imperiū mittit. Ipſe poſtmodū moritur.
At Flauius Valentinianus iunior ac tertius eius nominis: Imperator: inito oc
cidētis Imperio: pacē cū Genſerico uandalorum Rege conſtituit. Cætris ſpa
tiis Aphrica inter utrunq; diuiſa. Quo tempore res cunctæ in prolapſu erant.

Attila
Aeciꝰ patri.
Campi cata lauci

Attilam Hunnorum regem ex Pannonia in res Romanas excidio properan
tē: Aetius patritius egregius in arte militari in campis Catalaunicis nobili cla
de repſſit. Sed poſtmodū Aetius in ſuſpitionem affectati Imperii ueniēs: Va
lentiniani iuſſu interfectus eſt: Cū quo oīs ſpes Romanæ militiæ corruit. Atti
la Aecii morte audita cuius uirtutē reformidabat cum magno exercitu in Ita
liam uenit. Tunc Ciſalpinia Gallia et proximis locis ad maris paludes frequē

Vene. ortus

ter migratum eſt. Vnde ortum habuere Venetiæ. Attilæ ad Minciū ſedenti
adfuit cum duobus conſulibus Romanis Leo Pontifex: cuius aſpectu ſancti
tate uenerando & ſermone placatus: unde uenerat retro abiit. Vbi non diu ſu

Maximus

peruixit: Romæ Valētinianus odio omnibus erat ob mortē Aecij opera Ma
ximi patritii qui ut Eudoxia Imperatrice potiretur interfectus eſt. Is adamata

Eudoxia
Genſericus

potitus Imperatoris nomen ſibi uendicauit. Sed Eudoxia in ultionem mariti
Gēſericum uandalorum Regem promiſſo de ſe matrimonio Romam clā ac

Vrſus

cerſit. Ille nihil ſegnius cum ingenti manu aduolat: tunc Maximus a quodā
Vrſo forti uiro obtruncatur. Creditum Eudoxiam poſſe placari: & rurſus Leo

Rōa capta

Pontifex Gēſerico ex Aphrica ad littus uenienti obuiam exiit: ſed nihil profe-
cit: capta Roma eſt & per.xiiii.dies cunctis rebus ſpoliata: nobilitas fugata: in
Aphricam cum uxore & ꝑda onuſtus redit. Erant Eudoxiæ duæ ex Valenti-

Honorificꝰ
Olibius
Martianus
Leo primus

niano filiæ placidia & Eudocia quarū Rex Gēſericus alteram Honorifico fi
lio locauit: Alterā placidiam Olibio q poſtea Imperator fuit. Geſta ſunt hæc
anno ſalutis.cccclii. Martiano tunc apud Conſtantinopolim regnante: & Leo
ne primo Romæ ſedente. Ciues per hæc: qui in montibus latuerāt urbē uan
dalico furore leuatam repetunt. Senatores in tanta Imperii calamitate: unos
poſt alios Imperatores eligunt: nomine tantū quando pene oēs prouincias

varia electio imp.

amiſerint & arma barbarorum ubiq; ꝑualebāt. Multiplex & uaria Imperato-
rum electio facta eſt: ut breui tempeſtatis curriculo ad occiduum Imperium
nouem unus poſt alium creati ſunt. Auitus: Maioranus: Seuerianus: Anthe-

Natura ueges

mius Richimer: Olymbrius: Glicerius: Nepos Auguſtulus. Viſa eſt natura
perinde ac ueges uino prætioſo exhauſta: nil niſi fæculentum reddere: Gothis
inde Italiam tenentibus: inde Longobardis nihil Romani uigoris uiſum ſup
eſſe. Vacauit in occidente Imperium annos fere.cccxxx.uſq; ad Carolum ma

gnum de quo & eius ſucceſſoribus diximus:ſimiliter in græcia pauci qui uir tutē & annorum uigorem uiſi ſunt retinuiſſe. Nam Martianus qui Conſtan tinopoli in Imperio Theodoſio iuniori ſucceſſit:nihil memoria dignum fecit: Sic eius per ordinē ſucceſſores Leo & Leo ſecūdus. & Zeno:ſaricus & Ana ſtaſius & Iuſtinus genere thrax ex humili ſane loco. Vſq; ad Iuſtinianum Iu ſtini ex ſorore nepotem qui imperauit annos.xxxix. Cui domi & foris gloria ingens uulgata eſt:ob leges in Epitomen redactas. Perſis pacatis: Aphricam a Vandalis:Italiam a Gothis liberauit. Et in Delmatia:urbe Salona per Mū dum ducem recæpta: pro quibus nobile ſophiæ templum Conſtantinopoli extruxit. Habuit Beliſarium in rebus cunctis magnum ducem. Hic Perſas in oriente uicit: Vādalos in Aphrica ducto in triumphum Gliſmere: Gothos in Italia:capto Rege Victige:cum Totila rege multis magnisq; præliis congreſ ſus eſt. Romam deſolatā:mœnibus:& portis inſtaurauit paucis diebus:& cla ues ad Iuſtinianum miſit. Totilam quoq; iterum reuertentem magna ui repu lit. Cæterum quum impar uiribus eſſet:nec fortuna quæ fuerat abinitio reſpō debat:per Antoninam uxorem quā pmiſerat Conſtantinopolim a Iuſtiniano: miſſionem impetrauit. In cuius locū miſus eſt Narſes. Poſtremū ut ſolet ma gnis meritis euenire ingratitudo:Iuſtiniani iuſſu:ſiue odio: ſiue ueteris belli ſuſpitione:effoſſis oculis mendicabat. Quæ res immortalem infamiam Iuſti niano peperit. Succeſſit Iuſtiniano Iuſtinus minor ex filia nepos: auarus & pelegianæ aſſertor hæreſeos:cui Tiberius nam contrarius homo abeo adopta tus:liberalis ſucceſſit. Is Iuſtini longa auaritia theſauros coactos & Narſetis magnū auri pōdus in puteo detectū:paupibus dedit. Inde Mauritius ex hu mili notario comes excubitorū:& ex comite Cæſar:deinde Auguſtus factus: diuo Gregorio aduerſus: tandē ob eius auaritiā A phoca Cēturiōe captus:de inde ſecuri percuſſus eſt. Ipſe Phocas ab exercitu Imperator ſalutatus eſt. Qui & ipſe interfectus eſt ac Heracleus eſt factus Imperator. Hic triūphū pclariſſimum egit ex uictoria quā habuit de Cogroe Rege perſarum:qui tē pore Phocæ dominicam crucē direptis Hieroſolymis abſtulerat. Quo tem pore ſaraceni duce Mahumette caput extulere. Perit hic intercutis morbo an no Imperii.xxxii. Hic fuit filius Heraclonæ qui illud fœliciſſimū a fortuna cō ſequutus eſt:q; ſextam progeniem regnantem habuerit:quod nulli Cæſarum accidit. Succeſſit Heracleo Conſtantinus iunior:ſed hic dolo Nouercæ men ſe quarto ſublatus eſt. Sed Nouerca cum filio Heraclona conſpiratione ſena tus pulſa de hinc cōſtās q Romam ſub ſpetie uidendi expilauit. Ablatis inter cætera Pāthei tegulis Aeneis atq; Naui impoſitis Siciliā abiit:ubi in Balneo a ſuis trucidatur. Quum in principatu uixiſſet ann.xxvii. Cui filius Conſtan tinus quartus ſucceſſit. Hic ſextum ſynodum Conſtātinopoli celebrauit: ubi utraq; cōuenit eccleſia. Eſtq; græcis ſacerdotibus cōceſſum ut uxorē ducant. Hic duos fratres adoleſcētes naribus inciſis dehoneſtauit:ne ad Imperiū aſpi rarent. Huius ēt tempore regina perſarum noīe Cæſarea clam uiro uenit Con ſtantinopolim ut Chriſtiana fieret. Atq; poſtea uirum cum mult's Perſarum milibus idē facere induxit. Huic Iuſtinus quartus filius ſucceſſit ultimus ex ſtirpe Heraclei: Hic a fide aberrans incidit in magnam perturbationē Leontii

Martianus

Leo

zeno

Anaſtaſius

Iuſtinus

Iuſtinianus

Sophiæ templum

Beliſarius

Antonina

Narſes

Ingratitudo

Iuſtinus

Tiberius

Theſauri

phocas

Heracleus

Triū. de cru.

Mahumet⁹

Conſtātinus

Conſtans

Conſtātinus

ſexta ſinod⁹

Nares inciſæ

Cæſarea regina

Vltimus ex heracleis.

patricij & Galinici Patriarchæ coniuratione e regno deiectus eſt. Sed auxilio
Bulgarorũ reſtitutus de inimicis ſuppliciũ ſumpſit. A Cõſtãtino Põtifice ma
Proſtratꝰ humi. ximo ueniam proſtratus humi petiit. Cæterum bello a Philippo quem in pon
tum relegauerat ſuperatus una cum filio Tiberio periit. Regnauerunt poſt
paruo tempore & ſine gloria Tiberius tertius cognomẽto Abſimarus & Phi
Abſimarus Bardanicus lippicus cognomento Bardanicus: qui ob imagines a Pontifice ſacris interdi
ctus & ab Imperio eiectus eſt. Cui ſucceſſit Anaſtaſius ſecundus cognomen
Anaſtaſius to Anthemius: qui Pontificum Romanorum decreta probauit. Ingentẽ claſ
Theodoſius ſem contra ſarracenos inſtruxit. Sed præfecti contra dominum uires uerten
res: Theodoſium ignobilem quẽdam Conſtantinopolitanum Imperatorem
ſalutant: Anthemius ſe religioni addixit. Verum haud diſſimilem finẽ Theo
Leõ terius doſius ſortitus: a Leone prælio uictus uitã in Cænobio monachorũ egit. Leo.
iii. imperauit annos. xxiiii. omnes imagines ſanctorum iuſſit comburi. Stepha
Imagines num Pontificem minime conſencientem capi atq; necari iuſſit. Quæ res fe
Gregorius. 2 priuauit imperio cit ut ſucceſſor Gregorius ſecundus Romæ concilio celebraro ſacris interdi
xit: & Imperio priuauit. Eam ob rem tota Italia ab eo deſciuit. Et iam de altero
Carolus magnus Imperatore in occidente creãdo cogitatum eſt. Quod in Carolum magnum
deuenit ut diximus in regum Gallorum ſerie. Succeſſit Leoni filius Conſtan
Conſtantinus. v. tinus quintus: qui hiſdem moribus uixit. Præmonſtrauit ſignum huius: in ba
btiſmo uentris ſolutione commaculato. qui quum regnaſſet. xxxv. ann. periit
Leo quartꝰ Elephantiæ morbo. Succeſſit patri Leo quartus eadem inſignitus impietate:
Conſtantinus. vi. ſed ann. vi. deceſſit: relicto filio Conſtantino ſexto. Quem ex Irene Athenien
ſe coniuge habuit muliere ſapientiſſima. Sed a filio expulſa deinde ciuium fa
Irene uore reſtituta: ille in carcere perit. Sed Irene expulſa Nicephorus Patritius re
Nicephorus gnauit. Hic pro maximo negocio habuit cum Carolo magno pacem & con
cordiam ſancire. In qua expreſſum eſt: ut Veneti nullius Imperio ſubeſſent:
Stauracius ſed ſuis legibus uterentur. Stauracium filium Imperii conſortem fecit. Cum
Bulgaris in ſuperiori Moeſia congreſſus occubuit. Filius non multo poſt a
Michael Michaele Nicephori genero pellitur. Qui & ipſe Biennio poſt coniurationẽ
Leo armeniacus Leonis Armeniaci captus & in inſula poſitus: ubi monachũ egit. At Leo Ar
meniacus Pardi patritii filius qui exercitui præerat oriẽtis: quod uideretur in
rebus Imperii agendis idoneus: a populo Imperator creatus Cruminum Bul
garorum Regẽ Andrianopoli potitum & in Conſtantinopoli armato exerci
tu uenientem: eruptione facta circa mœnia interfecit. Quæ res aliquandiu
orientis ſtatum pacauit. Verum ipſe prolapſus in omne crudelitatis genus in
terfectus eſt a Michaele Traulo: qui erat e phrygia ſuperiori oriundus. Vir
ingenio prauo & malo: & ingraro periit dyſenteria. Eius filius Theophilus ſi
michael traulus ue ut quidam ſcribunt: Theodoſius ſucceſſit. Hic antea & poſtea ſociis Ve
netis cum ſarracenis multa bella nõ fœliciter geſſit. Poſtremo ex pugna Cro
Theophilus toniate: re male geſta: domum reuerſus ex dolore animi deceſſit. Supreſtite fi
Michael lio Michaele: Bonus tamen eſt habitus Princeps. Michael cum matre Theo
dora multos annos imperauit. Hic legatos miſit Romam ſalutatum Pontifi
Ingẽs calix cem Nicolaum primum: & Apoſtolorum baſilicas: & miſit donatum ingen
tis ponderis aureum calicem. Baſilicum Macedonem uirum ſtrenuum con

ſortem Imperii ſibi fecit. Sed ut eſt impatiens omnis regni ſocietas: ab eo in/terfectus eſt. Sic huic fortuna ut regnaret: undecim annos conceſſit. Sed de/ceſſit morbo: duobus ſuperſtitibus liberis: Leone & Alexandro. Sed Leone quinto: poſt multas cum ſarracenis male res geſtas: decedente Alexander fra/ter ad Imperium relictus eſt. Cui filium ei Conſtãtinum commendauit. Cæ/terum Alexander per omne tempus deſidia inſignis: poſtremo ſanguine e na/ribus erumpente moritur: dimiſſa Imperii ſucceſſione Conſtantino fratris fi/lio. Igitur hic Conſtantinus ſeptimus tenens per plures annos adminiſtratio/nem: aſciuit ſibi Imperii ſocium Romanum Lacapenum: cuius filiam Hele/nam in matrimonium duxerat. Sed orta diſcordia in exilium miſit. Ubi diem obiit. Cuius filius & nepotes conſumpti ſunt. Ipſe quoq; decedẽs reliquit hæ/redem filium Romanum. Cui antea uxorem dederat filiam regis Galliæ. Sed hic omnium ignauiſſimus uino deditus & ocio & crudelitati matre Helena expulſa: ſorores in Cœnobio relegauit: ſed illæ impudicitiæ ſe dederũt. Mater in ærumnis decedens filium diris Imprecationibus execrata eſt. Quo tempo/re Chameda turchus Aſiam uaſtabat. Contra quem miſſus eſt Nicephorus Phocas: at Romanus periit ut multi putant ueneno: Conſtantino & Baſilio filiis ſuperſtitibus paruulis Imperii hæredibus: cum matre Theophania. Quæ quum paraſſet inſidias Nicephoro Phocæ redeunti cum uictoria ex hoſtibus querenti apud populum de periculo mulctata eſt exilio. Mox Ni/cephorus fauore populi Imperator factus eſt. Multa hic bella geſſit cum ſar/racenis: qui uexabant Calabriam: ſed haud unquam potuit habere uicto/riam. Poſtremo in palatio: Ioannis Zimiſces cõiuratione interfectus eſt. Ioã/nes Zimiſces regnauit una cũ Baſilio & Conſtantino pueris Romani ut di/xi filiis: quorũ ſororẽ in matrimoniũ duxerat. Hic cũ barbaris diuerſa bella geſſit. Unũ glorioſiſſimũ contra Roxolanos: qui omnem fere Bulgariã occu/pauerant. Itaq; eorũ ducem Sphendoſlaum qui etiam turchos ſecum habe/bat: interfecit cum toto exercitu. Trophea in templum Conſtantinopolim re/tulit. Et in nummis ſeruatoris imaginẽ percuſſit: hac inſcriptione Ieſus Chri/ſtus Rex regum. Cæterum poſt Ioannem Baſilius & Conſtantinus regnarũt pene annos. liii. fuerunt tempore Othonis ſecundi: quem bello in Apulia ſu/perarunt: atq; turpiter fugere coegerunt. Baſilius qui rem ſolus annos. l. rexe/rat Bardam unum ex ſuis ducibus rebellantem: ac in poteſtatem redactum exoculauit. Bulgaros quottidie tumultuantes uariis cladibus affecit. xv. mili/bus ex eis captis oculos effodit: uno incolumi tantum relicto: qui eos perdu/ceret ad Samuelem eorum ducem: qui fœdo ſpectaculo commotus ex animi dolore periit. Conſtantinus poſt mortem Baſilii tres annos rexit: ignauiæ de/ditus nihil operoſius egit. Vitam ſine gloria reliquit ſuperſtitibus tribus filia/bus: Eudochia: Theodora: & Zoæ. Quam Romano Argyropolo locauit. Qui illi ſucceſſit: Sed quinq; poſt annos Michaelis paphlagonis dolo inter/fectus eſt. Et Michael Zoem ſibi in uxorem accepit. Sed hic moribus lenis & probus habitus nihil præter hoc parricidium: fecit quod crimini detur: poſt ſeptem annos moritur. Et Michael Calaphates conſanguineus Imperiũ accepit hac conditione ut Zoen præferret in omnibus: quod minime obſer/

Leo
Alexan/

Conſtãtinus vii.
Roma. laca penus

Romanus

Chameda turchus

Nicephorus

Io. zimiſces

Victoria

Baſilius
Conſtãtinus

Barda
Exoculat

Conſtãtinus
Eudochia
Theodora
zoe
Argiropolus
Mic. paphla gon
Mich. cala phates

uans a populo captus atq; exoculatus in exilium mittitur. Et Zoe in admi-
niſtrationem reſtituitur:aſcita ſibi Theodora ſorore. Datus eſt Zoe tertio cō
Conſtātinus iūx nobiliſ pro ſapia Conſtantinus monachus uir alioquin liberalis: clemens:
templa & cœnobia inſtituit pro pauperibus. Demū ambo eodem fere tēpore
interiere. Poſt hos Theodora ſoror imperauit ann. duos cōſentiente ſenatu.
Theodora Michael Sed poſt eius mortem Michael ſuffectus:ſed inutilis uiſus a ſenatu deiectus
Iacius eſt:& Iacius Comnenus Imperator creatus eſt. Qui & bello fortior & mēte
religioſior: & corpore caſtior fuit Paulo añ obitū monachi habitū ſuſpſit, Cui
Conſtātinus ducas Cōſtātinus cognomēto ducas ſuffectus ē Andronici ducas filius. Hic ex Eu
docia uxore tris mares accepit: Michaelē: Andronicū:& Cōſtātinū. Femīas
totidē: Annā: Theodorā:& Zoen. Moriēſq; uxor Eudocia cū filiis paruis Im
perium rexit. Verum quū turci multis in locis Imperiū infeſtarent: Senatores
Romanus Eudociæ maritū dedere uirū ſtrenuū noīe Romanū Diogenis filiū. Hic ui
ctoria contra turcas potitus:& pupillis uiſus eſt iniuriā facere a ſenatu capit':
& oculis priuatus in exilio deceſſit in inſula Co. ubi ab Eudoxia tumulatus
Mich. parapina. eſt. Cui Michael parapinaceus Conſtantini ducas filius ſubrogatus eſt. Sed
Nice. botonia. Michael podagra inutilis deiectus eſt. Et Nicephorus Botonitates Impera-
tor electus. Qui a Nicephoro Phoca originē ducebat. Sed Michael ad Pon
tificem Romanum Gregoriū. vii. confugit cuius adhortatione: Rogerius Si
ciliæ rex claſſe parata domū reducere cupiēs: a Dominico Syluio duce Vene
tiarum qui Nicephoro fauebat repellitur. Sed interim Nicephorus a duce
copiarum ab Alexio comneno deceptus capitur: atq; coactus eſt monachum
Alexius agere. Habuit Alexius continuo fortunā ſecundā. Fuit Iſacii Comneni Im-
peratoris filius. Habuit uictoriā contra Robertum claſſe Dalmatiæ fines ua
Victoriæ alexii ſtrem. Zacham turchum qui circa Cyprum multa occuparat loca fugauit.
Tartaros perdomuit. Hieroſolymitanam expeditionem & ſi ab initio impe-
diuerit: tamen cum Boemundo Guiſguardi filio compoſuit. Domum pro
Muſæum pauperibus: pro orphanis extruxit: Muſæumq; pro lrarum ſtudioſis. Omni
no uir laudatiſſimus periit morbo quum regnaſſet annos. xxxix. Caloiannes
eius filius rem ſuſcepit. Tenuitq; annos. xxiiii. tempore Lotharii Imperatoris
Caloiannes Germani ad quem legatos miſerat congratulatum. Habuit præclaras uicto-
rias in oriente. Poſtremum quū eſſet in uenatione: ſagita uenenata q̄ in aprū
Mors Caloiani Manuel neſcio quis direxerat: Paulum Tactus nullis p̄ualētibus remediis periit. Suc
ceſſit Manuel eius filius ut nōnulli putāt: quidā exiſtimarunt fuiſſe ignobilē:
ſed ab uxore Alexii contra uoluntatem ſenatus in coniugem acceptū. Vir
tū fuit audax:& facinoroſus. Conradum Imperatorem illac tranſeuntē in ex
peditionē Hieroſolymitanam ſimulans ſe daturū pro itinere comeatū: Gy-
Gipſum pro fari. pſum farinæ admixtum dedit. In Venetos Stephanum Pannoniæ regem ex-
citauit. Eorumq; legatū Henricum dandolū liberius locutū contra ius gen-
Henricus dādo tium luminibus orbauit. Alexandro. iii. Pontifici premiſit expugnaturū Fe-
derici ænobarbi exercitū: ſi utriuſq; Imperii inſigniret priuilegiis. Sed Ponti-
fex conditionem renuit. Alexium filium cui Philippi Gallorū regis filiam de-
Alexius Andronicus ſponderat in Andronici Comnei tutelam moriens reliquit. Sed hic mala re-
gnādi cupidine uexatus puerū ſubſtulit. Populus & ſenatus pueri innocētis

pietate cõmotus Imperio expulit. Atq; Iſaciũ Angelũ: e gente itẽ cõnea: qui Angeli cognominabant̃: Imperatorẽ ſalutant. Hic Andronicũ in poteſtatem redactũ minutatim excarnificauit. Fuit Iſacius latinorũ amiciſſimus: & pietate ea eſt in ſuũ Alexiũ fratrẽ uſus: ut captum a turcis magno ꝑtio redimeret: a quo poſtea ut igratiſſimo p dolũ captus atq; luminibus priuatus in cuſtodiã cõiectus eſt. Quo tpe Federicus ænobarbus iꝑabat i occidẽte. Alexio igit̃ per parricidiũ Imperiũ adepto. Alexius alter Iſacii fratris filius ætate puer duodecim annorũ: ſed igenio ſenex ad caſtra Chriſtianorũ principũ: q tũc aduerſus ſarracenos dimicabãt cõfugiẽs: cõtra ſui pr̃is ꝓditorẽ: auxiliũ iꝑtrauit: ea cõditione: ut Imperator Cõſtãtinopolitanus Romano ſubiiceret̃ Pontifici. Præterea illatas frãcis Venetiſq; quõdã a Manuele iniurias ſi cærto prætio redimeret. Igit̃ Cõſtãtinopoli p obſidionẽ expugnata Alexius Tyrãnus fugat̃. Iſacius frater ut erat amiſſis oculis: cũ filio reſtituit̃. Puer uero poſt obitũ pr̃is a quodã murzyphlo eius tutore ꝑdit̃. Sed hic ſceleratus Imperio occupato: Paulo poſt ab eiſdẽ auxiliãtibus Gallis fugat̃ & ipſe. Atq; hoc mõ res Imperii deinde ad Gallos trãſlata eſt. Quorũ primus Balduinus Flãdrẽſis comes natiõe Gallus Imperator creat̃: ſucceſſoreſq; habuit itẽ ex latinis: annos ꝑpe. lx. hic Bõifaciũ Mõferratẽſem regẽ Theſſaliæ fecit. Hortaturq; uti cretã ei dono quondã ab Iſacio datã: Venetis uendat. Paulũ Maurocenũ patritiũ Venetũ Patriarchã Cõſtãtinopolitanũ creatũ: Romano tũc primũ ſubiecit Põtifici. Quo tpe Balduinus morit̃: & Græci Theodorũ Laſcarẽ Imperatorem Andrianopoli creãt. Sed Balduino Petrus Antiſiodorẽſis cões Gallicus ſufficit̃. Sed is a Theodoro in Theſſalia ſimulata pace comiter imitatus in cõuiuio obtrũcat̃. Sed a nr̃is Robertus itẽ antiſiodorẽſis eius filius ſucceſſit: mox eius filius Balduinus admodũ puer: cui nõdũ ꝑ ætatẽ idoneo dedere Ioannẽ Brennũ regẽ Hieroſolymitanũ ſocerũ coadiutorẽ: qui Imperio titulo tenus geſſit. Idq; Ioãne extincto ipſe ſolus geſſit pariterq; amiſit. Quibus unis poſt aliis rebus male geſtis: rurſus græci Impiũ recuperarũt. Et Michael Paleologus Imperator ſalutatus eſt. Anno a prio Balduino circiter ſexageſimo. Salutis uero. M.cclx. Secuta eſt ĩde nõ melior hoꝝ ſeries ex duabus familiis Laſcaroꝝ & Palealogoꝝ: Theodorus laſcaris & Ioãnes Bataza: q apud zacynthũ Imperii titulũ extra patriã ann. xxxiii. tenuit. Huic filius Theodorus laſcaris noĩe aui mr̃ni refcrẽs: quẽ Ioãnes moriẽs Michaeli Paleologo cõmẽdauit. Sed hic expulſis latinis pupilloq; luminibus orbato & in carcerẽ cõiecto Imperiũ p nefas ſibi uẽdicauit. q; poſteris uſq; ad ultimũ Cõſtãtinũ & octauũ: p manus tradidit an. M.cccclii. qui ultimus imperauit & in ea Cõſtãtinopolis clade interfectus & Mahumetus turchorum Imperator urbe & Imperio potitus eſt. Res nobis memoranda non fine lachrymis. Ecce Inclyte Princeps: habes uelut typũ añ oculos oĩum hoꝝ principũ breuiter annotatas uitas. Quas ꝑfecto quũ lego: Thragedias ſane uideor ſpectare. Tãta utriq; iam alteros crudelitate uſi cã regnãdi: tãto urbiũ excidio: quid iſti putabant̃ niſi q auerſi a Dei maieſtate: nihil ꝑter ſe ipſos oculis gerebãt: heu ꝑnæ in terras aiæ qd aliud in aĩo uoluebãt: q ſcelus: rapinas: cædẽ: ſtrãgulatus: uenena: inſidias: ſtupra: ut nõ mirũ eſt ſi ira Dei Imperiũ illud in manus turchoꝝ deuoluerit.

Iſacius angelus
Alexius. Ingratitudo
Federicus ænob.
Alexi9 puer
Murziphus
Galli Imperium
Balduinus. Rex theſſa.
Theo. laſca. Petr9 antiſi. Robertus antiſi.
Jo. brennus
Micha. paleolo.
Octauus conſta.
F.SF.
Græcia uãl. Oẽs ptãs.

Crudeles principes & ſcelerati nõ humanitatẽ:nõ in rebus clementiã:nõ pie-
tatẽ:nõ fidẽ Chriſti tenebãt:ſed fidẽ fucatã:ut tot hæreſes: tot deprauata ſing
Græcia uãi. menta:nõ aliũ de huc affluxere q̃ ex uaniſſima græcia putarim. Hos hac rõne
Omnis ptás poſui uelut delinians:ut cognoſcãt oẽs:ꝙ oĩs poteſtas eſt ab ĩmortali deo. Re
cte tu Princeps mi clemẽtiſſime facis: qui oĩa ad diuinã ꝓuidentiã refers. Oĩa
F.SF. ad ſũmũ regẽ. Hinc eſt ꝙ tã aſſiduũ te ſpectamus ĩ quottidianis ꝑcibus: in ſa
cris peragẽdis:in eccleſiis xp̃i ornãdis:in cõſeruãda iuſtitia: in ꝓcurada pace:
cur ita? Quia prudẽtiſſimus es:& mira in tuo ingenio ſapientia lucet: Iccirco
paucos cognoſcimus:q hæc tuæ aĩæ ornamẽta retineãt. Nã ſi uẽtilauerimus
& alios principes:pauci ad æq̃litatẽ tuarũ uirtutũ accedent. Amiſſo in græcia
Sic germa. Imperio:ex Gallia ſublato. Et ĩ Germania poſito:hæc fuit Dei opera. Idem ex
Germanorũ manibus auferet:niſi catholice niſi iuſte:niſi pie regant:niſi hære-
ſim Lutherianam extirpent. Sic accidit græcis ob ĩſanas opiniones cõtra Ro-
Leo quar. p. manã eccleſiam. Nam Leo quartus Romanus Pontifex Carolũ magnũ ob
nobiles aĩ uirtutes & merita erga apoſtolicã ſedẽ Imperatorẽ creauit. Atq; is
Qui in gallia honos in ea familia mãſit annis ꝓpe centũ. Vt diximus. Ii enim fuere qui re-
gnauere in Gallia Carolus magnus:Ludouicus pius:Lotarius:Ludouicus ſe
cundus:Carolus Caluus:Ludouicus Balbus:Carolus Craſſus: Arnulphus.
Arnulpho defuncto:diuiſio Imperii in occidẽte facta eſt. Nã Itali regẽ crea-
runt quẽ Imperatorẽ appellabãt. Galli uero & Germani alterũ uolebãt. Nã
Berengarius poſt Arnulphũ:creauere Ludouicũ eius filiũ:& Itali creauere Berẽgariũ q̃n
dã ducẽ Foroiulienſem gñe Lõgobardũ. Itali ueterẽ gloriã amittere nolebãt.
Ludo. lumi. Galli & Germani retinere uolebãt. Quæ diſcordia durauit uſq; ad Othonẽ
Conradus primũ:ꝙ ſpatiũ fuit pene annorũ. ly. Ludouicus cũ Berẽgario apud Veronã
cõflixit: uictus & captus ac luminibus priuatus eſt. Cui Conradus Auſtriæ
dux ſurrogatus eſt:qui & ipſe defunctus:habuit ſucceſſorẽ Henricũ Otho
nis Saxoniæ ducis filiũ:ipſe Berengarius dũ ea uictoria elatus ab Italis ma-
gnificatus a Pannoniis in Italiã ruentibus magna ſtrage ſuperat᷑. Sed eos ma
Guido gna pecuniæ ſumma exhibita ex italia diſcedere coegit. Et qa Guido dux ſpo
letanus genere & ipſe Longobardus a pleriſq; italorũ Rex appellabat᷑: cõmiſ
Berẽgarius. ſo prælio: uirtute armorum Berengarii interfectus eſt. Ipſe quoq; Berenga-
rius non diu poſt ſuperuixit:cui alter Berengarius ſucceſſit. Sed hic a Rodul
pho Burgundo Rege pulſus eſt ab Italia & ad Pannonios ſeſe recæpit. Ve-
Vgo rum ægre ferebant Itali peregrinum Rodulphum in Italia regnare: Vgo nem
ducẽ arelatenſem in ultionẽ expulſi Berẽgarii euocauere. Venit hic & Ro-
Lotarius dulphũ ex Italia expulit:& Italiã p decenniũ tenuit: Relicto filio Lotario re-
gni ſucceſſore. Qui ſe cõtra Othonẽ Hẽrici filiũ ꝑparabat. Sed Lotario pau
Adalinda Berenga. iii. lo poſt defuncto relicta Adalinda cõiuge: Berengarius ternus primi ex filiane
Adalbertus pos una cũ filio Adlaberto Hẽricũ Bauariæ ducẽ ex Italia pepulit. Adalindã
lotarii quõdã uxorẽ ei reſiſtẽtẽ trãſpadũ captã cuſtodiæ mãdauit. Et qa mul
Agabit᷒ põ. ta tyrãnice agebat:q̃ Põtifex agabitus & Rõani ferre nõ poterãt:othonẽ Hẽri
Otho ci ſaxõis filiũ:trãſalpinorũ regẽ cũ magno exercitu euocauer. Qui bis uictor
utrũq; Berẽ. p̃rem & filiũ ĩ ptãtẽ redegit:redactos: alterũ Cõſtãtinop. miſit:al
terũ ĩ germ.ĩ. ſecũ duxit:prius deiecto e põtificatu Io.& ſuffecto leo. A quo po

ſtea Diadēate dictus eſt. Deceſſit Viēnæ relicto Othōe ſcdo: Quē ex adalida ſuſcepit Cōiuge olim Lotarij Regis: q̄ carcere liberauerat: ac mr̄imonio ſibi iūxerat. Hic tūc adoleſcēs a Ioā. xiij. Rōæ coronatus: Nicephorū Cōſtātino politanū ipe. expulſum reſtituit: eius ſorore Theophāia i mr̄mōiū ducta: hic ſorte apyratis ꝑ ignoto captus: atq; i ſiciliā aductus: ubi cognitus a ſiculis & redēptus: p maxīo negocio habuit ſe ulciſci de bn̄uentāis: q in bello cōtra baſiliū & Cōſtātinū Imp. deſeruerāt. Quā obrē urbē icēdit: corpus ide diui bartholōei apoſtoli aſportatū in iſula Rōæ in eius tēplo collocauit. Vbi & ipſe Paulo poſt obijt: quū iperaſſet an. xvij. ſepultus iatrio Baſilicæ Petri i tumulo ex porphyrite lapide igrediētibus alæua. Otho tertius ſecūdi filius poſt ān. duodecim Romā ꝑfectus a Gregorio. V. Coronā Impij accœpit. Inde i apuliā ad diui Michaelis ædē uoti cā acceſſit. & reuertēs: eodē bn̄uēto corpus. s. Paulini Romā uexit: ac in eadē Bartholōei baſilica locauit. Vbi cōperit Romæ oīa eē turbata a Ioāne Pſeudo pōtifice & Creſcētino cōſule: Gregoriū captū liberauit. Pro qbus meritis ipſe Pōtifex ſtatuit ut deiceps germani eligāt Impatorē. Electi ſunt pſules: Magūtinus: Treuerēſis: & colūniēſis: atq; poſt hos Marchio Brādeburgēſis: Comes palatinus: & dux Saxoniæ: qbus cōponēdæ diſcordiæ cā additus Boemiæ Rex. Sed Otho deceſſit Romæ nō ſine ueneni ſuſpitiōe. relatus tn̄ loculo in germaiā. āno Impij. xix. Tūc germāi nō ex hæreditate pr̄ia: eligūt primū Hēricū bauariæ ducē. q poſt an. xij. a bn̄dicto octauo diadēa ſuſcepit. Cōtra ſarracenos pugnauit: eoſq; capua expulit. ac pubaganū Grecoꝝ ducē: Qui eis bello fauebat: adeo bello inſectatus eſt: ut eū Troia eiecerit: Quā ille in apulia cōdiderat. ubi Hanibalis Caſtra fuerāt. Hic ipauit ānos octo. Tēplū bābergēſe maius excitauit. Cū uxore ſinegūda ppetuo abſtinēdo uixit. Vt nō mirū ſi ambo poſt mortē miraculis ſctitatē cōprobarunt. Subſecutus eſt Conradus natiōe ſueuus. Hic quū cōperiſſet multas Ciuitates in Italia Ciſalpina rebellaſſe: cōfeſtim ꝑperās uēit Mediolanū obſidet: hēbat in aīo oīa ferro uaſtare: Sed abſtitit: admōitus a pſule Coloniēſi: qui diuū Ambroſiū in ſomnijs ſe uidiſſe pdicabat. Accœpit diadēa Romæ a Ioāne Pōtifice. xix. Subſecutus eſt Henricus ſcdus Conradi ſupradicti filius. Fuit hic uir ꝓbus & bellicoſus. Sed q̄to hic ꝓbior tāto eius filius Henricus tertius iprobior. Qui magnope infenſus Pōtificibus: uū ab eis hoſtis ecclīe appellatus & ſacris iterdictus extitit. Ob q̄ cām cū magnis copiis ꝓfectus Romā eſt: & Baſilicas Petri & pauli euertit. Agnetē mr̄em fœminā lōge prudētē eius faciota mīnie ꝓbātē ab adminiſtratiōe rēouit. Illa relictis oibus Romā ſeceſſit. Ibi p aliquot ānos pie uiuēdo morit᷑. Viſitur hodie eius ſepulchrum in æde diui Petri in ſacello diuæ Petronillæ cū elogio uitæ. Henricus expeditionem Hieroſolymitanam impedire conatus eſt. Tandē cū filio in diſcordiam uenit. A quo Leodij obſeſſus in ea animi pturbatiōe perit. Sed eius filius Henricus quartus nō melior pr̄eſuit. Veniens Romā multa hūilitate Imprimis Pōtificē & pr̄es capit: atq; in mōtē Soracte pductos uſq; eo tenuit: quoad oīa petita cōceſſit. Sed hic in germania ſine liberis morit᷑. Sepultus in ciuitate ſpirēſi. Et Lotarius dux ſaxōiæ imparor creatus rē Romæ tumultuātem compreſſit: Rogeriū Apuliā iniuſte poſſidentē Italia expulit. Suffectus

Otho. ii.
Otho capt⁹
Beneuētani
Otho. iii.
Grego. donum.
Electores impe.
Henricus.
pubaganus Troia
Conradus
Ambro.
Henricus. ii.
Henric⁹. iii.
Agnes mater henr.
Hēricus. iiii.
Lotarius.

Cõradus ſecundus

huic Conradus ſecũdus genere ſueuus Bauariæ dux Hẽrici quarti nepos. Imperauit an.xv. Hic cũ Ludouico Gallorũ ac Gicardo Anglorũ regibus expeditionẽ Hieroſolymitanã fruſtra ſumpſit: quũ oẽs re ĩfecta rediernnt: morit̃ añq̃ Diadema ſuſciperet.

Fed ricus pri.

Succeſſit huic Federicus cognomento ænobarbus gñe ſueuus in italiã ueniẽs: Mediolanũ: Dertonẽ: Cremonã pluraq; alia loca q̃ ab eo deſciuiſſent diruit. Inſignit̃ Diademate Ab adriano quarto. Poſt aliquot annos in italiã cõtra Alexandrũ Põtificẽ uenit: ſed Alexander Venetias aufugit: Vbi Venetorꝝ auxilio & quorũdã pricipũ: Alexander uicit. Federicus uenia a Põtifice petita in expeditionẽ Hieroſolymitanã ꝓfectus in amnis trãſitu merſus perit. Anno Imperii.xxxvii.

Henri. quintus

Henricus quintus Federico pr̃i ſucceſſit. Quo tpe. Erat mortuus Guillermus Siciliæ rex ſine hærede: & Tancredus eius nothus filius iã occupauerat. Clemẽs tertius hoc nõ paſſus: Hẽrico cõceſſit: uti cõſtãtiã Rogeri filiã uirginẽ & iã Deo dicatã iã grandeuã in matrimoniũ cũ dote regni duceret.

Tancredus
Constantia

Hic ualido exercitu munitus regno illũ expulit: Neapolim capit. Eius duas filias uirgines occidit. Verum nec ipſe lõgo tpe his lætus Meſſanæ ægrotans morit̃.

Federi ſecundus

Reliquit filium Federicũ quẽ ex cõſtantia habuit ſub tutela Philippi fratris: quẽ Germani Imperatorẽ legerunt. Sed innocẽtius tertius Othonẽ ſaxoniæ ducẽ ei ꝓtulit q̃ res fecit ut ad arma deuentũ ſit.

Otho quartus
Philippus

Otho Ioãnis Anglorũ auxilio fretus: Philippus Galli copiis inſtructus cõflixere. Sed Philippus uicit. Qui poſt annũ nonũ q̃ cæpiſſet imperare a comite palatino interficit̃. Sic Otho quartus Saxomiæ dux de ſnia Germanorꝝ Imperator ſalutatus eſt. Et ab innocẽtio tertio Diadema ſumpſit. Verꝝ quũ cõperiſſet eccleſiaſticas ciuitates eum uelle occupare & Federicũ puerꝝ e regno deiicere Põtifex mutatus ſacris iterdixit: De iperio p ſniam deiicit. Et Federicum puerꝝ cõſtãtiæ filium imperio ſuffecit. Ille e Sicilia abiẽs in Germaniã a rege Gallorꝝ fugatus domũ in Saxoniã ſe recepit.

Mors othonis quartus

Ibi Paulo poſt obiit. quũ imperaſſet annos q̃ttuor. Et Federicus ſecundus Henrici quinti filius iuſſu Põtificis apud Aquiſgranũ Diademate ĩſignitus eſt. Sed hic poſtq̃ mortua eſt mater cõſtãtia q̃ filiũ in afficio cõtinebat: uelut ruptis habenis oĩ potẽtia q̃ potuit Põtifices uexauit. Honorium.iii. Gregoriũ.ix. innocẽtiũ.iiii.

priuatus ip.

a qbus ſacris iterdictus: Et imperio per ſnias deiectus eſt.

Dua' factiones
Guelph
Gibel

Tunc italia in duas abiit partes Gelphas & Gibellinas. Quæ factiones: tunc primum in ætruria initium cæpere: a duobus Theutonicis ducibus quorꝝ unus Guelph: aliter Gibel appellabat̃. Ii qui Põtificibus fauebãt guelphi dicebant̃. Qui uero imperatoris ſequebant̃ partes Gibellini appellati ſunt.

Demo. commentum

Sed ꝓfecto demonis aſtutia cõmentũ reptum: ut hoium mẽtes magis inſanire cogãt. Ipſe ſuos Gibellinos ubiq; fouebat: alteros acerrime inſectabat̃. Contra Pontifices alteros diris execrationibus inurebant. Sic perpetua exhorta peſtis eſt. Iccirco plurimum Piſanis fauit: auxilioq; affuit: ad bella contra Genuenſes.

Cardinales depræſſi

Quo tempore Piſani iuſſu Federici: nonnullos cardinales a Gregorio ad concilium Lateranenſe uocatos mari deuectos apud maloram inſulam Piſani portus depreſſerunt. Ipſe Federicus Parmam fruſtra multos annos obſedit. Vbi loco caſtrorũ.

Victoria

Victoriã condidit: & nũmos uictorinos percuſſit. Sed tandẽ ꝓlio inde pulſus Panormũ ſe recepit. Habuit Manfredũ filiũ ex concubina. Vxo

rem uero legitimã duxit filiam Ioannis Brenni regis olim Hieroſolymitani
Brennus
ex qua perpetuus ei & ſuis poſteris illius regni remanſit titulus: ex qua filiũ
Conradum ſuſcepit. Ex conſtantia aũt altera uxore Aragonum regis filia ha
Conradus
buit Henricũ. Q uẽ antea quũ patri inſidias ſtruxiſſet: cuſtodiæ iuſſit tradi.
Henricus
Moriens Conradũ Imperii hæredẽ dimiſit. At Siciliæ regẽ Manfredũ eẽ uo
luit. Imperauit annos. xxxii. Poſt mortẽ Federici tanta inter Germanos in eli
gendo Imperatore orta eſt diſcordia: ut per. xviii. annos: nullus legitime regna
uerit. Conradus tñ Federici filius multum & ipſe Italiã uexauit. Neapolim
Diſcordia
capuãq; expugnauit: ac diripuit. Aquinũ incendit. Poſtremum a Manfredo
fratre potionatus deceſſit: relicto Conradino filio: qui poſt Manfredũ interfe
Cõradinus
ctum: contra Guelphos in Italiã eſt accitus: ac cũ maximo exercitu Romã
ingreſſus habuit obuiũ Henricũ regis Caſtellæ fratrẽ urbis tunc ſenatorẽ.
Cum oĩ nobilitate exceptus pro dignitate Imperatoria. Q ui Paulo poſt Ro
Caro. rex ſic
mæ relicto Guidone Feretrano: ad bellũ contra Carolũ regẽ *Siciliæ* pfectus
conradini
eſt. Sed apud Beneuentũ ſuperatus in Auſtriã aufugit ignotus: ubi poſtea in
mors
terfectus eſt. Huic ſuffectus eſt Rodulphus ex comitibus Alburgenſibus:
Rodulphus imp.
Imperator electus eſt A germanis in cõcilio Lugduni a Gregorio. x. celebrato:
Sub hoc Imperatore Luca & Florẽtia in libertatẽ ſe erexere. Vicarius eius. n.
Florẽ. liber tas
qui in ætruria erat apud miniatẽ oppidũ Piſas rebelles & imperatã pecuniã
dare recuſantes: ui expugnauit. Lucenſes. xii. milibus aureorũ numũ: & Flo
retini ſex milibus ſe redimere. Imperauit hic an. fere. xix. Succeſſit Ataulphus
Ataulphus
quẽ poſt annos. vi. q̃ imperare cœperat: Albertus Rhodulphi Cæſaris filius
. imp.
Auſtriæ dux in agro ſpirenſi: plio uictũ interfecit: Q uẽ Bonifacius. viii. Dia
Albertus au ſtriæ
demate prius ſæpe negato non ſolũ redimiuit: ſed Philippo Francorũ regno
per ſniam deiecto ſuccedere iuſſit. interficitur tandẽ a Ioanne fratris filio in
Rheni trãſitu: Q uũ imperaſſet annos. x. Subſecutus eſt Renricus. vi. Luce
Henri. vi.
burgenſis: Romæ iuſſu clemẽtis Pontificis abſentis: a tribus Cardinalibus
Diadema ſuſcepit: ubi oĩs Romana nobilitas interfuit: pter Vrſinos: qui locis
munitis armatos ſe cõtinebãt: ad quos multi ciues cõfluebant: ne iperatã pe
cuniã ſoluerẽt. Res nõ ſine cæde trãſiuiſſet: niſi confeſtim adfuiſſet cũ exer
citu Ioãnes frater Roberti regis. Sed re cõpoſita Imperator in ætruriã con
tra Florẽtinos uenit. Ad quos ſcripſerat: ſe cũ magno exercitu in Italiã peruẽ
turũ: pinde parẽt hoſpicia intra urbẽ: & Aretinos obſidione ſoluãt: qui quũ
minime obtẽperarẽt multis incõmodis & obſidiõe ab eo affecti ſunt. Q uo
tpe Dãtes poeta cũ aliis Gibellinis extra Florẽtinã rẽp. eiectus eſt: Sed Impe
Dãtes poeta
rator oĩa infeliciter egit. Apud Bonconuẽtũ morbo interiit. Et ut multi putãt
ueneno opa Roberti regis Neapolitani. Q uẽ ipſe q, Romanos & Vrſinos
Mors henri ci. vi.
iuuerit tanq̃ maieſtatis reũ: regno p ſniam priuauit. Succeſſit Ludouicus co
Ludo. baua imp.
gnomẽto Bauarius q, ex Bauariæ ducibus eẽt. In Italiã bis uenit ſe Impera
ratorẽ appellabat: ſine Pontificis cõſenſu. Coronã ferreã Mediolani accepit
a Guidone Petramala pſule aretino: deinde Romæ aureã a Stephano Co
lum na: apud lateranum clero & populo Romano conſentiente. Q ua re a
Ioanne. xxii. Et a benedicto. xii. & Clemente ſexto Pontificibus interdi
ctus eſt ſacris: Et ſic in omnibus locis Imperio ſubiectis poſiti ſunt Vicarii
Vicarii apo.

Vicarii ipe.

Vicarii apoſtolici tanquam uacãte imperio. At ille contra in locis pontificali bus ſuo nomine uicarios poſuit. Vt Ioannẽ Vicourbanũ præfecit Viterbio Galeottum Malateſtam & fratres Arimino: Piſauro: Phano. Antonium Fe e tranum Vrbino: Nelphum: & Galaſſium fratres Gallio: Gentilem Varaneũ Camerino. Vnde maiori ſtudio creuere per totam Italiam factiones. Interea Lodouicus Imperator quum iam annos imperaſſet. xxxii. ſi uere illud impe rare fuerit: qui toties a Pontifice Imperio priuaretur: ipſe ut memoriæ prodi tum eſt: interuenandum ab Irata femina quæ Auſtriæ dux erat: ueneno ſubla tus eſt. Carolus quartus Lucemburgenſis Io. Boemiæ Regis filius uir litte ris & uariis linguis ornatus Imperator electus. Et Mediolani de more & Ro mæ coronas accœpit. Adoleſcens ſub patre multa præclara geſſit. Inde pontẽ pragæ magno ſumptu reſtituit: Scholam liberaliũ artium erexit. Vrbem Me tropolim cum præſule fecit. Rem parum dignam laude cum egiſſe multi di cunt: quum neſciuerit uti fortuna Nicolai Rencii. In quo tantum per id tem pus fortuna luſerit: ut neſcio an maius unquam ædiderit ſpectaculum. Erat hic Nicolaus in capitolio ſcriba: neſcio quo excitus ſpiritu: arreptis armis: Po pulum ad libertatem euocauit. Tantus illi ciuiũ fauor conciliatus eſt: ut oĩa quæ ad Romanam rem pertinebant: ſpe libertatis: ſuo arbitrio regebat. Ipſe in omnibus hoc titulo uti uoluit. Nicolaus Seuerus & clemens: libertatis: pa cis: iuſtitiæ: tribunus ac ſacræ Romanæ reip. liberator illuſtris. Hac præfatio ne per totum orbem in ſe tantam contraxit admirationem: tantam ſpem rena ſcentis gloriæ Romanis peperit: ut non reges: non principes: fuerint alicubi: qui non petierint ab eo per legatos amicitiam. Cæterum parum uiſus eſt ſibi conſtare: initium fucatis auſpiciis factum: illico corruit. Dum ille alteram po puli factionem ſectaretur: ex libertatis aſſertore in tyramni nomen incidit. Q uam ob rem ſeptimo poſt menſe ſuæ tribunitiæ poteſtatis: dum omnes in hanc expectationem erecti eſſent: ipſe ſponte ignoto habitu: furtim urbe egreſ ſus longis itineribus ad Carolum Imperatorem acceſſit fœderis ſocietatẽ pe titurus. Carolus ut Pontifici Clementi rem gratam faceret: hoſpitalitatis iure poſt habito: tribunum uinctum illi dono miſit. Cæterum ante Pontificẽ Aui nione ubi tunc erat conſtitutus: nihilo de fortitudine animi remiſit: ſe nõ aliũ eſſe quam Romanæ libertatis aſſertorem: palam dictitans. Cum hac tamen conſtantia in carcerẽ detruſus eſt. Sed hæc ſunt fortunæ ludibria. Dum nos plus æquo admiramur: mors tacito ſerpit. Ipſe Imperator quum iam. xxxi. im peraſſet ann. Fatalem ſubit neceſſitatem. Relicto filio Venceſlao imperii hæ rede. Fuit hic longe abſimilis patri Carolo. Captus quondam a Procopio Marchione Morauiæ: deinde a fratre Sigiſmundo: e cuſtodia fugit. Tandem ob ſecordiam ingenii: & animi quandam deſidiam: homo neq; idoneus: neq; utilis imperio: ab electoribus priuatus eſt. Atq; in eius locum Robertus Ba uariæ dux, & comes palatinus ſuffectus eſt. Vir ab oĩbus amabatur: & iuſtitiæ & Chriſtianæ rei ſemp ſtudioſus. Et ſi Romã ad ſacrã coronã, non profectus fuerat: tñ Antiſtitis Coloniẽſis manibus põtificio mãdato publice coronatus eſt. a Florẽtinis magno ſtipẽdio auctus in Italiã cõtra Galea. Vicecomitẽ ue nit. Cum quo ad Benacũ cõgreſſus cum toto exercitu fugatur. Ipſe Veneto

Margin notes: Carol⁹ luce. — Nicola⁹ rencius. — Noua libertas — Tribuni fuga — Cõſtan. trib. — Caroli mors — Venceſlaus — Robertus — fuga roberti

rum precibus Paduam ſe contulit. Ad quem ſubito Florētini oratores con-
feſtim cū nouis copijs aduenere. Quibus ꝑerat Sfortia qui uirtute armo- Sfortia.
rum in magna erat exiſtimatione. Ii nunquam potuere animum Imperatoris
inducere: ut rurſus contra uicecomites reſumeret bellum. Commotus fortaſ
ſe renuitate rei intra Germaniam ſe recepit. Ibi quum regnaſſet prope .x. an.
obijt. Cui ſuffectus eſt Sigiſmundus Caroli quarti filius & Venceſlai frater. Sigiſmūdus
Hic olim puer a Ludouico Pannoniæ rege: Filiā Mariam in Matrimonium
una cum regno accepit. Boemiam paterna hæreditate obtinebat. Fuit uir ſtre
nuus: & ad omne negocium exequēdum promptiſſimus: præter corporis ue
nuſtatem & liniamenta quæ pulcherrima dōauit natura erat animi dotibus
excellens: fuit tamen parum fortunatus. Præfuit orbi annos .xxvij. Quē nō Fortūa ſigiſ.
ſolum Turci: ſed Boemi ſæpe acie fuderunt. In Pannonia proceres .xxxij. rem
nouam molientes necari iuſſit. Eam ob rem ipſe captus ac traditus uiduæ
cuius maritum interfecerat: tam blanda oratione uſus eſt: ut illa dimiſerit in-
columem. Sed ipſe poſtea ducta uxore Barbara e comitibus Ciliæ: & panno Gratitudo
nia recepta: uiduæ filios memor beneficij ad magnas opes & dignitatem pro ſigiſ.
uexit. Rem Chriſtianorum in tris diuiſam Pontifices: ad unum Martinum
redigi in concilio Conſtantienſi operam dedit. Pruſiæ regnum quod Polo-
niæ Rex Theutōicis ſodalibus diuæ uirginis armis ademerat: reſtitui iuſſit.
Viroldum ex Duce regem Lituaniæ fecit. Cum Venetis Grauia bella geſſit Pipo.ſlo.
duce Pippone Florentino: quem poſtea proditorem ſentiens captum inter-
fici iuſſit Boeneia poſt multos labores potitur. Marchiam Brādeburgēſem
Federico Burgraphio Nuribergenſi dono dedit. In italiam ueniens ſex men- Sigiſ.coro.
ſibus Senis ſubſiſtit. Vbi fruſtra cum Florētinis pacem tentata abit Romā.
Ibi ab Eugenio Corona accepta in Germaniam reuertens Mantuæ a Ioanne
Gonzaga magno apparatu exceptus eſt. Ibi propinquam ſuam Barbarā Lu
douico Ioannis filio in matrimonium collocauit: Marchionem primum Mā Mātuæ primus Marc.
tuæ creat. Sed in germaniā reuerſus apud Morauiam ſine prole moritur. Re
licto regnorū ſucceſſore Alberto Auſtriæ duce genero ſuo. Hic Regnis pan
noniæ Boemiæq; ſuccedens: Paulo poſt Imperium aſſecurus eſt. Quod biē
niū tenuit. Boemos rebelles: morauioſq; bello domuit. Polonos ultra regni fi
nes uagantes coercuit. Sindetouiam ſeruiæ ciuitatem dum uellet ſubueni-
re aduerſus Turchos: prius amiſſam uidet quam ad locum peruenerit. Po- Mors alberti.
ſtremo dum Auſtriam repetit in itinere apud locum qui uilla longa appel-
latur dyſenteriæ morbo deceſſit: uxore Heliſabeta prægnante relicta: quæ La
diſlaum peperit regem. Cui defuncto Federicus tertius Auſtriæ dux Alberti Federicus .t.
propinquus in Imperium ſucceſſit qui poſtea anno .xii. quam Cæpit impera
re: ſalutis uero .M.cccclij. ſexto idus Martij Romæ in Baſilica Petri: una cum
coniuge Leonora Luſitaniæ regis ſorore. Coronam Imperij a Nicolao .v. ſu-
ſcepit. Inde Neapolim ad ſalutandum Alphonſum regem ſuum pernecceſſa-
rium acceſſit. Vox rurſus Roma tranſiens Ferrariam adiuit. Vbiq; ingenti re Borſus eſtē
rum omnium apparatu receptus eſt. Tum præcipue a Borſo eſtenſi. Quem
ēt Mutinæ ducē primū creauit. Rediēs ī Germāiā in itinere apud ciuitatē no
uā Auſtriæ oppidū obſedit ab auſtralibus: a qbus coactus eſt reddere puerū

Ladiſlaum regem:quem in tutela apud ſe retinebat ac Romam ſecum du- xerat. Ipſe omni tempore pietatis cultor:conſiliũ Baſilieſe a hortante Aenea ſiluio:epiſtolarum tunc magiſtro:qui poſtea pius Pontifex:author extinguẽ di fuit. Iterum ſalutis ãno.M.cccclxix.Romam uoti reus humili ueſte ac co mitatu pauco uẽit Noctu ingreſſus urbem:ea qua nataies domini celebra- tur:obuiam totus populus & patres &nobilitas ꝓceſſit:funalibus noctẽ uin centibus:ad Paulum Pontificem ſedentem acceſſit ſalutatum. Poſtridie om- nibus ad ſacra aſſiſtẽtibus: atq; peractis palatium aſcẽderunt. Demum diſce dentem Pontifex luculẽta grauiq; auro ueſte dnauit Domi poſtquã an.xlix. Imperauit:diem obijt. Iam nonagenarius:tanto exequiarum apparatu ſepul- tus ut cum.xxx.Milibus equitum Cæſar Maximilianus preſens adfuerit. Verũ non minori pietate quã iuſtitia inſignis qui ſemper pacem armis præ- poſuit. Et in tam longeua uita nihil in eo repertum quod aut moribus aut lege damnaretur Semp Chriſtianæ reip.defenſor:nulli iniurius.omnibus fa cilis:benignus apparuit. Succeſſit Maximilianus:qui patre uiuẽte factus eſt Rex Romanorum Anno.M.cccclxxyiij. Mariam Caroli Ducis Burgũdiæ defuncti filiam in uxorem ac ſimul cum principatu accepit. Mortuo item ſi- ne hærede Mathia Rege Pannoniã:quam ſuo iure uendicabat: Magnis co- pijs inuaſit. Sed Alba regali per uim recepta repugnantibus regni populis ulterius ingredi abſtinuit. Diadema de more maiorum non recepit: neq; Ro mam acceſſit. In Italiam accerſitus a Ludouico Sfortia uenit ut Piſam cõtra Florẽtinos defenderet. Liburnũ oppidũ fruſtra p aliquot dies oppugnauit. Ex Maria uxore Philippum & Margaritam habuit. Philippus Archidux fer dinandi regis gener factus Hiſpaniæ regno ſucceſſit. Filiam Margaritam Ca rolo octauo olim pactam deide abdicatã: Philiberto poſtea Sabaudiæ Duci locauit. Sed defuncta ptia uxore: Galeatij Sfortiæ Mediolani ducis filiã du xit in coniugem: Ipſe ſupra quam dici poteſt uerus Rex omnibus uirtutibus præditus illis: Quæ in uita & poſt mortem Regiã animam ornant. Vſq; ad lachrymas Clementiſſimus:uſq; ad nihil retinendum liberaliſſimus:ut uere præclaram illam principum Romanorum nobilitatem refert. Nam ex com- mentarijs multorum de Auſtriæ ducum familijs:tum Hermãni in Chrono- graphia & Henrici Conſtantienſis Apparet: Maximilianũ. Romanos princi pes habuiſſe progenitores. Perleones Comites Montis Auentini Qui & ipſi a Iulia familia trahunt originem. Cognomen recentioribus dedit Petrus Leo nis filius- Stephani nepos: Maximi pronepos. Extant horũ etiam nunc ue- tera monumẽta pro foribus templi diui Alexij. Ii an.M.clxx. Magna in urbe fuere potentia etiam authoritate:ſub Paſchali ex hac familia- duo ex ſeditiõe urbe profugi ad Alpes uenerũt: Vbi circa Lucernæ Lacum & prædia & ter- ras mercati ſunt. Caſtrum in eo loco: Auenburgum quaſi auentini oppidum renouarint. Vnus ex his præſul Argentinenſis fuit. Ex altero qui nobilem in ea regione duxit uxorem:natus eſt Albertus:qui Albertum & Rodulphum Imperatorem primum ex comitibus Alburgenſibus genuit. Igitur hic Ro- dulphus Auguſta ſretus potentia familiam auxit Anno. M.cclxxii. Aui- tæque Ditioni - Auſtriam - Stiriam - Carinthiam - portum Naonis ac Mar-

Aeneas ſilu.
Federi.romã
Mors fede.
Maximili.
Maria bur- gun.
Max.i italiã
Auſtriæ fa.
Philipp. ar- chidux.
Clemẽtiſ.
Liberaliſſ.
Hermanus.
Perleones comi.
Auenburgũ
Albertus.
Comi.albu.

chiam adiecit. Et antiquis Auſtriæ ducibus ſuamptoſapiam inſeruit: ex qua familia tot Principes: tot Reges euenere: tot Imperatores: ut Romanam ditionem: Chriſtianam rempu. Totum terrarum orbem illuſtrarint: Hinc Rodulphus: hinc Albertus: hic Leopoldus: hinc Herneſtus: Hinc Federicus: hinc Maximilianus: hinc Carolus. Hic eſt ille Carolus: quem dij immortales ad hæc tempora noſtra deſtinarunt: ut pacem Chriſtianis firmet: populis iuſtitiam donet: gentes Barbaras domet. Romanum Imperium a perfidis hoſtibus uendicet: rempu. Chriſtianam augeat: & fidem per totum orbem terrarum diffundat. Hunc uates prædixere: Hunc cæli innuunt: hūc ueterum monumenta teſtātur. Neq; quicq̄ obſtat aduerſum: quum ſit fortunatiſſimus. Nihil animo cōcipit: quod non meliora ſuccedant. Ipſe cupiēs uolet: non modo relictam a Maioribus gloriæ hæreditatem tuebitur: ſed auctam ampliſſimis Tropheis relinquet poſteris. Bellator martis ſecum peritiā gerit: & iouis ſapientiam nutrit. Fatalia eius uexilla iam atroces ferient hoſtes. Sic numina innuunt Enſem eius fulgentiſſimū: īmaniſſimis barbarorū cōculcatis eminere. Sic iuſtus habet a cælis fidem: propagaturus Imperij fines uſq; adeo in immenſum: ut ſol in terris nil habeat perluſtrandum: quam Cæſaris regna: aureum reducturus ſæculum Non amplius tegendus ferugine: ſed perpetuo lucidior mortalibus mutato more. Hæc illi: ut mens p̄ſaga nouit: uera eſt fælicitas: ubiq; & ſemper uincere. Sic humana ſtringit ratio. Sūt enim in illo: quæ Imperatorē magnum faciūt Scientia rei militaris: Virtus: Authoritas & fælicitas. Ad hæc ſummus accedet Pōtifex Clemens Dux gregis & paſtor: quantiſcunq; opibus poterit tantis paratior aderit. Procurabit hæc præcellenti ingēio uir Caraccius ille tuus: ille quem noſtra religio uelut numē ſentit fide & uirtute & diligētia in rebus cunctis præſtantiſſimum. Erunt & alij magni uiri qui in tanto rerum negocio operam nauabunt ſuam. Sed hæc omnia operoſius nemo poterit Inſtruere quā Princeps noſter inclytus Franciſcus Sfortia qui diuino ingenio præditus: ſicut eſt omnibus in europa pacis terminus ſic erit omnium author & Dux Ad tantam ſanctæ Prouinciæ unionem. Recenſui ego Mi Sereniſſime Princeps tot reges Chriſtiani nominis tot Cæſares: tot Imperatorum uitas & neminem reperi ex ueteribus: Qui tibi ſit uirtute egregia iſta & cōſilio iſto tuo p̄ſimilis atq; mentis iſtius tuæ catholico uiuendi ductu. Proinde nō mirū ſi cæli ſi dij ipſi tuā iſtam bonitatem & ſapientiam iuuere. Non mirum ſi expectato iudicio cuncti te unicum inter tot mundi Principes & heroas excellentem: ad tanti ſtatus culmē approbauere hæredem. Facile fuit his iudicare: cognita animi tui p̄ſtantia & ſublimitate ingenij: ita.n. olim Tenellis ānis ſpectante Diuo Patre quanta lucebas indole: cuncta ſolus uidebaris curare: omnia imparibus uiribus ſuſtinere: obire inter æquales cūcta: imperitare cæteris: & q̄ nr̄am admiratiōē cōtinuo auxit: his elapſis ānis: quū oīa tibi aduerſa crexere Caput: doli: īſidiæ: uenēa: morbi: bella: fames: qūo his in terra acciſis: tuo ſapiētiſſimo cōſilio euaſiſti uictor? Vt mirū nō ē: ſi illi uiri prudētiſſimi: Qui te olim adoleſcentē ſpectabāt tāto animi uigore: tāto loq̄ndi acumine: reſpōſis ex improuiſo æditis: dixerint puerū ꝑfecto fore: q ex materno utero: tē ſtatus ꝑbe

Tot reges.

Carolus.

Vates prædixere.

Bellator martis.

Semp uicere

Quæ Imp. faciunt.

Clemēs.

Caraccius.

F. SF.

Iudicium

Solus curare.

adidicerit . Iccirco Princeps Excellentiſſime:quum ſis Italiæ Caput: & ue-
lut robur:temo:anchora:quum ſis cor præſtantiſſimum & tanquã in medio
Cor præſtã. Cœli ſol fulgentiſſimum ſydus:Ad te pertinet: tuum eſt hoc officium: reges
Chriſtiani nominis Principes:res publicas:urbes.populos Inuitare:& ad tan
tam profide Chriſti excitare expeditionem.Id ſi facies tuæ fœlicitatis in partẽ
ad ſcribo.Præter arma fulgentia tua:& Imperium:quod bonitate regis:& be
Magnus ꝓuentus. nignitatem qua mortales omnes deuincis:Magnus tibi prouentus apud deũ
immortalem cumulabitur.Nam quod eccleſiæ iura defendas quod Pontifi-
cem uenereris:quod pietatis officia exerceas:magnum perfecto eſt.Sed mul
to excellentius:& operoſius pro cõmuni reipu.bono hoc tibi iniunctum ne
gocium.Imprimis magnos reges Gallicum & Britannicum:ad tantam hanc
excitabis gloriã.Tua ꝑſtantiſſima Legatione totis uiribus animabunt : me-
mores quãtũ æterni nominis hæreditatẽ habuerint ob geſta ſuorũ maiorũ:
Decorati titu. quãtis ſint decorati titulis a Romana eccleſia :tuæ inuitationis excellentiam
non recuſabunt.Subibunt frequens immortalia magni Caroli nomina & di
ui Ludouici:& aliorum ut diximus nõ moritura geſta.Nõ moritura quoq;
Anglia. geſta illorũ qui ex Anglia uenerũt.Non ne ex hac inſula mulier nobiliſſima
uenit:diua Helẽa:regis Ciel filia:que magnum Conſtantinum genuit : qui
Helena. tanto opere magnificauit eccleſiam: Cuius magnitudine animi tũc primum
In anglia anglici reges Imperiali Diademate uſi ſunt.Extat noſtris his tẽporibus Rex
primi rex. Henric⁹ rex magnus Henricus:quẽ īter ceteros reges tu Inclyte Princeps noſter:& nos
tecũ ſingulari bẽiuolẽtia ꝓſeqmur-quẽ tãta ſapiẽtiæ amplitudo ſuſtinet:ut
præ oculis omnium mortalium geratur.Quem uſus rerum quẽ militia.quẽ
ſancta probitas:quem omnis uirtus liberalitas magnum facit . Hũc ſi tuis o
Dux noſter uerbis inuitabis:ad tam ſacram militiam:non recuſabit. Venient
F.SF. ſereniſſimi reges alij:nec decretũ ſubterfugient iter.Quum uidebunt. Fran.
Sfortiam Mediolani ducẽ : Adeo & hominibus dilectum:cum ſuis italis:cũ
inuictis cohortibus:cum fortiſſimo equitum robore:prope Cæſarem uexilla
Rex luſi. ferentem.Non deerit & ſereniſſimus luſitaniæ Rex ſane ſapiens. Qui mira
prudentia populos gubernat nunquam bello miſcet:Iuſtitia cuſtoditos iu-
cunda:noui proſcrutator orbis:quottidie infideles Fideles facit. Digna pro-
fecto fœlicitas:quæ ne dum apud poſteros erit uiua:ſed apud immortales de
os gratior.Dignus Rex quem omni tempore Romani Pontifices amẽt quẽ
uniuerſus reipu.Chriſtianæ conſpectus ueneretur &colat.Qui quum tanta
ſit uirtute per orbem uectus:elatione cogitationis non tumeſcit:nec Fauore
fortunæ ſuperbia circundatur. Tantæ humanitatis cultor-ut quos uelis ex
plebe iſimos dignatur præſentia & affatu.Non plus ſe ſapere cæteris putat:
quibus ſe uidet amplius poſſe.Et quum profecto uentis & fluctibus impe-
ret:ſuos populos mirum in modum amat.Gaudet regno ſuo non Chriſtiãis
infeſtus:ſed beniuolus:pacis ſtudio intentior:refugit metui: Hunc tuis præ
cibus adige Princeps noſter:neq; ea potentiæ fœlicitas prætereunda eſt.Ha
be hoc negocij:nemo preter te tot &tantos reges poterit ad tantã militiã cõ-
pellere melius.Ad id plurimum conferent uenetorum conſilia & opes & ar-
Reſp Venẽ. ma:& Claſſes:uera profecto reſp.quaſi regia tanta unitas nobilium: Tanta ſa

pientia-

pientia:tanta poteſtas cum ſumma religone ut uideatur cœleſtis aulæ repre/
ſentare typum . Corpus non aliis compaginatum membris quam decenti/
bus : nõ alio capite eminens quam diuino Andrea Gritteo:totius reip.mode
ratore. Vir eſt principatu non ditior :ſed glorioſior factus & gentibus pro ue
ro principe notior. Tanta illum popularis ſequitur laus pro pace pro rerum
abundantia:pro iuſtitia : pro manſuetudine : pro maieſtate : ut neſcio:an un/
quam fuerit tam magnus princeps qui tantoopere ſit tantis cumulatus laudi
bus/illic in ſenatu animus eſt dicendi & cõſulẽdi liber. Vera in patriam pie — Vbi animus liber
tas. Plus ingenio & ſapientia ex parua magnam fecete remp.quam armorũ ui
ribus. Atq; admirabile illud illic præcipue ſpectatur:q inter eos nullum diſcri — Nullũ diſcri.
men habetur:niſi inter bonos & malos. Nulla uirtutum præmia ambitio poſ
ſidet. Quod ſi ita in cæteris reip. Chriſtianæ partibus eſſet:in latiſſima Ger/
mania precipue: nunc barbarorum rabies non auſa fuiſſet tam impudenter
nos aggredi. Maiores noſtri nõ ſuperabant nos amplioribus opibus: aut pedi
tatu.aut equitatu ualidiori:ſe unione:& in patriam & fidem uera beniuolen/
tia:religionis maiori cura:& in eccleſiam Romanam maiori obſeruantia. Pro — vnio ſuperat
inde uobis Veneti tantum bonum:tam fælix:tam proficuum Chriſtianæ rei
cõſeruate in poſteros ſicut uos accæpiſtis: integrum reſtituite. Niſi profecto
hiſce ſuſtinuiſſetis moribus:ſicut cætera in lapſum ruiſſent. Quam tam lon — Laus uenet
ge tam ample:tam lacte propagaſtis:etiam in uiſceribus potentiſſimi turcho
rum tyranni. Proinde uos ueros appello Heroas. Vidi pleroſq: ex ueſtris ple
nos grauitate & ſapientia hic Mediolani. M. Antonium & Gabrielem uene/ — M.anto.
ria familia nobiles & præſtantes : ſummos uiros & oratores prudentiſſimos — Gabriel ue/neria
apud optimum principem noſtrum Fran. Sfortiam ſecundum. Ex his cõieci
multos ſimiles in ea rep. eſſe & eminere. Quorum prudentia & conſilio mul
to melius q̃ aggeribus conſeruantur moenia. Res quidam firmiores putant: — Multi ſimile
quum ſplendor tectorum aſpicit. Quid enim lapidum ſtructuræ ualent ubi — Lapidũ ſtructuræ
effodiuntur:& euelluntur fundamenta uirtutum? Multe ſunt ciuitates quæ
nomen reip. accepere:ſed neſciuere ui ſua diutius retinere decorem : ſicut pa
ries picturam:ubi erodente uetuſtate : nec hiſdem adiuta coloribus effluxit.
Sed Venetis profecto immortalis conſeruatur regẽdi ductus. Leges multæ:
ſed una eſt : quæ uiget pto publico bono. Cuius uinclo omnes ãnexæ ſunt.
Quã pulchrum: quam egregium ſtatutum . Quod uni licet omnibus li/
cet:aureis connotandum litteris. Tacito patritiorum conſilio cuncta guber/
nantur:cuncta quodam modeſtiæ acceſſu diſponunt. Fælix tandiu reſp. erit — Vna lex
quo ad his optimatum fulcitur conſiliis:quoad publicum bonum præponit
priuato:quo ad cunctæ leges:omnes magiſtratus:actioneſq; ad commodum
reip. uſum referuntur. Deteriorem iudicant prætioſum ciuem quam hoſtem — pernitioſus ciuis
accerrimum. Interfecere olim Vrſum ducem quia non ad remp. animum nu — Vrſus dux
tribat & Ioannes Fabritianus ſeditionis author magiſtratu deiectus & ocu/ — Fabritianus
lis mulctatus eſt. Et Adeodatus. Et Gabla & Dominicus uiri facinoroſi ſimili — Baiamons
pœna affecti ſunt. Et Baiamontem Tepolum nobilem ſed ſeditioſum ciuem — tepolus
alterum Catilinam necauere & tumultum Iacobi Quirini & Marini Barocii — alter catilina
ciuium ſeditioſorum compreſſere. Marinum Falerium uirũ facinoroſum qui

tempu.inuadere uoluerit:ad ſcalas curiæ ſecuri percuſſerunt. Et reliquos cō
iuratos Cruci affixere. Ii ꝑfecto uiri ſunt amandi o Princeps inclyte horum
F.SF. tibi amicitia ſummopere obſeruanda eſt. Qui publicū cuſtodiunt bonum
& Italiæ pacis plurimū ſtudioſi. Eam quātum queunt ab exteris gentibus in
tactam fore Conantur. Et quū author ſis huius expeditionis neceſſario: quia
ad hoc præter te neminem ita Idoneū cognoſco: curandū eſt imprimis: ut fi-
Laus vene. das Venetorum claſſes habeas. Quas totiens contra armarunt ſarracenos:
quotiens in ſyriam miſerūt pſidiū. Quotiens turchorū furoribus ſeſe op-
poſuerunt. His ii pulcherrime inſtitutis Venetiæ nunc ſub Andrea Gritteo
Sereniſſimo Principe florent. Quæ ſi rite pſpicimus quādā reip. Romanæ
imaginem retinent: non ibi Bruti nō Camilli nō Scipiones: non Catones nō
Imago reip. R. Marcelli deſunt. Quum numeramus. Thronos: Iuſtinianos: Piſones: Laure
Throni. tanos: Cornelios: Triuiſinos: Contarenos: Neq̧ ingenia ſi præclara repoſcis
Iuſtiniani defuere neq̧ nunc deſunt. Quid Hierōymi donati illa in utraq̧ lingua eru-
Cornelii ditiōe pſtātius? Quid altius & eminētius hermolai barbari ingenio? Quid
Triuiſini nūc Petri bēbi cultius muſa & utraq̧ facūdia limatius? An alios citabimus?
Contareni Hūc ne? Quē pſentē habemus oratorem ad tuā excellentiā: Io. Baptiſtā ba
Hiero. dōa. Hermola. ba. ſidoniū ſophia: grauitate: & Illuſtri prudētia eminentem. Qui tanto cōſilio:
Petrus bēb. tāta eloqntia tantis naturæ dotibus ab īmortali deo eſt ornatus ut non aliud
Io. bap. baſi do. referat: q̄ Venetam ſapientiam. Pacem animi ſi quæris Princeps noſter: & gra
F.SF. tam cupis tuam in cælo ſiſti uictimam: pro hac expeditione omne pone inge
nium. De germania excitabis illa Imperii culmina: urbes illas libertate fulgen
tes: quæ tantum armis & opibus pollent: ut cum electoribus & cum inuicto
Germania. Cæſare uexilla Chriſti promant. Nemo tam iners tam imbecillis naturæ de-
ſes qui quū uideat tantum ꝑeuntem ſplendorem nō arma ſumat. Sancitis in
corde legibus: ante pro patria: pro Chriſti fide mori quā turpiter referre pe-
Electores impe. dem. Veſtra hæc O Illuſtriſſimi electores promulgata labes: quod infideles
Imperiū occupent: ueſtra ignominia. Et quod turpius inurit dedecus: domi
Lutheri porci. habetis Chriſti hoſtes: & teterrimos eccleſiæ rebelles: Domi lutheros por-
cos nutritis: & patimini uiuere: & ſupereſſe: & uagari? pace ueſtra dixerim:
Quid id aliud eſſe poteſt: q̄ ſumma ingratitudo? Non ne uos eſtis q ab eccle
ſia a Pontificibus Romanis cōſtituti electores? Quis uobis tantam digni-
tatem cōceſſit: tantum rerum culmē? Non ne ad uos Romanus Pōtifex ex
Traductū impe. Gallia traduxit Imperiū: confirmauit & auxit? Dormitis: an hæc auditis? An
ſurdeſcitis? Iactat germania ſe mortaliū doctiſſimos habere: & quid nam ii ſe
Semidei: in ger. midei in tanta eruditione rerum? Qui moniā ſcribūt: qui cēſuras cōtra eccle
ſiam catholicā uomunt: qui ſctōꝝ ueterū monumēta ſpurciſſime labefaciūt.
cognoſcire tādē O Illuſtriſſimi electores ea q̄ uos cogunt uti oībus uiribus:
ut nō ſolū eccleſiam Romanā defendatis: ſed immaniſſimū hoſtem e medio
Cæſar tollatis: Habetis Cæſarē ueſtrū a cælo a magno deo dilectū: qui omni abiecta
cura: pro cōmuni ſalute: pdefenſione eccleſiæ: ꝓ redimendo Impio orienta
li p liberāda ſancta ciuitate: nil maius cogitat q̄ cū ueſtris auſpiciis: cū Rege
Chriſtianiſſimo contra turchos explicare uexilla. Veſtra eſt hæc expeditio
Heroes o eminentiſſimi electores ſuos eſtis ueri Heroes īuicti: uos eſtis caput poſt

Cæſarem Imperii: & fidei. Vos uere dici reges debetis: quum regimen habeatis. Quod ueſtrum officium eſt: caſtigare eos qui a catholica fide oberrant: qui a matre eccleſia abeunt diuerſi. Summam profecto laudem habuiſtis: quando omnibus poſtpoſitis Carolum delegiſtis Imperatorem: cœleſtis profecto uobiſcum erat ſpiritus: quando Carolum proclamaſtis Cæſarem: quando illũ Chriſtianorũ Imperatorẽ uoluiſtis. Regẽ uerũ cognouiſtis: qui natura: qui uirtute: qui aĩ fortitudine: qui bonitate: qui religione: qui fide: qui iuſtitia: qui ingenio: qui eruditione: qui uariis linguis uerũ rẽpſentat regẽ. Ii ſane ueri reges ſunt. Ii inclyti Principes. qualis eſt ẽt noſter Princeps Frãciſcus Sfortia: qui pter ꝙ undiq; uirtutibus omnibus eſt decoratus: cum oĩbus gentibus Chriſtianæ ditionis ſine interprete loquitˀ. Fuit hac uirtute auctus ille rex magnus Mithridates qui duarum & uiginti gentium quæ ſub eius regno erãt linguas nouerat. ſic Cæſar Maximilianus qui uarias linguas ſic perfecte callebat: ut ſine monitore pene totũ exercitũ & oĩum militũ noĩa ſua uoce ſalutaret: ſua uoce appellitaret. Noſcere hæc ꝓfecto & ſuos noĩatim dicere maxima principis uirtus eſt. His igitˀ ſperamus de principibus noſtris: ſperamus de uobis quoq; Illuſtriſſimi electores: ſi maiorũ ueſtrorũ geſta reſpicitis: qui magno ſtudio non ſolũ conſeruandæ ſed amplificandæ religionis excitabantur. Nihil illis iucũdius & dici & eſſe poterat q̃ uerſari in his quæ ad augendam fidem Chriſti attinebant. Neq; unquã Germania cecidit ẽt minimo a gradu fidei & ab inſtitutis Romanæ eccleſiæ. Quod neſcio nunc quæ tanta demon potentia potuerit: ut has Zizanias illic diſſeminauerit. Ibant Germani per totũ orbẽ tuti & amabiles: ab oĩbus amabantˀ: tanq̃ ueri & ſimplices Chriſtiani. Nil maius dici poterat q̃ ueri Germani fides: & nũc qua & quãta ſit reſperſa labe profecto dolendũ eſt. Et dolendo p̃cibus elaborandum & apud ianuã ĩmortalis dei pulſandũ: ut diffundat gratiam uerũq; lumen: quo ii cognoſcant ſanctũ Romanæ eccleſiæ gremiũ: & cum cæteris ſumant arma pro uera Chriſti fide. Dormiendũ non eſt inclyte Princeps noſter: quũ uideamus regem turcanicæ gentis contra nos maiorem & uelut ſæuientem draconem quottidie aliquid ex ouili deuorantem. Et quum ſis is quem ego ſcribo Princeps: a quo tanq̃ uerũ haurio exemplar: tua intereſſe puto: alios accire: alios ad tantã inanimare expeditionem. Sed quem potiſſimũ ex oĩbus concitabis regũ q̃ eũ qui continue egregia uirtute armorũ contundit perfidã gentem ſereniſſimũ Ferdinandũ regem: Cæſarem electum: Vngariæ ac Boemiæ regem optimũ. Qui ꝓximis menſibus oſtendit nobis quãtum in re militari ualet: uere Chriſti eccleſiæ filius: quantum cum inuicto milite exanclarit laborem cõtra crudeliſſimos turchos: qui acri obſidione p̃mebant Viennã. Actũ de Imperio Chriſtianorum, niſi noſtro tempore uirtus ſereniſſimi Ferdinãdi regis fuiſſet. Fuit hoc prouidentia Dei: ut hic cœleſtis iuuenis noſtra hac tempeſtate uiueret: qui remp. Chriſtianã a manibus turchorum eriperet. Credebant illi multitudine freti: oĩa ad terrã proſternere. Sed quãtum illi furore effluebant, tantum hic diuinus rex prudentia p̃ualuit. Nõ aperto marte in quo cõe periculũ eſt: ſed ingenio eos fregit. Continue rem tutã noſtrã retinẽs quottidie aliquid demebat, poſtremo animi excellenti ferocia munitus tanta ſtra-

Laus caroli

F. SF.

Mithridates Maximilia.

Fides Ger.

Reſperſa labes.

F. SF.

Ferdinãdus Rex.

Obſidio uien.

Victoria Ferdi.

ge eos affecit:ut ille qui toti orienti ferociſſimus incubat tyrãnus:de uirtute
Ferdinandi regis adhuc contremiſcit. Dignus ꝓfecto Rex ut Romæ ut omni
bus Italiæ & Europæ locis:immortali memoria & erectis ad æternitatem ſta-
tuis decoretur. Sic ille magnus heros belligerando uictor omnibus Chriſtia-
Magnus heros
nis ſecuritatem peperit. Hac profecto petitur cœlum uia: hac uirtute ad im-
mortalitatem gloria paratur. Excitet hæc immortalis uirtus alios Chriſtianos
principes. Oſtendãt & ipſi in hoc theatro gloriæ ſuam potentiam & uirtutem
Reges polloniæ
Reges fortiſſimi Polloniæ: Ruſciæ: Muſcouiæ: Daciæ: Scotiæ. Sumãt hi cũ
ſuis fortiſſimis populis arma contra cõem hoſtem: ueniet & catholicus Sa-
Dux ſabaudiæ
baudiæ Dux. Subeãt maiorum eius egregia ꝓ fide olim facta. Accedat & Fer
dux ferrariæ
rariæ Dux Inclytus: cuius admirabili cõſilio fortuna proſtrata ad pedes iacet.
reſp. floren.
Ipſa quoq; Reſp. Florentinorum ſua hic producat ingenia: opes: potẽtiam: cũ
Mãtuæ princeps.
Lucenſibus: cum Senenſibus: cum tota Aetruria. Eniteat hic in medio uelut
Dux urbinas
fulgor Mantuæ Princeps ſuo inuicto milite: & Dux Vrbinas præſentis mili
Vuaſti marchio
tiæ magiſter. Et Piſcariæ & Vuaſti Marchio Martis alumnus & Hiſpanici
exercitus inuictus Imperator. Omnes quos uirtus militaris inflammat. Ad
hæc accedant caſtra: hic ſeſe oſtendant principes. Neſcit uera uirtus domi oc
cludi. Et tu Cæſar magnanime quos cernis ueros principes tibi beneficiis alli
ga: magnis & immortalibus titulis exorna. Sicut Bononiæ feciſti ſecunda mẽ
Bononiæ F. SF.
ſis Ianuarii die. M. ccccccxxx. Hora uigeſima tertia ubi Inclytum Principem
meum tanto honore inſigniſti. Hæc tibi fuit ſumma gloria. Nam habere re-
gnum caſus eſt: dare autem eſt uirtutis opus: & diuinæ potentiæ. Quod uix
Dies coron.
ſero credidere. Inſubres: & præ lætitia lachrymabãt. Profecto magis tibi o Cæ
ſar illa dies eſt ſignanda lapillo albo: q̃ uiceſimã quarta Februarii: in qua ſa-
cram & Auguſtam coronam ſuſcepiſti. Dies ſane tui animi fœlicitatis oĩ æuo
teſtis: quum rõnem ꝑpoſuiſti cupiditatibus: quũ Auidum domuiſti ſpiritũ:
Maius profecto adeptus q̃ ſi Lybiam domueris. Rara regni & thalami ſo-
cietas. Hoc non poteſt rapere dies: prodeſſe oĩbus: ſupplicibus parcere: op-
preſſos releuare: innocentes ꝓtegere. Hæc omnia extra regnũ fortunæ ſunt.
Bonus es
Iuſtitia tua & clementia o Cæſar Magnanime: uolentibus Diis noſtro Prin-
F. SF.
cipi regnum reſtituerunt. Bonus es: quia bona bonis donas & digna merenti
bus. Hoc ſane diuina prouidentia excuſſum: & in animo Cæſaris exortum.
Dii bene conſuluere: quod Fran. Sfortiam omnibus aduerſis fortunis releua
tum: tot inimicorum manibus erectum: ualitudine pene extrema redemptũ:
nunc in ſede imperii incolumem reſidentem ſpectemus: diuina gratia eſt. Et
quantum animi uigore coniicimus: id a numine diſpoſitum: ut per hũc Sere
pax uniuer.
niſſimum Principem pax uniuerſis Chriſtianis conſtituatur: & contra inſide
les ualidum ſumat bellum. Nemo tam idoneus quam is ipſe. Pulcherrimum
ſane medium. Quo omnes Chriſtiani principes ad ſacram expeditionem co-
Quæ ĩ uero prin.
adunentur. In hoc. n. ſunt profecto cuncta quæ in uero principe eſſe debent.
Non enim in principe requiritur Nerei forma: non Milonis robur: non Ma
ximini proceritas: ſed abſoluta animi uirtus: qualis eſt in meo Principe. Qui
robur laudant: q corporis uires extollunt: athletas: curſores: pugiles laudant.
Aut ex nauibus onerandis ſolidatos humeros requirunt. Ille mihi Princeps

qui a tergo:quia fronte geri͂t oculos qui p̄ſentia ponderat:præterita repetit:fu
tura proſpicit.Fingamus Principē a natura dari nobis: cui perſimilem putabi Ille pricepſ
mus daturā? Nempe non alicui q̄ noſtro . Subiiſti non unius ſed plurimorū
principū laudabiles partes:habes grauitatē & itegritatē Catonis :Habes illū
Scipionis ai͂ candorem:Habes Pompei magnitudinē:babes Cæſaris clemen Partes multorum
tiā:Q uæ te maxime idoneū facit ad capiendā oium beniuolentiam. Parcis li
benter:ceſſas quantum potes ab inſligendis pœnis.Nouiſti Platonis illud: ꝙ Mouendus
mouendus eſt oīs lapis:priuſquā ad ultimū deueniamus ſuppliciū . Nil ma lapis
ius dici pōt in principe q̄ clemētia:Nil infælicius q̄ crudelitas . Q uū ergo cū
cta teneas quæ uerū principē:& uirtutibus ſucculentū faciūt:profecto ſapiē
tiſſime fecit Carolus Imperator: qui magna de te priuilegia ædidit , Q ui te
magnū Mediolani Ducē promulgauit.Sed maior es dux:q̄ Mediolani dux. Maior es q̄ dux
Q uū tu es Dux pectoris:quū oēs animi motus & perturbationes compri
mis.In illo te natura ducē genuit:in hoc.tua te ſapientia effecit.R ecte tua ci Vita regētis
uitas. Tuus populus:tua nobilitas ſe ad tui componit exemplum . Nihil eſt
quod magis ſenſus moueat hūmanos:quod magis ferocia demolliat corda:
q̄ proba uita regentis.Hæc tn̄ noſtra breuiora quā pro magnitudine tuæ uir
tutis eſſe idonea putem. Multo maiora ſunt uerba Caroli Cæſaris quæ de te
magnifice & pleno ore profatur in priuilegiis: ut poſteritas intelligat quā ſis Priuilegia
uerus & ſapiens Princeps.Illa de tua excellentia & tui animi nobilitate condi
ta ſunt priuilegia:quæ quaq; parte tuis uirtutibus reſpondent.Sed hæc tamē Que habes maio.
ab hominibus dantur:quæ uero habes & tecum geris:a fortuna:uirtute : na Tres genitrices
tura profecto maiora ſunt & meliora:quia arripi non poſſunt.Illæ enim uelut
genitrices tres:tibi omnia quæ ad præſentis fælicitatis cumulum ſpectare ui
ſa ſunt:abunde congeſſere.Sed quid maius in terris haberi poteſt: quā quod F.SF.
naſcendo meruiſti.Natus es ut imperes:ut omnia uirtutū ſpecula & tuo pe
ctore explices : normam:metrum aliis : ut Principes a te capiant quibus ra
tionibus gubernent. An præſtantius quicquā admirer quā illud quod omni
bus faciendum:tu pene ſolus facias. Talem te nobis:te tuis ſubiectis præbes:
qualem eſſe in te exoptas Deum . Hinc eſt tibi uniuerſus amor:quo quiſq; in Talis es
te fertur.Q uo neq; aliud ſtabilius puto:quam uitam habere:omnibus optan
tibus.Q uis illi principi quicquam niſi demēs cogitat doli ſtruere.Sub quo F.SF.
iuſtitia:pax:ſecuritas:dignitas & clementia florent:ſub quo bonorum omniū
copia abundat? Vtinam ſic omnes paſſim ſcaterent principes:quibus dome
ſtica & familiaris continuo adeſſet clementia. Nullum magis decet eſſe cle
mentem:quam principem. Nihil exclamat.M. Tullius:eſſe laudabilius: nihil
magno & præclaro uiro dignius:placabilitate & clementia . O quam inhu
manius quæ cunctis parata iacent:in clementia quorundam prohiberi.Fluē
tis aquæ quis deuetet uſum:aut ab igne ignem capi: niſi nequiſſimus? Spon Laus clemētiæ
te ſi uenit clementia:liberalitas:munificentia : cunctos animos ligat. Paratior
de pluribus ad bene promerendum . Diis immortalibus ſimilis eſt.Ille tamē Clementia ſponte
non eſt clemens:non benignus qui cadere clementiam:liberalitatem in eos in
quibus non decet ſine ratione permittit. Largitionem fundū non habere : oēs Largitio
dicunt.Clemens:& miſericors eſt qui quum poteſt:opem : clementiam affert

Liberalitatis comes
Humanitatis potentia
proſtrata
Imitare auguſtum
piramides
pabula capiant
Sancti præcepto
F.SF.
præcones i. mor.
Frontes laureatæ
Inuidia ale.
Virtutes ad poſte.
F.SF.
Conſenſus omniū
F.FS.
Opti. cēſu.
Beatum ſecundum

& facit his:qui uſu rerum fortuna laborant non uitio. Sed liberalitati nulla aptior comes:quam humanitas. Huius ſæpe dulcedo aſpera barbarorum ingenia mitigat:truceſq; hoſtium mollit oculos. Quã pulchra profecto & decora uirtus & in unoquoq; condecens:ſed in principe illuſtrior. Vincit iram: proſternit odium:uires ligat. Rem profecto regiam eſſe ſuccurrere lapſis: & ideo Deo & principi cõmune eſt: Immo Deos nobis æquat clementia. Quare te obſecro Princeps noſter occaſionem ut continuo clementiæ officiis fungaris:circunſpice. An tibi deerunt? uide quæ iacent & Mediolani & Ticini proſtrata & in aliis locis: Quæ ædiũ uaſtitas? ut perpetuo tibi Magnifici animi inoleſcat nomen:da operam tuis reparandis urbibus: & ſenſim leuandis oneribus. Imitare Auguſtum qui Romam uelut cænoſam & dirutam:fecit nitidam & marmoreã. Antiqui reges ut memoriã ſui apud uenientis poſteros & eſurgentia ſæcula relinquerẽt Pyramides:tẽpla:urbes ædificabãt. His profuſus publicis curis abeſſe: iucundũ & tranquillũ magis uideatur:tamen principi non eſt liberum ſuo more uiuere:quum Dux alios ducere & gubernare teneatur. Proinde plura & meliora debet ſcire:plura & meliora inſtaurare:tuo itidem beneficio Ticinenſe Gymnaſium reſurgat:& fiat copioſius & ſanctis moderatoribus adoleſcant leges: ut iuuenes habeant unde pabula capiant: & inſtruantur pro patriæ commodis. Et ſicut in cæteris: ꝓpter te ſalui ſumus:ex bello ad pacem deuenimus:ex erumnis ad quietem: ex calamitate ad fœlicitatem ex merore ad gaudium:ex lachrymis ad hylaritatem: ex mœſtitia ad lætitiam:ex malo ad bonum:ita noſtri adoleſcentes te duce: te authore:ad bonas diſciplinas & cultum ingenii perueniant. Idq; facile conſequi poterũt: ſi ſancti & erudin præceptores publicis ſtipẽdiis honorent. Ego te per Deos immortales: Inclyte domine admonerem:ut hos eruditos uiros ſemper amares:niſi ſcirem:quanto pietatis officio: amplitudo ſapientiæ tuæ ultro faciat. Sunt ii precones futuræ immortalitatis: nec poſſunt mordaces temporum morſus horum monumenta conficere. Viuunt diutius laureatæ frontes quã Pyrenei montes:quam alpina cacumina. Inuidit Alexãder Achilli quod eius geſta tantum fuerint ſortita præconium. Docti cum æuo de diuturnitate certant. Ii erunt qui uirtutes tuas ad poſteros portabunt:quanta es clementia cõpoſitus:quanta prudentia uiuax:quanta iuſtitia utilis: humanitate & manſuetudine unicuiq; obuius:quẽtus in omnium principum oculis gereris: Teſtis eſt proximis menſibus quantum pro te elaborarit Pontifex Romanus: quantum Veneti:quantum cæteri principes. Non una tibi ſunt condita priuilegia:nec maiora poſſunt ſcribi quam quæ omnium populorum conſenſus expreſſit. Te uoluit præſidiũ: te ducem optauit: Te patrem patriæ exclamauit. Fortunate Princeps ſi cupis maiora ueniunt. Et quæ meliora euenire poſſunt:quam quæ ſemper habes? Neq; tibi ſolum:ſed ad omnes habes. Sic eſt profecto ad publicos mores emendandos optima cænſura: eſt Principis uita proba. Latiſſime diffunditur quicquid a Principe emanat. Beatum ſæculum quum Principes bonos ſortitur: Cũcti enim aut principum uitiis inficimur: aut uirtutibus illuſtramur. Quod non attigerat ſcelus Roma olim ſub principe Tiberio:Caligula:Nerone:Domitiano:Comodo: Heliagabalo? Omne

profecto in præcipiti ſtetit uitium:ſtabitq; ſimilibus regnantibus:quis ſi uiderit ſæuientem principem: non ſæuire incipiat? ſi ocıantem non ſe dedat ocio: bellantem:non bella ſequatur? & luxuriantem:& incontinentem:& laſciuientem: & deuorantem: ut hæc non omnia faciat? ſi ſpectaret adoleſcens olim Albinum Principem in menſa ſedentem:qui ut Cordus hiſtoricus ſcribit ficus quingentas paſſarias & centum perſica campana: & Melones oſtienſes decem:& ficedulas centum:& oſtrea quadringenta una deuorabat cœna:qd huiuſce ad imitationem nō tentaret? lex eſt profecto bonus Princeps nobis: norma:exemplum:ſpeculum uitæ. Diis gratias agimus q te habemus Princeps noſter:quod is eſt ut uolumus. Viuet in æternum tua clemētia: tua māſuetudo:conſtantia:tua probitas:tua continentia. Nihil in te præter æquum: decorum:Illuſtre:Magnificum: liberale: Omnia præſtanti humanitate tractas:non iracundus:non ſæuus:non uiolator:non dolo:non fraude agis: ſed uirtute uincis. Tibi hæc eſt ſingularis per totum orbem gloria:ut in tuo pectore nihil niſi honeſtum recipiatur. Tantas uirtutes tuas:quis poſteritati denuntiabit? Nempe monumenta loquentur. Ama Inclyte Princeps eruditos homines qui aureas habent linguas:qui præcones in uniuerſo orbe eminēt. Imitare Alexandrum illum Impe. dignum qui ſemper uiros doctos amauit. Quibus Annua ſalaria inſtituit. Nihil agebat ſine acri iuriſperitorum conſilio quos in ſecretis ſemper habuit:præſertim Fabium Sabinum:Domitium Vulpianum Iulium Frontinum: Pomponium:& alios excellentes uiros qui operam Papiriano dederant. Eſto Princeps noſter bonæ cōſuetudinis ſtudioſus inter tuos populos:ſi tu obſeruabis:cæteri cauebunt pterire punctū. Mithridates:Alexāder magnus:Alcibiades:ad cultū ueſtiū ad loquendi modū: ad mores ſuorū ſubditorū ſe plurimū accomodātes plurimuū beniuolentiā acquirebāt. Qui ſui erāt:noſcebāt pcipue: noīatim uocabāt:nō indignabant loqui. Nihil eſt qd magis alienet:multitudinis aīum a principibus:quā negligi præ alienigenis:quibus ſi fauent:& ſuos negligant:qui præcipue deberēt eſſe curæ: in magnum cadunt odium. Et ſi ab eis aliquid exigitur: putant pro locupletandis aliis rapi. Et ſe alienis quaſi obiici prædam. Neq; patriæ iudicant quicquam moleſtius aut pernicioſius: neq; Principi pericoloſius: quam externis Remp. committi. Luxus uaſtis apud ueteres & recētiores ubiq; damnantur. Ij præcipue priuatorum familias euertunt:pariunt parentum neglectum:uxorum contumelias. Eſt profecto nimius ſumptus patrimonii nedū abſumptio:ſed futuræ calamitatis & extremæ miſeriæ initium. Recte Perbonus facit. Qui nec domi neq; foris ducit uitam pro arbitrio uulgi: ſed præuia magiſtra ratione:ſuæ inſeruiens ætati:& temporibus. Sic Plato ſyracuſis: & ubiq; gentium:hiſdem ſe motibus dignum/eodem ſe præſtantē amictu/oratione uitæ uſu exhibuit. Semper idem Plato:& talis apud Dionyſium: qualis fuit apud Dionem. Oportet maxime principes beneficiorum eſſe memores: proinde Dux Sereniſſime rogo ut memor ſis tui compatris. Qui ut mutuum prætercam:tam integre:tam ſancte: ſummis magiſtratibus & publicis officiis ad utilitatem & cōmodum Reip. functus eſt:ut de noſtris domeſticis opibus multa refuderit. Hoſtes tuos & rebelles ita iuſta cenſura eſt proſecu/

Excpla ma/la

Albinus Cordus hiſt. Magnus de uora.

F.SF.

Monumēta loquentur

Alex. impe.

Vulpi

Ad mores ſuorum

qd alienet

Cadere in odium

Vaſtis luxus

Nimius ſumptus

plato

tus:non ſine periculo uitæ non ſine multorum coacetuato odio & tamen hu
Elogium cuiuſq; illi nulla exhibita eſt remuneratio. Quid nõ inimici egerit:ut ad eos trã
ſiret: Quid non Galli ſunt polliciti? innotuit tibi ex illius Abbatis Elogio: qđ
explicuit coram Principe Tridentino: & coram diuo Maximiliano Cæſare.
Quotiens eo tempore dicebas: pro comperto habitum: ac liquidius patere:
Perbonum impenſe amare Fran. Sfortiam non ut Mediolani ducem: Quod
ſit uerius uero: res ipſa indicauit. Qui cum uxore: tenellis filiis: cõſtanter for
tunam tuam ſæuientem ſubſecutus eſt. Quid obſecro: me cogebat in alienis
locis chariſſima coniuge relicta: & lactante adhuc ſobolem: & te per ſaxoſas
alpes: niuoſaſq; rupes ac deuia prærupta ſæuiente hyeme per glaciales Ger-
Amor meus maniæ plagas: cum tanta pecuniarum profuſione in cõſtantiam acceſſurum
proſequi? Nempe amor meus in te præcipuus: & fides candida. Te profecto
Cæſari qui in: apud ſe retinere uolebat: Te meæ dulciſſimæ coniugi: Te cha
Dulcis recor. riſſimis filiolis: Te ſine dubio ſaluti meæ: uitæ meæ: aiæ meæ patriæ meæ præ
poſuimus: Cuius dulcis tunc erat recordatio: quæ ſolet ſub alieno cœlo ſæ-
pe occurrere. Sub quo quanto tellus aſperior: tanto patriæ memoria fit ſua-
In exilio affectus uior. Sic eſt pfecto in exilio: creſcit proprii domicilii affectus. Nam unicuiq;
ab incunabulis locus natalis charior eſt. Quippe ut feris datum eſt ſyluas
Lares patrii quærere: ita hominibus lares patrios ſupra cuncta diligere. Sic aues ſuos ni-
dulos appetunt: feræ cubilia ſua repetunt: ſic piſces ſuas cauernulas. Multi ta
men patriam relinquunt: ut ſapientiam indipiſcantur: Multi ut diuitias coacer
uent: Multi ut non uiſa uideãt: Nos uero procul a patria neſcio ſi facti ſumus
Vertere ſolũ ſapientiores: ſcio quod facti ſumus pauperiores: debiliores: ſeniores. An obli-
tus es Princeps Inclyte: an mente decidit tua: quum uertebamus ſolũ. Quã
tis me augebas uotis: ſi unquam: dicebas: me patriæ reſtituat Deus: catellis
Benefacturũ muribus felibuſq; etiam muribus domus meæ benefacturum. Et ſi nunquam ſpes in
ciſa: tamẽ hactenus: ego. Vxor mea: filii mei in expectatione perſiſtimus. Ipſa
quoq; domus Mediolani quam tuo emi a fiſco: quod neſcio quid tui obſtit
Infauſta tẽpora fædens ablata eſt: nec mihi eſt pecunia reſtituta. Conuincar attamen ſi obii-
cias quam infælicitatem infauſta tempora portenderint: quantis te doli
Conuincar. depreſſerint malis: Conuincar: eſto: ſperamus tam Inclytum principem
non ultra paſſurum e conſpectu rem meam peſſundari. Nam quanto te
fortuna altius euexit: tanto magis conuenit te gratum eſſe & beneme-
Inſani ſenſus ritorum eſſe memorem. Præſertim eorum quos in aduerſis rebus para-
tos & obuios habuiſti. Sed abſint malignæ mentes: nemo ſit tam im-
pudens tam inſani ſenſus: ut audeat inter optimum Principem meum
& Perbonum ſeſe interponere. Fiet ſane ab utraq; parte confoſſus. Con-
queritur Perbonus de malignitate improborum qua pene cum ſuis ad
famem redactus eſt. Et familia copioſa neſcit ieiuna ſilere. Sua cuiq; ui-
Lingua libera detur cauſa iuſta. Diximus hæc: ut uirtus Principis: ea diuina humanita-
te ſit omnibus cognita, quum patiatur a Perbono & a quouis priua-
to in iudicium euocari. Sic iubet iuſtitiq; tanquam ſub nobili Princi-
pe, lingua cuiuſq; ſit libera. Sed ſcio quod officia & benemerita no-
ſtra gerit ſecum affixa: nec latet Prudentem: atq; Memorem Principem:

Q uid noſtra interſit:necnõ procurabit:ne poſt hac opprimer in iuribus Mar
chionatus inciſæ.Fuit mihi Priceps optimus læta fronte benignus & præ/
ſens in cauſa Ouiliarum:Operam profecto mihi nunquam hanc delebit obli
uio.Sperabit pro tui animi uirtute q́ſq; probus:& Maior Inſubria fiet:tua dif
fuſa iuſtitia.In qua firmior quã Antiochus eris:hoc nomine tertius. Q ui da
tis ad ſuas ſingulas ciuitates litteris indixit: ut ſi quid præter leges publi/ Antiochus.
cas:iuſſiſſet: ne ſibi in eo parerent unquam:Et iniquos iudices illico cruci
uoluit affigi.Hæc eadem cunctis regnis faciundum puto:hac cito lege dita/
buntur Principes ſine alienis incommodis. Et ſuperuacanei qui quottidie
emergunt ſumptus amputabuntur: ſi Magiſtratuum uoracitati obſtrui
ora:& rationes redituum ac expenſarum frequenter repreſentari non pigue/
rit.His nempe uiis boni augentur cenſus: & nullam populi ſentient graue/ Rões redituum.
dinem.Euidens mihi profecto eſt:Princeps Mi Sereniſſime te omnia hæc
una die facturum.Non patientur iſta diutius non cognoſci uiri boni:& ſa/
pientes & Illuſtres:quorum tibi grata eſt cõſuetudo & amabilis.Digni pror/
ſus tanto Principi aſſiſtentes: ut Alexander bentiuolus:uir Illuſt. Antiqua
proſapia:Vir cuius in animo certant de primario loco mãſuetudo: integritas Alex. bent
ſplendor.Inſignis ſane inter omnes uiuentes ſicut inter lapillos adamas.Ad/
eſt prope Franciſcus uice.Q uem omnes boni amant omnes boni obſeruãt:
Q uem antequam quis uiderit:magnificat & laudat. Et poſtquam nouerit F.uicec.
tãta hũanitate p̃ditum ueluti cæleſtẽ colit.Sunt & alii in hac Illuſtriſſima fa
milia qui ad Principem noſtrum magno beneuolentiæ ſtudio adeũt & uer/
ſantur:ut Octauianus Vicecomes & eius frater Alexãder.Veræ huius fami oćtaui.uice.
liæ lumina:& ueteris Vicecomitum ſplendoris & uirtutis retinentes: tanta Alex. uicec.
utriuſq; bonitate:ſapientia:& probitate ornati:ut quo uis loco ſupremorum
dignitatum apud Principem decorari mereantur.Multi & alii inſignes nobi
litate:tum Triuultii ſplendore gentis & propria uirtute plurimũ a Principe
& amati & honorati:Comes Io.Firmius & Rhenatus:& Eques Triuultius. Io.Firmius. Rhenatus Eques triuul.
Neq; inter hos abeſt comes Io.Franciſcus ſomalia:multa animi nobilitate:&
diuitiis præſtans. Et is qui omnem nobilitatem præſentia decorat:Comes Io.Frã. Soma.
Maximianus ſtampa & eius fratres:qui ueteri nobilitate & armorum & fide
egregia Principi gratiſſimus.Eſt & Ludouicus gener meus de caretto & plu C.Max. ſtãpa.
rimi alii & hac eadem familia qui ſpõte Principi noſtro adhærent & ſeruiũt.
Et ornamentis uirtutum plurimum potentes Nicolaus & Ludouicus ſca/ Ludo.de carreto.
lampi.Illuſt. & Pallauicinus Sfortia:ac Folianeus: nobilis pelegni Mar/ Scalampi
chio: uir inter Principes doctiſſimus: & optimus.Eſt & Iacobus Galleta/ palaui.sfor.
ta ueræ fidei ac uirtutis ſpecimem. Eques puſterlanus: uere eques ſub/ Ja. Galera.
limi animo: uir & manſueto iucundus & omnibus gratus. Et eius nepo/ Eques puſter.
tes Baldeſar:ac frater iuuenes bonis diſciplinis ornatiſſimi:Tum Hierony Hier.botta.
mus botta:& alii Illuſtres Inſubriæ uirtutibus perſpicui.Et Benedictus cur/
tius maternus gentilis meus:quem ob uirtutum magnitudinem nulla detur
pant uitia.Q uid ne imprudẽs taceam? Q uãto ſublimis inſtituto frequens
adſit Principi noſtro Reuereñ. Verulanus cuius uirtute & rerũ uſu:& diui/

no prope conſilio:Res ubiq; eccleſiæ ſenſere auctum:ſenſere decorem : ſenſere gloriam.An non ne hic nouus Ennius? Qui tria exiſtimatus habere corda:ennio profecto maior:Ennio profecto cordatior. Maior fortuna qui prudentia ubiq; fortunam ſuperat maior perfidis hoſtibus: quũ eius prouidẽtia catholici certatores uincant:Eſſet nunc labes hec lutherorũ ſpurciſſima uſq; ad latiales ꝑpoluta colles: niſi hic ſua ſapiẽtia retinuiſſet Impetũ: niſi fortiſſimos ad capiẽda arma e qnq; pagis inanimaſſet milites:q quotidie obſtãt quotidie ꝑ ecclĩa Ro.certãt:Beata petri limia ſi huius cõgerit de oſculãdis ſubiici pedibus. Tũc nr̃æ erũt pacis fruges & p Italiã & europã lucebit ſanctũ ſæculũ & aurea ꝑles tãto gaudebit ſydere. Sunt & alii magni & ſummi uiri.

Caraccius : Inter quos eminet R.& Illuſt. Marinus Cartaccius Neapolitanus:Apoſtolicæ ſedis ꝓthonotarius & Cæſareus ſenator ſapiẽtiſſimus Dignus profecto qui a ſecretis Cæſaris negocia tractet:Dignus qui Principes:Reges:Põtifices adeat:qui fœdera firmet:qui pacem componat:& ſi quid præclarius aut ſpecioſius inter humanum genus confici poſſit:dignus utiq; qui tractet : expediat conducat. Maiorem:& preſtantiorem non inueniet Cæſar:ſi fidem : ſi animi candorem : ſi uitæ integritatem: ſi rerum omnium notitiam requirat Cæſar:

Felix prince. Fœlix tũc Princ.quum circum ſe tot illuſtres & ſapiẽtes uiros inſpectet aſſiſtere:cum quibus conſultet:non quid bonum:ſed quid optimum agendum. Cõſulto res optimi nulla lingua ſatis laudari poſſunt. A quorum numero ſi Perbonus aberit:noſtræ hæ locum obtinebunt Ouiliæ. Quibus hic ſtatuimus finem. Tantum hæc Pauca addimus.ut unde initium ſermo noſter ſumpſerit.Illic ſiſtat.

F.SF. Dux pluſquam inclyte ita age:ut titulo patris patriæ ſemper dignus appareas:ut mens tua ſemper ſit candida : nulli affectui ſeruias.

Verũ decus Vnum quod eſt rectum:cures:omnia tranquille & moderate agas:cogiteſq; nullum eſſe uerũ decus:niſi quod a uirtute recteq; factis proficiſcitur. Deſq; operam ſemper ut laudibus quæ de te paſſim efferuntur magnitudine animi plene reſpondeas. Deniq; uotum concipe:det tibi Immortalis deus

Regalis tha. Regalem thalamum unde de te perpetuam ſperemus prolem:pro tui animi plenitudine gaudii:pro ſalute omnium:ne denuo in peſtiferum bellum incidamus:ne rurſus patria derelicta alienis pereat manibus. Optimus deus & maximus hoc tibi & nobis & futura omnia ſecundet:& fortunæ noxiã propellat inuidiam. Vt perpetuo hoc præſenti gaudio frui liceat. Quod diuino fauore:& tua prudẽtia in præſens partum nemo dubitat. Vale Dux inclyte:&

Adagia. ſæliciſſime ualeas ita ut uis & optas & amplius. Et hæc adagia quæ curſim ſe

Appẽdices quuntur uelut in fine appendices:ea ſerena fronte legas qua cætera tuorum ſeruorum ſpectare ſoles.

¶Centum ſententioſa Adagia In primo libro Ouiliarum.

DEus melior eſt nobis q̄ nos ipſi nobis.
Deus ens ſolus: Cætera entis.
Quod mouet & nō mouet́ :Hic eſt deus.
Fortuna non eſt uera cauſa:niſi ſit deus.
Princeps ſimilis eſt deo ſi ſemper adiuuat.
Princeps optimus reip.ſalus.
Placere principi:non parua gratia eſt.
Elcemoſina extra forturiam eſt.
Cito ludibrium fortunæ ſimus quū uolumus:
Ne ſit filius ludibrio corrigat pater.
Filius ſapiens eſt gloria patris.
Plerūꝗ qui caſtigat:Amat.
Pater qui filium docet in illo gloriam quærit.
Melius eſt eſſe pauperē ſanū q̄ diuitē infirmū.
Si te animūꝗ uincis tunc uere fies fortis.
Habere argumētū ætatis nr̄æ eſt optīa mēſura.
Is uere probus eſt quem non penitet.
Qui ſe negligit:odio habet naturam.
Bōa in adoleſcēte īdoles ē futuræ uirtutis ſignū
Curatoris non eget qui rem ſuam probe norit.
Neſcit Amor formæ obliuiſci.
Sepulchra mortuis ſuperuacanei honores.
Nil homini tā horrēdū:q̄ putare nihil eē futurū
Nil tam aſperum quod non molliat uſus.
Victis inuidis:ſuperbit homo.
Sua non intereſt hominis noſcere dei conſiliū.
Vt diu mēoria nr̄i duret:mōumētis īgēii opus ē
Quæ citiſſime florent:celerrime cadunt.
Cum mortuis loqui operoſum negocium eſt.
Non eſt malum quod homo non cogitet.
Naturæ opera non continentur numero.
Manducet panem qui ſuo labore acquiſiuit.
Bona eſt lex ſi naturæ conſentit:
Bonum eſt ſapere ad ſobrietatem.
Vtrinꝗ Medium commodius.
Ne quid nimis ne quid minus mediū poſcunt.
Lex friget ubi minæ ſuperant.
Lex non habet locum ubi tranſgreſſio non eſt.
Cæleſti gratia indiget hō : quia quottidie perit.
Victoria aliunde uenit ſi pauci uincunt.
Iure queritur qui in caſſum laborat.
Lex non eſt niſi iubeat.
Si ad naturam uixeris nunq̄ pauper: ſi ad opinionem nunq̄ diues.

De⁹ melior
Deus ens
De⁹ nō motus.
Deus fortu.
Similis deo.
Salus reipu.
Non parua gratia.
Elcemoſina
Cito ludibrium.
Corrigat pr̄
Gloria pris.
Qui caſti.
Querit glo.
p aup ſanus
Vere fortis.
Optima mēſura:
Quē nō penitet.
odio naturam:
Bona indo.
Nō eget curator.
obliuiſci formæ.
Sepulcha quid.
Nihil eſſe.
Vſus mollit
Hō ſupbit.
Intereē hoīs
opus monumentis.
Quæ cito Florent.
Loqui cum mortu.
Hō cogitat.
opa naturæ
Manducet panē.
Lex bona.
Bonū ſape
Mediū.
poſcūt me.
Friget lex.
Lex nō haber locum.
Quotidie perit.
paucivincūt
Querit iure
Lex iubet.
Qui nunq̄ pauper.

Facile credit qui in eodem cupidus eſt.
Fortuna dea eſt imprudentibus.
Virtus non rite adhæret aliud agentibus.
Mors ſubita: paratis ſemper: res pretioſa eſt.
Terra quũ animalia paſcit: ſe ipſam pinguefacit.
Nihil habemus quod non reddituri ſimus.
Tempore nihil doloſius nihil ſilentius.
Dum ſumus quottidie aliquid non ſumus.
Maiores nobiſcũ hoſtes gerimus: ſi multa cupimus
Satis habet: ſi id quod habet non ultra querit.
Bonum non eſt bonum niſi diffuſum.
Patientia minus: dura: præuiſo malo.
Facile patimur: ſi ſubſequitur lucrum.
Spes lucri multos precipitat.
Beneficium non eſt: niſi iuuet.
Dolor non eſt: niſi ſentiatur.
Paupertas domina eſt ſi innocens.
Deo qui plus ſeruit minus eſt ſeruus.
Libertas nulla uiuentibus.
Facile nobis amamus conformia.
Mortem certo ſcimus ſed opinamur.
Nullus plus decipitur q̃ qui plures miniſtros habet
Plus uulgi opinio põt q̃ pauci ſapientes.
Sapiens non eſt qui ſibi ipſi non ſapit.
Diuinum eſt omnibus prodeſſe.
Nihil eſt quod magis decipiat quam ſpes.
Sapiens non timet niſi ſe ipſum.
Nil ſtultius ſine lucro curare aliena & ſua negligere
Quũ uides hominẽ officinã cogitationũ uides.
Humana lingua: inſtrumentum inuidiæ.
Oculus ianua liuoris.
Aures inuidioſorum ſtillicidium.
Vox non emiſſa ſcribi non poteſt.
Melius ſilere q̃ multa loqui.
Quum ſuperbit homo: ſe ipſum decipit.
Non ſe decipit: qui cuncta moriturus metitur.
Securius eſt habere rationem cum terra q̃ cũ ſtellis.
Fœlix homo quũ omnia a limine ſalutat.
Nil miſerius homine ſi hic deſinit eſſe.
Vere ſit diues qui hinc exteras quærit opes
Abunde ſcit ille: qui ſe futurum immortalem credit.
Nil pernitioſius homine credente animam deſiturã.
Secura quies eſt adhærere deo.
Nunquam poſt hac dolebit: qui quottidie dolebit.

Cupid⁹ credit. Fortuna q̃bus eſt dea. Aliud agentibus. Mors res p̃tioſa. Terra ſe pin. Reddituri ſumus. Nihil ſileti⁹. Sumus non ſumus. hoſtes geri. Nõ vltra q̃rere. Bonũ diffuſum. Patientia. Lucrũ ſeq̃ns. Spes lucri. Beneficium. Dolor. Paupertas. Minus ſeru⁹. Nulla libtas. Amamus. Opinari mortem. Qui pl⁹ dec. Opinio potens. Qui ſi ſapit. Diuinum. Spes decipit. Timere ſe. Curare aliẽa. Hõ officina. Lingua qd. Oculus qd. Aures quid. Scribi. Silere. Homo decipit ſe. Non decipit moritu. Quid ſecurius. Homo quã dò felix. Hic deſinere. Vere diues. Scire abunde. Quid pernitiſ. Quies ſecu. Dolere quotidie.

Solus non eſt qui legit libros. Nō eē ſolū.
Sero penitet negligentem: Negligens.
Optima coniunx uera eſt imago uiri. Coiunx qd.
Amicitia uera eſt ubi uerum amoris pignus eſt. Vera amicitia.
Ibi non ambigitur ubi ſenſus uere capit. Vbi non eſt ambiguum.
Parta ſi negligis: laborem quæris. Negligere parta.
Furit qui nullam audit rationem. Qui furit.
Errabundus ſemper eſt qui ſinem non ſpectat. Errabūd⁹ q
Parum ſapit: qui nunq̄ aduerſa paſſus eſt. Qui parum ſapit.
Deridetur a diis q ſe hic ſemper permanſurū putat. Quos dii derident.
Mens principis ſapiens: Dos eſt maxima ciuium. Dos maxīa
Mens boni principis: ſol eſt terteſtris. Sol terreſtris
Qui pro ſalute pricipis orat: publicū bonū ſpectat. Bonū publi.

¶ Finis Primi Libri Ouiliarum.

Liber ſecūdus Quiliarum Ad Clementē Pontificem ſanctiſſimum de vera Religione. vbi breuiter omnes cōmemorantur Pōtifices. Et cōfutantur omnes haereſes, praeſertim Lutherana.

✠



Gaſparis Elephantutii Patricii Bononienſis Inclyti Epigramma.

POntificis Summi lætatur Felſina mytram.
Cernere tergeminam/& Cæſaris ora ſacri.
Franciſco hæc eadem exultat/gaudetq; Secundo/
Q ui late Inſubrum fortia ſceptra gerit.
Principibuſq; aliis/quos longum eſt ferre/tenebat.
Cæſaris hos/ illos curia Pontificis.
Cum quibus & pariter te Perbone quiſq; putauit
Præſentem aſpicere/colloquioq; frui.
Sed quando haud licuit/ſatis eſt monimenta uidere
Poſſe tua/& ueræ religionis opus.
Atq; licet poſſit Fortunæ iniuria multum/
Auxilio ipſa aderit dextera Pontificis.
Nec ſinet Ouilias Lethæo in flumine mergi/
Rarum opus/& rara ſedulitate/ tuas.
Et uitium ingratum uincet/quo turpius eſt nil/
Auctoriq; adimet fata maligna ſuo.



Clementi Beatiſſimo Pontifici Maximo

Hieronymus Perbonus. Bene Eſſe.



SApientiſſime/ac omnium fidelium paſtor/& ue
te cuſtos & pater / uana hominum mortalitas ad
decipiendum ſe ipſam multum/& ſemper inge/
nioſa fuit. Homo enim imbecillis / & ſuperbus/
ut primum fortunã ſibi blãdiẽtem ſentit/ illico ſe Fœlicitas. humana.
fœlicẽ exiſtimat/ & credit. Crœſus olim Rex di Homo.
tiſſimus/aduerſum Solonis ſententiam ſe fœlicẽ Crœſus.
protulit/eoq; tãdiu opinionis effluit imbutu/quo Solon
ad culmine imperii deiectus/ ſe/& humanam for
tem cœpit melius dignoſcere/magnum noſtræ ui
tæ ſpectaculum. In rogo poſitus/& in eo igne moriturus alta uoce Solonem/
Velut aliquod diuinum numen repetebat. Cuius miſertus Cyrus ea tempe
ſtate omnium principum decus/admonitus mortalis miſeriæ uitam condona Cyrus
uit. decipimur ꝑfecto Pater Sancte/ſi credimus hic hiſce fortũæ bonis fœlici
tatem aliquo pacto attingere. Putauit ille tuus quondam populus Romanus
orbis uictor ſuos poſſe impartiri fœlicitate/Si uaſtas mundi opes indipiſceren Romanus.
tur /ſi magnos agerent triumphos/Si ſtatuas/Arcus/ Tẽpla æternæ memo populus.
riæ conſecrarẽt/ſi hoſtes uicere/ac proſcribere poſſent. Iccirco L. Scylla dicta L. Scylla
tor romanorum primus fœlicis ſibi cognomẽ temere aſſeruit/ciuili ſcilicet ſan
guine fœdatus/peioris paulopoſt futurus ſortis/ q̃ eorum ciuium/quos cru
deliſſime trucidari iuſſerat. quorũ hodie miſeremur/ quũ Scyllã nemo nõ ode
rit. Sed quãtũ fuerit fœlix/exit⁹ uitæ ei⁹ demõſtrauit erodẽte ſe ĩpo corpore/&
ſupplicia ſibi gignẽte. Quintus Metellus patrẽ Luciũ fœlicem appellat in ea
oratione/ quã de eius laudibus habuit/propterea quod maximas res fuerit cõ Q. Metell⁹ Luci⁹ fœlix.
ſequutus habitus præcipue bellator primarius/orator peritiſſimus/Senator
optimus/Imperator fortiſſimus/q; eius auſpicio præclare res geſtæ ſint/q; ma
ximis honorib⁹ ſit uſus/q; multos reliquerit filios/q; ei tribuerit. P. Roman⁹/
quæ alicui nemini a condito æuo/ut quoties in Senatum iret/Curru ueheret
ad curiam/magnũ/& ſublime. Cæterum is tandem orbam luminibus exegit
ſenectam amiſſis incendio/ quum palladium raperet ex æde Veſtæ. quo ſit ut
(inquit Plynius) infœlix qdẽ dici nõ debeat fœlix tamẽ eſſe nõ poſſit. Quin Metellus.
q; huius Lucii Metelli nepos inter rara fœlicitatis humanæ exẽpla connumera Macedonic⁹ & eius filioꝝ
tur. Nam præter honores ampliſſimos/ cognomen Macedonici/a quatuor fi nomina
liis illatus eſt rogo/quorũ nomina ſunt ex Plutarcho de fortuna Romanorũ.

Q. Balearicus L. Diademat⁹ M. Metellus, C. Caprarius, uno pretore, trib⁹ conſularibus, duobus triumphalibus, uno Cenſorio quæ ſingula quoq; pau cis contigere. Tamen in ipſo flore dignitatis ſuæ a Catinio Labeone Tribuno plebis, quem e ſenatu Cenſor eiecerat, reuertens e campo, meridiano tempo re, uacuo foro ad tarpeium raptus ut precipitaretur, ægre tribuno, qui interce deret, reperto, a limine ipſo mortis reuocatus alieno beneficio poſtea uixit. Donis inde etiam conſecratis a damnatu ſuo tanq̄ parum eſſet faucium cente in tartarum expreſſiq; per aures ſanguinis pœnam exactam eſſe. Equidem & Africani Aemiliani inimicum fuiſſe, inter calamitates duxeri ipſo teſte Mace donico. Si quidem liberis dixit, ite filii, celebrate exequias, nunq̄ ciuis maio ris funus uidebitis, & hoc dicebat iam Balearicis, & Creticis, & Dalmaticis iā Macedonicus ipſe. Verum, ut illa ſola iniuria æſtimetur, Q uis hunc iure fe licem dixerit, periclitatum ad libidinem inimici? Q uid non ea fortunæ uiolē tia denigrarit, tracto in Capitolium illo, in quod triumphans ipſe de earū exu uiis in captiuos quidem ſic traxerat. Nulla eſt profecto ſolida fœlicitas, quam non contumelia uitæ rumpat, nedum tanta, & quod ſupereſt, neſcio maior gloriæ, aut indignationi dolor accedat inter tot Metellos tam ſceleratam Cati nii audaciam ſemper fuiſſe inultam. Nec hæc ſola nos admonent Beatiſſime Pater Clemens, q̄ parua ſint hic in rerum mortalium turbine fœlicitatis initia, nedum progreſſus ſuſpicer quidē. Si ea quæ in faſtigio totius uniuerſi poſita in admirationem ducimus, nec fœlicitatis nomen iure merentur, quid cætera, quæ undiq; ſcaturiūt malis, fœlicia eſſe poſſunt? Ille diuus Auguſtus, quē uniuerſa mortalitas fœlicē exiſtimauit, potuit ne merito dici fœlix? ubi tot ſor tis humanæ reperiūtur uolumina, tot in eo reperta potius infœlicitatis ſigna, q̄ fœlicitatis lumina. An is fœlix, qui repulſam paſſus apud auunculum in ma giſterio equitum? & contra uoluntatem eius prælatum Lepidum, qui odiū & inuidiam in proſcriptione, & in triumuiratu peſſimorū ciuiū ſubiit, qui in Phi lippenſi prælio morbum, fugam, triduo latebras in palude, & aquam ſubter cute fuſam paſſus, & turgida latera, qui naufragia Sicula, & aliam ibi in ſpelū ca occultationem, in nauali fuga uix hoſtium laqueos euadens, qui tanta ſol licitudine Martis Achaii, Pannoniciq; belli, Tumq; pōtis periculo afflictus, qui militum ſeditiones tot, qui tot ancipites corporis morbos, inſidias petitæ uitæ, adulteriū filiæ, tot triſtes orbitatis luctus, aliud neptis adulterium, cō tumelioſum priuigni Neronis ſeceſſum, tot inde mala paſſus, inopiam ſtipē dii, rebellionem Illirici, peſtilentiam urbis, famem & ſitim Italiæ, deſtinatio nem moriendi, & quatridui inediam, & maiorem mortis partem in corpore re ceptam, & poſt hæc apud Germanos Varianam cladem, & fœdam maieſta tis ſugillationem, poſt Liuiæ uxoris, & Tiberii cogitationes ſupremæ eius cu ræ. Q uod ſi hunc Pater Sancte ueris circūſpexerimus iuditiis, potius miſe rum q̄ fœlicem Auguſtum exiſtimabimus, dum tot uitam ipſam aduerſis, at q; inſidiis tranſegit uiuens. Q uod ſi in altiori loco poſitis id accidere poſſe ne gabimus, & uaſtum, & immenſum pondus rerum, quod tranſigendum ha bent, quid de his, qui per hæc ima ſerpunt, & abiecti a fulgore hominum, di cemus? Habent ne hanc quaſi uerius fœlicitatem uelut immunes a Fortunæ inſidiis?

Catinius labeo.

Aemilianus Africanus.

Auguſtus Imperator.

inſidiis? Quod ſi in hac reputatiōe citabimus Delphica oracula/inueniem⁹ potius pauperrimos fuiſſe beatiſſimos/& fœliciſſimos/qui a rebus & negociis exempti/uitam puſillo rerum uſu contenti exegere. Conſultus Apollo a Gyge Rege tūc ampliſſimo mortalium quis nā beatior fœliciorq;? Aglaū Pſophidium eſſe fœliciorem reſpondit. Senior hic in anguſtiſſimo angulo Archadiæ paruum/Sed annuis uictibus large ſufficiens prædium colebat/nunq̄ Ex eo egreſſus/atq; ut e uitæ genere manifeſtum erat/minimam cupidinem/minimum in uita mali expertus. Dicemus ne hūc fuiſſe fœlicem Pater Sancte? minime quidem. Non enim fœlicitatem puto reperiri ſine animi ſplendore. Hunc ille in tenebras coniectus haud poterat conſequi. ergo fœlices exiſtimandi/qui per ora hominum celebrātur? ne id ſane. & ſi Iouis aſtipulatu uetuſtas celebret Euthymum Pyctem pugilem ſemper olympiae uictorē cui patria Locri ī Italia imaginē erexit/Et Callimacho canēte/uiuo & mortuo ſacrificatum/quaſi hoc placuiſſet diis. Sed decipimur ſub ſpetie recti Sanctiſſime Clemens. Quid enim id poteſt tandem/ꝙ inſana uulgi opinio admiratur. triumphi/arcus/ſtatuæ/pyramides/tēpla erecta/imagines/honores/magiſtratus uix radicem fœlicitatis attingunt. prætereūt uelut umbræ/& nihil afferunt/niſi quandam intuitionis Speciem. decidunt ad caſum hominum/& interitum in æternum ſentiunt. Parati fortaſſe ſunt/qui præponant cæteris diuturnam/& longæuam uitam. Anacreon poeta Argāthonio Tarteſſiorum Regi tātum bonum attribuit/propterea ꝙ centū & quinquaginta uixerit annos/& Cyniræ Cypriorū decē annos amplius/& Gorgiæ ſiculo cētum & octo. fœlix his rationibus fuit Stephanion qui utruiſq; ſaecularibus ludis ſaltaſſe dicitur/& diui Auguſti/& quos Claudius Cæſar Conſulatu ſuo quarto fecit. Fœlix mons Tmolus/cuius in cacumine centū quinquaginta annos uiuere homines dicuntur/ſi uera prodidit Mutianus. Sed quid magis fœlix q̄ Cornix/cui Heſiodus nouem noſtras attribuit ætates/& quadruplum eius Ceruis/id triplicatum Coruis? Sed lōge erramus/non enim ii diutinæ uitæ tractus fœlicitatem pariunt/qui ſæpe magna uiuendi tædia ingerunt/& incommoda/& exitus pœnitendos uiuentibus coaceruant. longa ſenectus/plena malis funera cernit frequenter/qui longa grauatur die. Vidit ſuo ſenio Priamus patriæ incendium/& fœdum ad aram fatum tranſegit miſere. Sed Veteres decepti/alio alii fœlicitatem diuertunt. Suopte ingenio deliniti uoluptatem quidam poſuere/& dolorum carētiam. Diogenes perpetuam lætitiam innuit. Ariſtoteles bona animi/& corporis/externaq; maluit. Hominem ſemper ſanum/ſemper lætum/ſemper diuitem multi fœlicem credunt. Cæterum quum homini immortalis ſit mēs/nullum poſtet eſſe ei bonum niſi ſummū. Nobis autem ſummū quid aliud poteſt eſſe q̄ Chriſti gratia/quæ nobis hic inchoat ex conſcientiæ cultu/& innocētiæ perſeuerātia/ꝑ eccleſiæ ſacramēta/quae ꝑ ſummi/& maximi Pōtificis Romani manus/in Sanctum diffunduntur Cœtum/ubi uera in terris religio lucet/& habetur. De iis mihi tecum ſermo eſt Beatiſſime Pōtifex/quādo ea habes in terris fœlicitatis initia/& diffundis per omnes partes hūc imbrem uolentibus & bonis/Sedens in faſtigio rerum/prouidentia diuina

Gyges rex ll diæ.
Aglaus Pſophidius.
Euthymus Pyctes.
Vulgi inſana admiratio.
Vita lōgæua.
Anacreon Poeta.
Argan: honi⁹ tarteſſiorum Rex.
Cyniras cypriorum rex
Stephanion:
Tmol⁹ mōs.
Cornicis: Ceruii & corui ætas
Senectus longa.
Priamus rex.
Fœlicitas varia.
Mens hominum.
Fœlicitas vera.
Religio vera vbi.
Pontifex.

Clemēs pontifex. ad humanū genus gubernādū cōſtitutus. Multo Cœleſtiori gratia/q̄ p̄teriti
Pōtifices/auctus/& oīum mortaliū p̄conio digniſſimus eē iudicaris/ mira/
bili naturæ p̄mio dōatus/igēioſus ſublimitate rerū/& p̄æteris māſuetꝰ/Cle
mēs nedū uoce/ſed ītus foriſq; re Clemēs/uir uirtute tua ſupra cæteros qd
raro inuētū eſt/qui ita natura & Virtute pari ambulet/Profundā auitāq; ſa/
Sol. piētiā poſſides. & ſicut Sol luce p̄cellit oībus aſtris q̄ ī cæli ābitu uoluunt/
ita tu īter oēs uiuētes ſingulari uirtutū lumine refulges. merito Pr̄ ſctē/meri
Medicea domus. to Pōtificia decoraris cotōa. geris tecū ſtēma illud quaq; p̄te radios effūdēs
domꝰ Mediceæ. Quæ ſp oīum uirtutū hoſpitatrix extitit/ & hr̄. Quæ late
eruditotū p̄ſidiū ꝓfeſſa eſt. Quæ ita olim ſctē/ita iuſte Florētiſſimā Hetru
riā erexit/& tutata ē/ut nō maiori fœlicitate Latiales colles floruerīt moderā
Coſmus medices. te Auguſto. Cuius bēigna māu nō maior ingēiorū copia creuit/q̄ q̄ ſub tuis
auitis parētibus Coſmo/Petro/Iuliano/enituit ubertas. Illo tuorū ſæculo
Petrus medices: fœliciſſimo clariſſima uiguere ingenia. Emerſit ueſtris fouentibus oīum di/
Iulianus medices: ſciplinarū erudita māus. Tūc caput eloq̄ntiæ nitidius apparuit/q̄ barbaroꝶ
tenebris diu iacuit oppreſſa/a ueſtris in lucē reuocata totū orbē erudiuit. ui
uēt aeternæ lucis/q̄ tua familia patriæ otnam̄ta tribuerit/ut ſi tua Illuſt. do/
mus nō eo magnāimo fuiſſet pectore/nūc Florētia nō tāto rerū floreret ſplē
dore. fortunata tibi illuxit dies/quū tuos natales ſpectauere aſtra. nutritꝰ gre
mio cœli/& ad tn̄ mūdi iubar reſeruatus. & ſi tibi aduerſa euenere plurima/
factū reor ut tua diuina animi uirtus paſſim dignoſci poſſit. neq; id dormiēte
Herbā dare: numine actū ut Fortūa iuida ſuū aculeū exercuerit/ſed poſtrēo uicta herbā
dedit. ad tuū nutū cūcta poſtrata iacēt. Nō quieſti ſapiē. Pr̄ dōec tuo diuino
īgenio oīa ad q̄etiorē redegeris ſtatū. Cæſar Germanicus/ & Galliarū Rex/
& cæteri pricipes Europæ/ad tuos pedes depoſuere arma/q̄bus ardere totā
Xp̄ianā Rēp. uidimꝰ/& īfœlicē Italiā undiq; agitari/& bellico furore deua
ſtatā iacere. nūc tua iſta ſapiētia cōmodiꝰ uiuimꝰ/& q̄etiora tuo nūine cūcta
req̄eſcūt. & ſi pars mēbri reip. xp̄ianæ tabet dæmonū īſidiis corrupta/& p̄ſidi
Lutheri fœdo affatu perit/tn̄ tuo iuicto aīo nō ceſſas ut hæc q̄ ſerpit/radix ra
Decumana unde. dicitꝰ e medio euellat/& cymba eccl'iæ/q̄ iter decūanā undā fluctuādo agit
ī ſuū reducat portū. reducta ut tuo cōſilio & auc̄tate ſuis ualidiſſimis uiribꝰ
contra Turcāicas gētes ſancta explicet uela. ſicq; nedū aduerſæ fortūæ/ qua
Tempus in domitum. maxīe excitant īgēia/Sed tēporis indōiti uictor apd̄ poſteros/& triūphator
exiſtimaberis. Hæc d̄ te plēis faucibꝰ cātabit poſteritas/q; ī rebꝰ arduis nihil
p̄ſentiꝰ habebas/q̄ prudētiā/q̄ iuſtitiā. nil ex ore tuo exiſſe q̄ rectū/q̄ plenū
oīum uirtutū examē. nedū te maiorē Auguſto/nedū Netua/& Traiāo pru
Auguſtus Nerua Traianus. Cletus. Linus. Anacletus. dētiorē/ſed Cleto ſimillimū/& Lino & Anacleto/& uetiorē Cle. Quid ī iīs
dici p̄t maiꝰ? Dū ſedebat Leo maxi. Pōt. ſi qd actū ē p̄clare/illud/tua excuſ
ſum eſt ſapiētia. Vnio illa pricipū/& Italiæ coadūata uirtus/q̄bus artibus p
uenit ad metā? nēpe nō alio cōſilio ſ alia uirtute nō alio īgēio cōfecta/q̄ tuo
Inſubria Franciſcus Sfortia. Inſubria malis cōtinuo ꝓciſſa diſcordiis nūc te auctote quietior reſidet/&
Illuſt. Frā. II. placatiꝰ gubernat. Paruit tibi optimꝰ Imp. ita ut eſt optimꝰ ſic
obſeq̄ntiſſimꝰ eccl'iæ. utinā exēplo Cæteri admōeant pricipes/ut te uerū/&
uniuerſæ Reip. p̄rem/& diuinū gubernatorē intueant. utinā/poſtq̄ nūc pa
ce fruimur ob tuā egregiā ſapientiā/poſtq̄ cūcta ſunt pacata/recognoſcerēt
mortaliū pleriq; q̄bꝰ uiis/q̄bꝰ āſtris/expulſū ſit bellū. Deberēt tāte potētiæ

principes ſupremus antiſtes Farraceus/Sacratiſſimus Cæſar/ſapiētiſſimus
Dux Franciſcus ſecundus officii tanti a Perbono exhibiti eſſe memores/tā
numeroſa filiorum ſobole onerato, non eſt cunctis uiuentibus obſcurū quæ
fideiuſſio per me facta ſit Germanis militibus in urbe Tridētina. Scis tu Bea
tiſſime Pater/& meminiſſe potes/quum Leonis olim maximi Pontificis iuſ
ſu militiæ cauſa eſſes Mantuæ deputatus/an Quicq̄ fœlicius ſucceſſiſſent
bella pro recuperatione Mediolanenſis imperii/ſi ſtipendia Germanis militi
b9 defuiſſent. Pro qua fideiuſſione multa mihi icōmoda euenere/multæ mi
hi pecuniæ ablatæ ſunt/bonaq; ſub haſtario per Epiſcopum/& principē Tri
dentinum poſita/mihi profecto nō mediocris iactura/& tantis principibus
non leue dedecus. Opinor tamen ſi Melchion Langa archidiaconus Noua
riēſis tūc nūti9 p ipſa expeditiōe expoſuiſſet Clemēti/quæ p me acta ſint/
forſitan nunc quo ad ipſum non eſſet mihi impræſentia conquerendi cauſa.
Germani illi pedites/& Populus Tridentinus furore percitus pene Langā/
ac Reuerendū Iacobum Bainiſium interemere. Quæ Cuncta meis ſedata
ſunt promiſſis. Icciroo pro maximo erat decens iure/ut Melchion me
ſubleuaret/ſicut publico teſtatus documento ſub fide Sanctiſſimi Pontifi/
cis promiſerat. Bainiſium ualde bonæ frugi hominem eſſe omnes arbitrant/
& cognoſcunt. Eſt enim inter omnes religioſos apprime non minus doct9
q̄ integer/bene atq; ſapienter educatus apud Diuum Maximilianum Cæſa
rem. is recte potuit/nec fuiſſet ab eius probitate alienum/commonefacere
Clementem ſicut coram rogauimus/& litteris noſtris non paucis procura/
uimus/ut Epiſcopus Verulanus haec omnia tuae ſanctitati aperiret/ut Ia
cturæ/& incommodis noſtris aliquo eſſet modo conſultum/In eo ſperabā.
Homo eſt plenus fidei/& officii/& amicorum amicus/& religioſorū opti
mus/Epiſcopus morum/& uitae integerrimus. Sed quis hæc magis norit/
q̄ tua Beatitudo. an neget quiſpiam? Niſi ego dextera fideiuſſiſſem/illa ar/
mata manus Germanorum peditum in Italiam non ueniſſet/atq; de eo bel
lo actum eſſet/nec Dux Sfortia ad Italiae quietem eſſet ad paternū/& aui
tum ſtatum reſtitutus? Iam Proſper Colūnius par ueteri militiae princeps
commutatis caſtris iam cœperat alio diuertere. ut ſenſit noſtra opera auxilia
res aduentare copias direxit incœptum iter/& uictoria parta eſt. Reminiſce
re Pater quātum tuis olim auſpiciis elaboraui. utinam Caeſaris/& Sfortiæ
Trinitatis operatio/ ſicut una eſt ſubſtantia/eſſentia/uoluntas. & ſi alius eſt pater q̄ filius in perſona/ & alius filius in perſona q̄ pater/ & alius ſpiritus ſanctus in perſona q̄ pater & filius/tamen non eſt aliud ille uel in natura / uel in deitate/aut eſſentia.nec enim patrem poteſt dicere/niſi filium intelligas/nec filium dicere/ niſi patrem intelligas/cuius ſit ſanctus ſpiritus. Quocirca omnimodū inſeparabilis eſt ſancta trinitas/ ſicut in operibus/ ſic etiam in perſonis dicenda. Ideo quum ſolus Deus dicitur/qui facit mirabilia magna/ſolus ad totam ſanctam trinitatem referri debet/ & ſicut dicitur de Dei filio/lumen de lumine / Deus de deo/ ſic omnipotens de omnipotente / bonus de bono / magnus de magno, quia omnia naturæ nomina æqualiter de filio / de patre / & ſpiritu ſancto dici poſſunt/ſed non ita in relatiuis. non enim poſſumus dicere / uerbum de uerbo. quia uerbum relatiuum nomen eſt. quod ſolus eſt filius/ſicut dicimus deum de deo/quod non eſt ſolus filius Deus nec imaginem de imagine / quia ſolus eſt filius imago / ſicut dicimus lumen de lumine / q̄ non eſt ſolus filius quia ſubſtantiale nomen eſt. uerbum relatiuum. Neq; aliud lumen pater / aliud filius / ſed unum lumen eſt pater & filius / ſicut una ſubſtantia. Ideo recte dicitur lumen de lumine/ Deus de deo / ſicut unus Deus eſt pater/ & filius/ita unum lumen. & quia Paulus dicit Chriſtum dei eſſe uirtutem / & Dei ſapientiam. ubi intelligimus in Dei nomine patrem/ & Chriſti nomine filium. an pater non habet ſapientiam/ & uirtutem niſi in filio? abſit hoc ut credamus. ſancta religio docet ut intelligamus patrem eſſe ſapientiam/ & uirtutem/ ſicut filium ſapientiam/ & uirtutem/ ſicut & ſpiritum ſanctum ſapientiam / & uirtutem. non tamen dicimus eſſe tres ſapientias tres uirtutes. Quia ſapientia ſubſtantiale nomen eſt/ ſicut uirtus. ſic de charitate. non ſolum ſpiritus ſanctus eſt charitas/ſed pater / & filius etiam charitas. nō tamen tres charitates/ ſed una charitas. & quia ſanctus ſpiritus donum dei proprie dicitur/ & nullum donum dei charitate maius eſt / ideo ſancti ſpiritus proprie dicitur charitas. quo diffuſo/ & recepto tunc ſancti homines efficiuntur filii Dei/ & diſcernuntur a filiis impietatis. ſic ex his quæ diximꝰ q̄ in ſancta religione addiſcimus/ colligi breui poſſunt / trinarium hunc non repugnare unitati eſſentiæ. oportet id conſequi. Deum eſſe / & exiſtentem in ſua natura / & intellectum / & amatum a ſe ipſo aliter eſſe/ quā in homine. nam homo in natura ſua exiſtēs/ in intellectu / in amore / non eſt unum in ſubſtantia / ſed intelligēte & amante animas. non ergo eſt ſuum eſſe / ſicut Deus in eſſe ſuo naturali exiſtens/ & Deus exiſtens in intellectu/ & Deus exiſtens in amore / unū ſunt. & unusquiſq; eorum eſt ſubſiſtens. hos ſubſiſtentes latini perſonas dicunt / Græci hipoſtaſes Patrem / & filium / & ſpiritum ſanctum. hæ uero relationes reales ſunt / neq; ullo pacto accidentaliter inhærentes/ ſed ſubſtantia diuina ſunt / iccirco per has perſonalis diſtinctio conſtituitur. plures autem perſonas his tribus eſſe in diuinis impoſſibile eſt. Nam quum omnia Deus per ſuum intellectum comprǽhendat / & ſimiliter uno actu uoluntatis omnia diligat / impoſſibile eſt in Deo plura uerba / aut plures amores eſſe. ſi

Charitas.

Hipoſtaſes.

In deo non plura. verba.

igitur filius procedit ut uerbum / & ſpiritus ſanctus procedit ut amor / impoſſibile eſt in Deo eſſe plures filios / uel plures ſpiritus ſanctos. Et quia hoc exiſtente numero / neceſſe eſt proprietates in diuinis aſſignare / quibus utrique ab alteris diſtinguuntur / tres proprietates oportet patri conuenire / una qua diſtinguitur a filio ſolo / & hæc eſt paternitas. altera qua a duobus diſtinguitur / ſcilicet filio & Spiritu Sancto / & hæc eſt innaſcibilitas / quia pater Deus eſt non procedens ab alio / filius autem & Spiritus Sanctus ab alio procedunt. Tertia eſt qua Ipſe Pater cum filio ſimul a Spiritu ſancto diſtiguitur / & eſt hæc cõmunis ſpiratio. ꝓprietas uero / qua pater differt a ſolo Spiritu Sancto / non poteſt aſſignari / eo quod Pater / & filius ſunt unum principium Spiritus Sancti. At filio neceſſe eſt duas conuenire proprietates / unam qua diſtinguitur a Patre / & hæc eſt filiatio. alterã qua ſimul cum Patre diſtinguitur a Spiritu Sancto / quæ eſt communis

Spiritus ſanctus. ſpiratio. nec proprietates aſſignri poſſunt. quibus filius a ſolo Spiritu Sancto / & filius / & Spiritus Sanctus differant a Patre. Spiritus Sanctus autem habet unam proprietatem tantum / qua diſtinguitur a Patre / & filio / & dicitur proceſſio. nec eſt aliqua proprietas / qua Spiritus Sanctus differat a filio ſolo / uel a Patre ſolo. ſunt igitur quinque proprietates / quæ perſonis attribuuntur. quæ alia ratione notiones dicuntur. innaſcibili

Proceſſio. tas / paternitas / filiatio / ſpiratio / & proceſſio. Neque omnes hæ dici uere poſſunt propritates / ſi hoc in proprietatis ratione obſeruatur / ut proprium eſſe dicatur quod conuenit uni ſoli. nam communis ſpiratio conuenit patri / & filio. ſed ſecundum illum modum / quo aliquid dicitur pro

Spiratio. prium aliquibus per reſpectum ad aliud. ut bipes homini / & aui / per reſpectum ad Quadrupedia. nihil prohibet communem ſpirationem proprietatem dici. certum eſt quod perſonæ diſtinguuntur relationibus / & diſtinctio perſonarum innoteſcit notionibus / Notiones uero aliqualiter ad re

Notiones. lationes pertinent. Ex quibus quattuor relationes ueræ ſunt. ſed duæ ſuo nomine habentur paternitas / & filiatio. duæ reliquæ nondum repertum ſortitæ ſunt nomen / ſed utuntur nominibus originum. ut ſpiratio / & proceſſio / quibus pater & filius ad Sanctum ſpiritum referuntur. & Sanctus Spiritus ad eos. quum hæc dicuntur per numeralia nomina non ita intelligi uolo / ut numerus ſit in diuinis perſonis / nec ternarius proprie uel quantitas. ſed tres unitates / non ut partes numeri / ſed ut ſunt relationes. & hæc in domicilio religionis noſtræ puſilla libauimus de tanto numine. Quis eſt menſus manu aquam / & cœlum palmo / & uniuerſam terram clauſa manu? Quis ſtatuit montes in libram / & rupes in ſtateram? imbecillitas humani ingenii ad tanti ſplendoris culmina oculos erigere non poteſt. Tantum trinitatem unum Deum religio noſtra primum adorat. ex ipſo enim / & per ipſum / & in ipſo omnia. eſt enim ex ipſius uoluntate / & omnium conſiſtit Natura. ipſe eſt Auctor / quæ eſſe cœperunt. Eſt & alia in Religione noſtra Lex introeuntibus /

Chriſtus. ut non ſolum ea quæ diximus / credant / Sed quod Chriſtus ſit

uerus

uerus Dei filius. Non enim indoctas fabulas ſequuti (inquit Petrus)
notam fecimus uobis Domini noſtri Ieſu Chriſti uirtutem, & praſcien
tiam. Sed ſpeculatores facti ſumus illius magnitudinis. Accipiens enim
a Deo patre honorem, & gloriam uoce delapſa ad eum, hic eſt filius
meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et hanc uo
cem nos audiuimus de cœlo allatam, quum eſſemus cum ipſo in mon
te ſancto. Manifeſtum ergo ꝙ credere debemus, quod Chriſtus unige
nitus, & uere Dei filius eſt & quod ſemper fuerit cum patre, & quod a
lia eſt perſona filii, alia patris. Et quod unius eſt naturæ cum patre. quæ
omnia hic cognoſcimus per ſanctam religionem fidei Chriſti poſtmo
dum in uita æterna per perfectam uiſionem. Tunc illud ſanctum uer
bum ſpectabimus, de quo dixit ille. Et uerbum caro factum eſt, & ha
bitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, & habitabit in religioſis cor
dibus ſi uerbum meditemur, ſi deſideremus, ſi amemus. meditatio enim
de Chriſto filio Dei plurimum confert ad expellendum e corde ſcelus.
In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Ideo uerus re
ligioſus in lege eius meditabitur die ac nocte. Ideo eruditiſſime dixit
Paulus. uerbum Chriſti habitet in uobis abundanter in omni ſapien
tia. Non mirum ſi aſſuetus religioni ſemper prædicat uerbum inſtat
opportune, & importune, exequitur, & executioni deſtinat, ſicut di
ui Iacobi admonet præceptum. Eſtote factores uerbi & non auditores
tantum fallentes uoſmet ipſos. Chriſtus ſplendor, & ſapientia patris
conceptus de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine, & pro nobis Homo fa
ctus eſt. erat uerbum in Deo Patre, & non cognoſcebatur, ſicut uer
bum in corde noſtro conceptum non prolatum, Nullus cognoſcit uer
bum dum eſt in corde hominis, præterquam qui concipit. Tum primo in
notitiam emanat quum foras emittitur. ſic uerbum Dei, dum latebat in re
ceſſu paternæ mentis, non cognoſcebatur niſi a patre. poſtquam uiſi
bili facie indutum, ſicut humana uoce uerbum, manifeſtum, & cogni
tum eſt. Sic ſancta Baruci labia prodidere. Poſt hoc i terris uiſus eſt, & cum
hominibus conuerſatus eſt. Verbum quum profertur, & ſi auribus hau
ritur, non tamen uideri, aut tangi poteſt, niſi excipiat papyrus. Sic uer
bum Dei uiſibile, & tangibile factum, quum in humana carne quaſi ſcri
ptum eſt. Verbum regis codicillo propalatum, regis tunc uerbum di
citur. Ita homo, cui adhæſit Dei uerbum hipoſtaſi una filius Dei dici
tur. Qui in hunc uenit mundum, ut hominem ſaluaret. Origines ui
ctus alioqui pietate nimia, etiam ut in fine mundi ſaluaret Dæmones.
Quod a uera religionis ſapientia exploſum eſt. Diſcedite a me male
dicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius
protulit uox ueritatis. Ideo in religione paſſim ſuccinitur. Qui pro
pter nos Homines, & propter noſtram Salutem, & non pro
pter Dæmones, Vbi maior erga Nos Dei beneuolentia apparu
it. Fotinus hæreticus dixit Chriſtum natum eſſe ex Beata Virgi Fotinus hæreticus.

ne/Sed fuiſſe purum hominem.qui rite/& bene uiuendo meruit dici filius Dei per adoptionem. neq; fuiſſe ante beatam uirginem. Sed hæc duo noſtra proſcindit religio/ quæ eum credit eſſe filium dei per naturã.& non ſolum filium/ſed unigenitum.ſic Ioannes. unigenitus/ qui eſt in ſinu patris/ & contra ſecundum dictum/eſt celebrata dictio. Antequam Habraam fieret ego ſum. Ideo paſſim concinimus. ex patre natum ante omnia ſæcula.

Sabellius hæreticus. Sabellius uero licet diceret q; Chriſtus fuerit ante uirginem / poſuit tamen non eſſe aliam perſonam patris & filii. Sed ipſe pater eſt incarnatus/& ob id eandem eſſe perſonam patris & filii. Sed hoc inſipidum religio abhorret. aufert enim trinitatem perſonarum. ſic enim Ioannes:. Solus non ſum/ſed ego/& qui miſit me pater.Conſtat autem nullum a ſe mitti. Ideo inibi exprimitur deum de deo/lumen de lumine/ ideſt deum filium de Deo Patre. & filium/qui eſt lumen/de lumine patre eſſe/credere debemus.

Arrius hæreticus. Arrius in tribus peccauit.Dixit enim Chriſtum fuiſſe filium dei/ſed creaturam.neq; ab æterno/ſed ex tempore factum.neq; unius naturæ cum deo patre. Sed

Ioãnes apoſtolus. ille magnus a ſecretis dei Ioannes/ probe reſpondit quum dixit/Ego & Pater unum ſumus/ſcilicet in natura. Ideo religio recepit ſancta/ Deum uerum de deo uero / & genitum non factum cõſubſtantialem patri.

Manicheus. Manicheus ad hæc fatetur hæc omnia/ & deſcendiſſe de celo. ſed non habuiſſe ueram hominis carnem/ſed apparentem. quod exploſum eſt uerbis Chriſti apud Lucam.palpate & uidete quia ſpiritus carnem & oſſa non habet/ ſicut me habere uidetis.

Hebion hebreus. Hebion hebreus dixit Chriſtum natum eſſe de Maria/ſed ex commixtione uiri.Sed hoc angelus deleuit nuncio. quod enim de ea natum eſt(inquiens)de ſpiritu ſancto eſt.

Valentinus hæreticus. Valentinus confitetur Chriſtum conceptum de ſpiritu ſancto/ſed ſpiritum ſanctum e cælo portaſſe corpus unum cæleſti materia compactum & poſuiſſe in utero Virginis Mariæ.ubi locus tantum fuit portandi corporis Chriſti/perinde ac tranſmiſſum corpus per uirginem/uelut per aquæ ductum. ſed eſt hoc exploſum a cæleſti nuntio quod enim ex te naſcetur ſanctum uocabitur filius Dei. & Paulus ad Galathas.At ubi uenit plenitudo temporis/ miſit deus filium ſuum factum ex muliere.

Apollinaris hæreticus. Arrius/ & Apollinaris/ & ſi fateantur natum ex Maria uirgine/& fuiſſe Chriſtum uerbum dei/tamen non habuiſſe animam/ſed loco animæ extitiſſe diuinitatem.Sed hoc Chriſtus ipſe repræſſit dicẽs.nũc anima mea turbata eſt.& alibi/triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem.Et ideo ubiq; contra hoc noſtri catholici certatores cantant & homo factus eſt.Homo enim ex anima/& corpore conſtat. unde omnia habuit Chriſtus/ quæ homo habere poteſt/præter peccatum.

Eutices. At Eutices errore & ipſe cæcutiens/ ex commixtione naturæ diuinæ/& humanæ putauit factam unam Chriſti naturam / quæ nec deus pure eſſet/nec purus homo.Sed hoc falſum arbitratur religio ſancta/propterea q; tunc non foret uerus homo.

Neſtorii error. deſtruitur ad hoc error Neſtorii/qui dixit filium dei unitum eſſe homini ſolum per inhabitationem.ſed abſurdum eſt.quia tunc non eſſet homo/ſed in homine. repreſſa eſt hæc opinio a Paulo dicente & habitu inuentus ut homo.ii faſciculo

culo uincti/uelut reprobi/& inutiles palmites a religione retuſi/& abſci/
ſi ſunt.non enim fas eſt in religionis domicilio quicquam ſubereſcere inu/
tile/ & uitiatum.ſancte/& rite cuncta retinet religio eccleſiæ Chriſti. ob/
latrent hæretici impii nunc Lutherani Pharaonis porci.ueritas religionis Lutherani.
ubiq; uincet.Ita ut Arrii/ Manichei/ Sabelliani/ & Neſtoriani ſunt a pe/
de religionis oppreſſi / & conculcati / ſic erunt penitus deleti ſectatores
Lutheri.non poteſt abſcondi lumen ueritatis.ſicut furore uini is obru/
tus eſt/ita inſane loquitur contra catholica patrum decreta . ſpurciſſimus
uita/& moribus/poſtq̃ in religione per ãnos pleroſq; deſedit miſer dæmo/
num incendio tactus/uelut Tabanus e putrido ligno naſcens per aera uo
litat ſuſurrans/conculcabitur.ſiet linguæ petulantia eius inanis./& deuo/
rabitur a tenebris / & in æternum uox eius peribit / deterior quam Euti/
ces/ quam Hebion.at noſtra per religionem conuerſatio eſt in cælis.ſpes
noſtra in chriſto Dei filio/qui aſſumpſit corpus animatum / & de uir/
gine naſci dignatus eſt / ut nobis largiretur ſuam deitatem . & ſic factus
eſt homo / ut hominem faceret Deum / per quem habemus acceſſum per
fidem in gratiam iſtam / & gloriamur in ſpe gloriæ / & filiorum dei . o ma/
gnum charitatis indicium q̄ deus creator omnium factus ſit creatura / q̄
dominus noſter factus ſit noſter frater / q̄ filius dei factus ſit filius ho/
minis.Hac amoris cauſa/& tanta dilectionis oſtenſione / quis ad Chri/
ſtum non inflammetur?quis puram pro Chriſto non reſeruet animam/&
abiiciat pro Chriſto omnia?uſq; adeo noſtra humanitas nobilitata eſt &
exaltata / ut ad conſortium diuinæ perſonæ fuerit ſuſcepta . Iccirco cæ/
leſtis nuntius poſt Chriſti incarnationem non paſſus eſt a Ioanne ado/
rari/quod antea a maximis patriarchis permiſerat.proinde dedignetur ho/
mo conditione diminui/& naturam per ſcelus uileſcere / promiſſa nobis
per Chriſtum maiora effecti diuinæ perſonæ conſortes / ſi ſciuerimus in
mundo hoc concupiſcentiæ corruptionem effugere/Fratrem adire noſtrum
chriſtum dei filium.hoc unicuiq; in uoto debet eſſe.id ſæpe Paulus ſuſpi/
rabat/cupere(dicebat)ſe diſſolui/& eſſe cum Chriſto.quod ſane conſe/
qui poſſumus/ſi uitam chriſti contemplemur.ſi ad eius crucis myſterium a
deamus/ſi in eius religione perſeueremus.Ecce religio oſtendit crucem / ut
in cruce cum Chriſto moriamur.Ecce legem aliam oſtendit/ut ſicut neceſſe
eſt credere incarnationẽ/ita paſſionem/& eius mortem.Q uid enim nobis
naſci illum profuiſſet/niſi exemptos morte reddidiſſet.Mori pro nobis filiũ
dei/Q uis hoc intellectu conſequi poteſt?tantus eſt erga nos amor dei/tan/
taq; eluxit gratia/q̄ plus effecit/q̃ intelligi poſſit.neq; tamen id tibi perſua/
ſum uelim/deitatem oppetiiſſe mortem/ſed humanam in illa naturam interi
iſſe.non enim morti traditus eſt ſecundum q̄ Deus/ſed ſecũdum q̄ homo.
Q uemadmodum defuncto homine anima ſeparata non moritur/ſed huma
nitas.ſic in interitu chriſti nõ diuinitas/ſed humana natura mortẽ adit.neq;
proinde minus iudei deliqſſe uidenẽ/q̃ ſi diuinã occidiſſent naturã.Mors ea
alioq opoſa.ad remediũ cõtra mortaliũ ſcelera/qbꝰ poſtq̃ p̄cipitati deorſũ ca

dimus/ſancto Chriſti patibulo ſi uolumus emergere poterimus. Chriſt⁹ ſuo de ſanguine balneum effecit/quo maculas delinquentes lauarent. Sic ille intonuit. lauit nos a peccatis noſtris in ſanguie ſuo. anima ueteri ſordidior culpa lauatur ſanguine Chriſti in baptiſmate/quia ex Chriſti ſanguine regeneratiuam poſſidet uirtutem. ita reconciliamur deo per mortem filii eius. & uetus homo crucifixus ad deſtructionem peccati/pertulit ille ipſe pœnam noſtrorum ſcelerum/& reuocauit exules in patriam. aperuit aditum ad cælos. placauit patrem. ſe ipſum dedit ut mirum nõ eſt ſi pendenti latroni hodiernam obtulit gratiam/fœlicitatiſq; aulam pollicitus. o ſalutarem Chriſti paſſionem per quam informamur ad optimam uitam. nullum enim uirtutis exemplum abeſt a Chriſti cruce. ſi charitatem quæris. ecce maiorem charitatem nemo habet/ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. reſpicis ne patientiã? is quum pateretur/nõ comminabatur/ſicut ouis ad occiſionem ducta/quaſi agnus coram tondente obmutuit. potuit uitare/& nõ uitauit. poterat pluſ q̃ duodecim legiones angelorum ad ſe uenire iubere & non iuſſit. ſi humilitatem attendis/reſpice in faciem chriſti tui. uoluit rerum dominus ſub Pontio pilato iudicari & mori/condemnatus morte turpiſſima/& non receſſit. an obedientiæ aduerſatis/quum filius Dei factus eſt obediens uſq; ad mortem? ſi neglectui hæc omnia habere cupis/reſpice Chriſtum tuum regum Regem & dominum dominantium/in quo theſauri ſapientiæ lucent. & tamen in cruce nudatum/in cruce illuſum/conſputum/cæſum/ſpinis coronatum/felle/& aceto potatum/tranſfixum/& mortuum. ſi te terrena hæc/diuitiæ/honores/dignitates ambiunt/& trahunt/& uis horum illecebris carere/reſpice Chriſti diuiſa ueſtimenta. qualiter ludibria/& uerbera expertus. quam coronam plectentes de ſpinis impoſuerint capiti. Hæc ſunt nobis in religione arcana/quæ non ſolum credi debent/ſed quoquomodo experiri. credere iubet religio non ſolum Chriſtum paſſum mortuum/ſed deſcẽdiſſe ad inferos. Mors uera Chriſti fuit ſeparatio animæ a corpore. id uere cõtingit ſicut in cæteris mortalium. ſed id habet pro comperto religio/diuinitatem ſe nunq̃ a chriſto homine ſoluiſſe euulſa a corpore anima. & ſi ad ĩferos abiierit/ſecum diuinitatem habebat. eandem & corpus in ſepulchro connexam retinuit. quod ſemel aſſumpſit nunq̃ dimiſſit. rectum in religione axioma. Et ideo in ſepulchro cum corpore fuit filius Dei/& ad inferos cum anima deſcendit/profecta tanto auctior conſortio/ut pœnam ſolueret noſtris/nedũ morte corporis/ſed ad umbras itu animæ. Quod nec magnus tacuit uates. eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum. factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber diu ab amicis expectatus. quod nec falſos habuit ueteres. penetrabo omnes inferiores partes terræ. & ĩſpiciam omnes dormientes/& illuminabo omnes ſperãtes in domino. uicit in cruce dæmõ/& in regno ſubterraneo deuinxit eum. Tunc in nomine ieſu omne genu flexum eſt cæleſtium/terreſtrium/& inferorum. Tunc ſanctiões exemptæ lacu animæ/& ad lucidiorẽ plagam reuectæ. tũc mors mortẽ paſſa ẽ/& prim⁹ infernus demorſũ ſenſit. neq; id tacuit multo ante Zacharias uates. tuquoq; in ſanguine

Chriſti paſſio.

Mors chriſti uera.

in ſanguine teſtamenti tui emiſti uinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. enucleatius Oſea.ero mors tua o mors.ero morſus tuus iſerne.& licet mortem penitus deſtruxerit Chriſtus/Infernũ tamen non omnino deſtruxit/ſed momordit.non enim omnes e tenebris exemit/ſed illos q ſine labe erant mortali/& ſine originis peccato/quos circumciſio emaculauit uiuentes.aut ante hanc inciſionem illos ipſos/qui in reuelatu/& ſide parentum deceſſere.Hæc ſunt quæ intrantibus religio demonſtrat/ut quiſq; demonſtrata credat/non ſolum hominem factum/mortuum/& ad iferos profectum/ſed tertia die reſurrexiſſe a mortuis.Multos tamẽ reſurrexiſſe ecclecſia celebrat.Lazarũ & filium uiduæ/& filiam archiſynagogi.& hos reſurrexiſſe beneficio alieno credimus.at Chriſtus rediit ſua uirtute.habuit poteſtatẽ deponendi animã/& reſumendi.& licet mortuus/hoc tamen non ex infirmitate/neq; ex neceſſitate accidit/ſed ſpõte/& myſterio factum.oblatus eſt/quia ipſe uoluit/& moriens clamauit uoce magna/non enim cæteri morituri uocem emittunt.Ideirco filius Dei erat iſte dixit Centurio.reſurrexit ergo nõ ſuſcitat9.Ego dormiui/& ſoporatus ſum/& reſurrexi/cantauit Dauit.neq; hoc diuerſum quod in actis proditum eſt.Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus.Nam & pater reſuſcitauit eum/& filius/quia eadem eſt uirtus patris & filii.cuius reſurrectionis uirtute/omnes reſurgemus/& tunc multa corpora ſanctorum qui dormierant/ſurrexerunt.ambiebant Chriſtum redeuntem quaſi innumeræ electoꝝ animæ.illic primi adhærebãt parentes.Illic inocentiſſimus Abel/Noe/Set/ Melchiſadech/Abraham/ceteriq;.o ueram triumphantis gloriã ob tantam humani generis redemptionem.oportuit utiq; Chriſtum pati/& intrare cũ bonis in gloriam ſuam.Ipſe die tertio e terræ centro emerſit.Sic enim uoluit/ ut noſtræ ſaluti conduceret/quando reſurrectio/& mors/& natiuitas Chriſti pro humano eſt introducta genere.nam ſi paruo poſt obitum ſpatio apparuiſſet uiuus/non creditum eſſet obiiſſe mortem.q; ſi diutius diſtuliſſet remeatum/abieciſſent omnem diſcipuli fidem/& ſic nullo emolumento extitiſſet crucis patibulum.habet in his religio/quo ſui aſſeclas erudiat probe/ ut.reſurge cum Chriſto in ſpiritu a morte obruenti animam ob patrata ſcelera.quod Paulus ad delinquentem conuerſus/ait.ſurge qui dormis/& exurge a mortuis/& illuminabit te Chriſtus.Ideo id protrahendum non eſt/quia Chriſtus tertia die reſurrexit a mortuis.recinit eccleſiaſtes.Ne tardes conuerti ad dominum.ne differas de die in diem.preſſos ualeſcẽtia mala haud poſſe certum eſt commíniſci quæ ante geſſerint/nec portionem ſortiri ullam ex his/quæ religio in eccleſia apponit lucro.Tum mala congerunt mala/ſi peccato præſiſtas.& dæmon quanto diutius poſſidet/tanto difficilius dimittit. q; ſi reſurgamus ad incorruptibilem uitam/non ultra nobis dominabitur mors/ut ſciamus frequenter eos in mortem caſuros qui in peccatum recidunt.q; ſi reſurgemus cum chriſto ad uitam nouam/perpetuo uiuemus. Hæc eſt uita noua religio Chriſti.Poſt hanc immortalem reſurrectionem ad cælos aſcendiſſe Chriſtum religio docet credere.primo ſuper omnes cælos corporeos aſcendit Chriſtus/Paulus ait.nam antea corpus terrenum non erat niſi in terra.ieſus ſuper omnem principatum/& poteſtatem

Reſurrectio

Chriſtum oportuit pati.

& uirtutem/& dominationem/& quicquid dici poteſt/nō ſolum in hoc ſæ/
culo/ſed in futuro ſub pedibus habet. Et Dominus quidem Ieſus poſtq̄ lo/
quutus eſt eis/aſſumptus eſt in cælum/& ſedet ad dexterā Dei. reddat tibi
dictio metaphorica uerum/quia Deus Chriſtus dicitur ſedere ad dexteram
Patris. ideſt ad æqualitatem patris. Inquantum homo ſedet ad dexteram pa/
tris/ideſt in portionibus bonis. id illud eſt/quod dæmon affectauit/dicente
Iſaia. in Cælum conſcēdam ſuper aſtra Dei/& exaltabo ſolium meum & ero
ſimilis altiſſimo. Ad quod nō peruenit/niſi chriſtus. ſic Dauit cecinit. Dixit
Chriſto cœ/lum debet. dominus domio meo ſede a dextris meis. debebatur utiq; Chriſto cælum ex
Aſcendere ſua natura quia exiuit a patre/& uenit in mundum/& iterum reliquit mun/
cœlum. dum/& iuit ad patrem. Nemo aſcendit in cælum/niſi qui deſcendit de cælo
Cœlū ſancti filius hominis/qui eſt in cælo. & licet ſancti cælum petant/nō tamen ex ſe/
pe.unt ſed uirtute chriſti. Aſcendunt ſancti ut mēbra Chriſti/qui eſt caput religio/
nis. quia ubicunq; fuerit corpus/illuc congregabuntur & aquilæ. debebat
etiam chriſto cælum pretio uictoriæ. acciſis dæmonum inſidiis/& regno de
pulſis/uictoria illi parta eſt. Iccirco ſupra omnia meruit euehi. euectus ſedet
cum patre ſuo. ego uici/ex apocalypſi compertum/& ſedi cum patre meo in
throno eius. Meruit tantam altitudinem humilitas Chriſti. Qui quum eēt
Deus/uoluit fieri homo. & quum eſſet Dominus uoluit effici ſeruus obe/
diens uſq; ad mortem/uſq; ad inferni deſcenſum. ſed emerſit/& aſcendit/&
ita aſcendit/ut oſtenderet uiā/& nos duceret/& apiret uolētibus ſemitam.
Iuit/& nobis parat locum. ꝓ nobis interpellat. illo ante patrē exiſtente/aduo
catū quærere neceſſe nō ē. proinde iubet religio ut reſurgamus cum chriſto/
& q̄ ſurſum ſunt ſapiamus. Sapientes eundem expectant uenturum. ad iudi
cii tribunal ſedebit ille in ſolio/& diſſipabit omne malum ītuitu ſuo. & ſicut
Iudiciū fu/turum. Rex magnus/omnipotens/& iuſtus/ita iudicabit uiuos/& mortuos. Audi
cæleſtis nuntii uocem. Hic ieſus dicentem/qui aſſumptus eſt a nobis in cæ
lū/ſic ueniet/quēadmodū uidiſtis eū euntē in cælū. is enim ē conſtitutus a
Deo iudex Deus/& hō. q eni excutiendi cenſura ſunt/neceſſe ē iudicantem
uideant. Ideo in forma hois appebit. Sic dedit illi ptātē iudiciū facere/qa fili
us hois eſt. Iudicandi ſunt oēs hoies/qui ſunt/fuerūt/& erūt. ſic uidebūt fi/
liū hois uenietē in nube/dictū eſt ad Corinthios. oēs nos manifeſtari opor
tet aū tribunal Chriſti/ut referat unuſquiſq; propria corpa prout geſſit/ſiue
bonum/ſiue malū. hoies nō beſtiæ iudicabunt. ex his uero ſūt boni/uel ma
li. qdā eni ex malis non palam iuditiū ſubibunt/ſed condēnabunt. ut Iudei/
Scythæ/Turcæ/ceteriq; neglectores fidei chriſti. Quia qui nō crediderūt/
iā iudicati ſunt. At abluti baptiſmate in fide corā iudicabunt/& cōdēnabū
tur qui deceſſere cū labe mortali. ſtipendia eni peccati mors erit. uerū probi/
boniq; non iudicabunt/ſed iudicabūt. ſedebunt & ipſi ſup ſedes duodecim
iudicātes duodecim tribus Iſrael. Quidā ex ſanctioribus/qui egregia deceſ
ſere iuſtitia/iudicabunt/& ſaluabunt/qn̄ labeculis īfecti nō perſtitere/ſed
pœnitētia purgati ſūt. ſi qd eni ocioſe actū nō fiet/eo iuditio īdiſcuſſum/erit
ſane in cogitationibus impii uellicatio. Iccirco timendū uenturi iudicii tribu
nal. Quid enim præteribit ſapientia iudicis? omnia oculis patebunt ſuis/ex

plicabunt

plicabunt ſpecula infœlices conſcientiæ/utræq; alteras cogitationes accuſa
bũt.uafra/& arcana hoĩm tũc uela tollent.decidet ad iudicis potẽtiã uis om
nis.nemo de eius ſe diuellet manibus.apparebit inflexibilis iuſtitiæ uigor.
nulle aderũt miſericordiæ partes.ſola rigiditas ſedebit iuſtitiæ.Iudex inexo/
rabilis in ſceleſtos/amabilis alioqui/& mitior in ſanctos.q̃ horrendæ exibũt
uoces mõtibus directæ.cadite nũc cadite ſup nos/& abſcondite nos ab ira
agni.quamuis hæc ira in deo cõmotionẽ non indicet/tamen iræ effectũ.&
ſcelerũ pœnã exprimit.Proinde dum tẽpus ineſt/operemur bonũ in hacce cõ
ſtituti religiõe.Cõfeſſio/& pœnitẽtia/dolor/acerbitas/aĩs precedãt noſtris.
ſumma præcipue ſit charitas mixta cũ Deo/cũ proximo beneuolẽtia. quæ
occultim ſcelerũ cõgeriẽ derodit/deletq;.Exhibet hæc pabula ad ianuã reli/
gio/& ſaturat pauperes ſpũ uenientes ad pulſum.& qui pulſant nõ eiicit fo
ras.Quid enĩ eiicere poteſt/ſi totum amplectitur?amor hic ẽ ille/qui uiſce
ra humani ſerpit cordis.ſicut uerbũ Dei eſt filius Dei/ita amor Dei eſt ſpi
ritus ſanctus.Ideo religio noſtra aliã offert tabellam legum/ut credamus in
ſpiritum ſanctũ/qui charitas ẽ diffuſa in cordibus fideliũ.Tunc hõ hoc ip/ Spũs ſctũs.
ſo diffundit̃ ſpiritu/quãdo peramat Deũ.Ideo ueri religioſi adorabũt patrẽ
in hoc ſpiritu/& ueritate.Hic æqualis Deo hic ab utroq; patre & filio proce
dit.Hic ꝑ prophetas locutus eſt.Hic nos a peccatis abluit.Hic eſt ille diui/
nus amor/quo cũcta Deus cõſeruat/& diligit.emiſſit ſpiritũ/& creata ſũt/
& renouata ẽ facies terræ.ſpũs ẽ q ſpirat/q purgat.cũcta pctã dimittunt̃ ꝑ
amorẽ.Dixit/dimiſſa ſunt pctã multa quoniã dilexit multũ.& charitas hæc
opit uniuerſa delicta.fœcundat intellectũ/qa q̃cq̃d ſcimus a ſpiritu ſancto
ſcimꝰ.ille nos docebit oĩa & ſuggeret nobis oĩa quæcũq; dixero uobis.ꝑ hũc
q amat/mãdata ſeruat.ſi qs diligit me/ſermonẽ meũ ſeruabit.Hic ſpem uite
cõfirmat æternæ.ſignati ſumus ſpũ ſctõ ꝓmiſſionis/qui ẽ pignus hæredita/
tis noſtræ.ſimus ſimiles Chriſto/quũ habemus ſpiritũ chriſti.per hunc ſpi/
ritũ ſimus filii Dei.miſſit Deus(inquit Paulus)ſpiritũ filii ſui ĩ corda noſtra
clamantẽ.Abba Pater.Hæc ſunt arcana religiõis noſtræ.Has leges ſanciuit Credere ĩ ſã
pater.portauit filius.ſignauit ſpũs ſanctus.ꝑ has quoq; leges iubemur crede ctã eccleſiã.
re in ſanctam eccleſiã catholicã/& apoſtolicã.ꝓpterea q̃ a ſpiritu ſancto re Eccleſia ca
gitur/& defenditur.eccleſia unio fidelium in religiõe ſancta/& cultu diuio/ tholica.
habet unũ corpus.habet unã aĩam/ideſt ſpiritũ ſanctũ.& ſicut hoĩem aĩa ui
uificat/ſic ſpiritus ſanctus eccleſiã.ſuccinuit Eccleſiaſticus cũctis gẽtibus.
appropinquate ad me indocti/& congregate uos in domũ diſciplinæ.ẽ pro/
inde eccleſia ueræ domus diſciplinæ/& ueræ religiõis/& cultus diuini.una
ẽ eccleſia/quia una eſt chriſti fides/unus deus/unum baptiſma/una ſpes/
qua dirigimur ad uerã uitam/una charitas qua omnes cõnectimur ad Chri
ſtum.Hac creſcimus in religione/cuius caput eſt Chriſtus.una eſt eccleſia/
extra quam nemo ſalutem conſequi poteſt.una erat arca Noe cuius be/
neficio omnes/qui intra ſe clauſerant/ab immenſo illo Cataclyſmi flu/
ctu euaſere incolumes.Salui ſimus/ſi in eccleſia conſiſtimus religioſi/ubi
chriſtus in medio reſidet.non enim illæ eccleſiæ ſunt ubi Chriſtus non do/
cet/ſed malignantium domicilia.Ideo ſpiritus ſanctus dixit/Odi eccleſiam

malignantium.Malignantes in eccleſia ii ſunt/qui ita petulãter inuehantet
in ſancita patrum/qui maledico confiſi ſtilo/linguam non cohercent in res
diuinas/qui ſermonis lenocinio ambiti in Pontifices/& miniſtros eccleſiæ
oblatrãt. quales ſunt his temporibus Lutherani/Huttenii/Eraſmii.abiiciũ
tur malignantes a conſeſſu ſedentium in eccleſia/& religione Chriſti/qui di
uinas ſanctiones/& ſacramenta ſpurco ore collutilant.noſtras/& ueterum
cerimonias dilacerant impii/& colluſores cũ dæmonũ uaframentis.Q uid
Eraſmi moria. habet facere cum eccleſia Chriſti ille omnium mortalium ſtultiſſimus Eraſ/
mus cum ſua moria/& ſtultitia/qui tantum ueneĩ illo inſano inuolucro per
totam Europam diffundit/ ut plurimi iſecti perierint.Q uotquot fuerint o/
lim /& quotae hereſis apud ueteres extiterit/una hac ſtultitia hominis gram
matiſtæ ſuperantur/quum omnia ſuis inuoluat ſtultitiis ſacra & diuina/atq̧
humana.omnia irriſor riſui ducit pridiani temeti eructator.Q uid enim irri/
deri poteſt peius/q̃ neglectui poſt tractam uitam cuncta teneri? Amiſſa no/
ſtræ fœlicitatis ſpe omnia in riſum ebrius ꝓfundit.ſtolida mortalium ſtudia
ratus cunctas uirtutes abolendas exiſtimauit.Confeſſionem/quæ chriſti di
giti oſtenſione/& Iacobi/& Ioannis/ceterorumq̧ abſoluentium iuſſa/& ap
probata eſt/uelut futilem in dubio relinquit.Et in tatitam temeritatem pro/
uectus eſt/ut ſit auſus cũctas res ſacras/uelut cenſor/paraphraſibus detrun
care/quaſi diuini oraculi aut abundantis aut deficientis ſuppletam gereret
uicem.quum omnia/quæ in codicibus ſacris reperiantur/ſint diuino ſpiritu
ſtipata.ſtultus & imprudentiſſimus/ne dicam ebrius/q̧ hoc laudi Germa/
nis datur/ſacras litteras ſimplici ſua uirrute/& maieſtate deturbat/& inficit.
loquacitatis profeſſor omnia reducit ad ludrica.Q uid nã eſt in cunctis do
ctrinis/quod hic temulentus litterator nõ ſibi arroget? cum Luthero adiura
ta fœdera fouet/& ſe alienum ab eo oſtendit/gaudens diſſidentibus per hoc
chriſtianorum prouinciis.inaudita ſufflatus ſuperbia res catholicæ eccleſiæ
ſubſannat uelut aliud agens/& Lutheri ſcelerata dogmata tacendo cupit dif
Martinus lutherus. fundi.Martinus nõ ſolũ ſacerdotia diffamat/& ĩprobat/ſed totã religionẽ ꝓ
ſcindit/& in diuerſas partes trahit.maligno linguæ uenẽo inficit.nihil numi
nis ueritus iuſtitiã/oĩa in peiorẽ partẽ ducit.declarãdo/mutando/ſuis dolis
ꝑuertẽdo/totã pene Germaniã in manus dæmonũ depulit.dicta patrũ Au
guſtini/Ambroſii/Hieronymi/ceterorũq̧ ex corõa ſapientũ detractat/& re
fugit.ſua uelut e cælo ablapſa ꝓpalat/& apꝓbat.Sed ab eccleſia nõnulli ca
tholici certatores exierunt/qui Martinum cum ſuis aſſeclis debellarunt/di
gnum non una abſorbi uoragine/& innumeris obrui lapidibus/qui tãtum
Cymba eccleſiæ. in medio quieſcentis eccleſiæ diſſeminauit.Sed nauis Petri frequenter flu/
ctuat.nunq̃ mergitur.Chriſtus in medio reſidet cum religione ſancta/& la/
uit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo/& unxit nos gratia ſpiritus ſancti.
Eccleſia vniuerſalis. & anima noſtra templum effecta eſt Dei.& eccleſia uniuerſalis per totũ or/
bem diffunditur/nec poteſt diuelli ſuis ſedibus in terra/in cælo/in purgato
rio.Initium ſumens a tempore Abel extenditur uſq̧ ad finem mundi . Ecce
uobiſcum ſum Chriſtus dixit omnibus diebus uſq̧ ad conſumationem ſæ/
culi.Sed poſt conſumationem ſæculi remanebit in cælo.Tale/& tantum ha

buit

buit fundamentum/ut neq; ui ulla dimoueri poſſit.& qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur.& quanto magis errores ſuperuenerint/tanto magis corruent/ & emerget ueritas. Hi mente corrupti/& reprobi circa fidẽ nõ proficient.Eſt enim turris fortiſſima ad quam quicunq; confugit/ dæmonum uictor euadet. non deficiet fides Petri. Dominus enim dixit.Ego rogaui pro te Petre/ut non deficiat fides tua/neq; portæ inferi præualebunt aduerſus eã. Huic eſt conſeſſus ſanctorũ.& cæteri quicq; boni membra Chriſti ſunt/quia ipſe caput ſuper omnem eccleſiam eſt. bonum enim/quod eſt Chriſti/cõmunicatur omnibus chriſtianis.ſicut uirtus capitis omnibus membris.fit cõmunicatio hæc per ſeptem ſacramenta eccleſiæ per baptiſma/quod quædam ſpiritalis nouatio mentis eſt.ſicut enim humana uita haberi non poteſt/niſi hiſce homo naſcatur complexibus/ſic uita ſpiritus / & gratiæ exiſtere nequit/niſi per ſpiritum emergat/& uiuat. Hæc autem fit per baptiſma. Nam niſi quis renatus fuerit ex aqua/ & ſpiritu ſancto/ non poteſt introire in regnum Dei. Homo ſicut ſemel naſcitur/ſic ſemel tantum baptizari debet.Ideo eccleſia cãtat/ unum baptiſma.uirtus baptiſmatis a peccatis depurgat culpæ pœnæq;. Ideo baptiſmati admotis abeſt pœnitentia.Idq; ſolis ſacerdotibus ex offitio datur· cæteris autem ex neceſſitate dummodo baptiſmatis forma remaneat integra.Ego te baptizo.in nomine patris/& filii/& ſpiritus ſancti.Sed tanti ſacramenti uirtus e Chriſti piaculo exoritur. Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Iheſu/in morte ipſius baptizati ſumus.fit inibi trina immerſio in aqua quãdo Chriſtus tribus diebus in centro terræ reſedit. Inde ſecundũ ſacramentum confirmatio eſt.ſicut enim corpus nutritione fouetur/ſic per ſpiritum renatis robur ſpiritus ſancti adhibetur.Conualuerunt apoſtoli uiribus poſtq̃ Chriſt⁹ aſcendit cœlum diffuſo deſuper ſpiritu.Sic enim dictum illis fuit.Vos autem ſedete in ciuitate quouſq; induamini uirtute ex altiſſimo.Accedit tertii ſacramenti diuina uirtus Euchariſtia. ſicut natis & uiuere cupientibus neceſſe eſt potu/cibiq; apparatu / ſic in uita animæ cæleſtis requiritur cibus. qui eſt corpus Chriſti.niſi(inquit ille)manducaueritis carnem filii hominis/& biberitis eius ſanguinem/non habebitis uitam in uobis.Iccirco ſingulis ſaltem annis adeundum eſt ad tantũ cæli nectar. Sed eo abſterſu ſcelerum ut munde & integre ſumamus.Eſt & pœnitentia quartum ſacramentum. ſolet labi corpus/ niſi medicinæ fulcimentis iuuetur/ſic anima labe inficitur ſcelerum niſi aduẽtet Chriſti gratia/quæ in ſacramẽto citatur pœnitentiæ.Hæc ꝓpitiatur omnibus iniquitatibus.Hæc ſanat omnes infirmitates tuas.porriguntur tres pœnitentiæ rami ad ueram pœnitentis emundationem.Contritio/confeſſio/ ſatiſfactio.niſi deleamus de facinoribus patratis/niſi ab his abſtinendis mens ſolidetur/niſi integre pectoris explicemus tenebras/niſi curæ ſit ad ſummam per/ ſoluendi debita/haud rite ad hæc proficiſcimur ſacramenta.tũ haud rite purgamur/neq; quis ad cælum euolabit expeditior/purgatiorq;/niſi extremæ unctionis/quod quintum ſacramentum eſt/ digiti ſacerdotum porrigantur. extant diui Iacobi ſancita decreta/ſi quis(inquit)in uobis infirmatur/inducat præſbyteros eccleſiæ/& orent ſuper eum ungentes cum oleo in nomine domini.& oratio fidei ſaluabit infirmum/& alleuiabit eum Dominus.& ſi in pec

Fides diui petri.

Capitis uirt⁹

Sacramenta ſeptem.

Baptiſma.

Vita gratiæ & ſpiritus

Cõfirmatio·

Euchariſtia.

Pœnitentia.

Contritio.

Confeſſio.

ſatiſfactio.

Vnctio extrema.

catis ſit remittet᷑ ei. Per ergo quinq; ſacramenta ueræ uitæ poſſidetur uigor/
& quia neceſſe eſt hæc cũcta per ſacratas manus adminiſtrari/cõferriq;/ideo
ſacramentũ ordinis requirit᷑/quo miniſtri nobis idonei fiunt. neq; alioqui mi
niſtrorũ attendendi mores/ ſi quid ad nefas uergant/ſed uirtus Chriſti/ per
quam ſacramenta efficaciam ſortiuntur/quorũ ſacerdotes diſpẽſatores ſunt.
qd neq; præteriit ad Corynthios Paulus. ſic nos exiſtimet homo / ut miniſtros
Matrimoniũ Dei/quod utiq; eſt ſextum ſacramentũ ordinis. ultimũ ſeptimi loci matrimo/
nium obtinet numerum. in quo ſi mortales æqua iura exercent/uitãq; in con/
tubernio ſine labe degunt/cœleſtis aulæ efficiuntur ciues. nam ſi effluunt ex
tra/nec faciem matrimonii intemeratã retineant/magnũ committunt ſcelus. per
hæc igitur diuina ſacramenta conſequimur peccatorũ remiſſionẽ/quod eccle
ſia cantat/quando non ſolũ uirtus paſſionis Chriſti cõmunicatur nobis/ ſed
merita uitæ Chriſti. Quicquid hic ſanctiores animæ operando meruerint/no
bis impartitum eſt charitate exiſtentibus/quando in ea omnes unum ſumus/
particeps ego ſum omniũ timentium te / cæleſtis Cytharedus dixit. Hæ ſunt
tabellæ conſcriptæ in ipſo primo religionis noſtræ ingreſſu. Si quis has non
legerit/obſeruarit/coluerit/ueram religionem non tenebit. Sed illud quoq;
reſurrectio. inter hæc habendum/ut merita hic ob exanclatos labores illuſtrentur/ut cre/
Spiritus ſanctus. dat reſurrectionem carnis/& æternam uitam. Nam ſpiritus ſanctus non ſolũ
eccleſiam ſanctam reddit/& amabilem/ſed præſtat ipſo uirtutis ſpiramine/ut
corpora noſtra ceno/& fœculentis ſepulchris reſurgant uiuacia/quũ per ho/
Mors. minem ſit mors introducta/per hominem quoq;/ideſt Chriſtum/ſit mortuo
rum facta reſurrectio. Sic ex obſcura mortis hallucinatione/& ſpe reſurgentis
uitæ ut plurimum animis abrumpitur triſtitia. ſperando chariores nobis/&
amicos/& nos ipſos reſurrecturos ad lucidiorem plagã/non luctu perimus.
reſonat Pauli auribus meis dulciſſima uox. Nolumus uos ignorare fratres de
dormientibus/ut non contriſtemini/ſicut cæteri qui ſpem non habent. Spe
plenus de morte timorem abiicit/ neq; ob mortis ſupercilium in uetita labit᷑.
Chriſtus per mortem deſtruxit eum/qui mortis imperium habebat/& libera/
uit eos/qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant ſeruituti. bonos tam
ob rem ſpes præmii allicit ad precioſum opus. Deterret item a patrandis ſcele
ribus pœna malis præſcripta. pulchrum/& inauditum ueteribus philoſophan
tibus nouum/ ꝙ corpus/quod nunc eſt/ idem ſurgat oſſibus/ idem neruis/
idem carne/idem anima. neq; id latuit Iob dicentem. rurſum circumdabor pel
le mea/& in carne mea uidebo ſaluatorem meum. Sed non æque ſurgent ma
li/boniq;/illi ad pœnam / ii ad fœlicitatem ibunt/quamuis utriq; induent im/
mortalitatẽ/& incorruptionẽ. ac per hoc non indigebunt amplius cibo/ potu
q;/nec propagãdæ ſobolis uſu. nõ enim (inquit Matheus) in reſurrectione nu
bẽt/ſed erũt ſicut angeli Dei in cælo. nõ in genere mõſtrũ/naturæq; culpa ſpe
ctabit᷑ cæcus/aut claudus/ſed integri ætate trigintatrium annorum. donec oc
curramus (inquit Paulus) oẽs in uirũ perfectũ/& mẽſurã ætatis plenitudinis
Chriſti. Tunc fient boni accolæ cœli/ fulgebunt glorificati / ſicut ſol in regno
patris eorum/& abſterget Deus omnes ab oculis lachrymas / & mors ultra
non erit/ neq; luctus / neq; clamor/neq; dolor. tanta agiles natura ut uelut

ſcintillæ in harundineto diſcurrāt.fientq́; ſubtilitate corpora animalia/ quaſi conuerſa in ſpiritum.at contra iacebit deperdita ſoboles obſcurata uultibus/ combuſtæ facies/ & igni/ & pœnis obnoxiæ non defecturæ tormētis.uermis earum(præcinit Iſaias)non morietur/ & ignis eorum non extinguetur. erit anima quaſi in carcere circumuoluta cathenis.computruerunt(Ioel dixit) iumenta in ſtercore ſuo.Hæc ſunt archana religionis noſtræ.Hic finis humanæ mentis poſtremus.uita æterna meta cunctis deſideratior rebus.Q ui uero demori animam putant / & cum deportato euaneſcere ſpolio / non longe a brutis abſunt.Hos affabre digito Dauit indicat inquiens.Homo quum in honore eſſet/&non intellexit/comparatus eſt iumentis inſipientibus/ & ſimilis factus eſt illis.Anima humana Deo ob īmortalitatē ſimilis.ideo illi æterna paratur uita.Tantæ capax mercedis ea finis omnium/uiſio pulcherrima/ubi uidebimus/amabimus/laudabimus/ubi ſacietas rerū omnium.neq́; antea licet expleri.Tunc ſatiabor(Rex magnus dixit)quum apparuerit gloria tua uera omnium fruitio/& ſine fine dulcedo. Ad hanc religio diuina noſtros dirigit greſſus.nam illa eſt ſtatuta animarum poſt ſeparationem lex/ut qui labe deceſſerit mortali/ad inferna ſupplicia detrudatur.ſic ille uetus epulo ſepultus in inferno eſt/ clamitabundus alioqui ſe in ea cruciari flamma.Sic ii dum dolis hic ſuos ducūt dies/in puncto ad inferos deſcēdūt.iuſti quoq́; anteq̄ Chriſtus ſubiret crucem pro delicto parentum/defuncti uita ad manes ſubterraneos deſcēdebāt.Iccirco id dicebat Iacob.deſcendam ad filium meum lugēs ad infernum. Chriſtus etiam non peccati reus deſcendit/ſed ut ſpoliaret principatus/& poteſtates/& captiuam duceret captiuitatem & redimeret uinctos de lacu.Sic illos/qui candidiores/& ſine labe exeunt/quia miſerationes Dei ſuper omnia opera excellunt/ad cœlos aduolare credibile eſt.ſiquidē annuente Paulo ad Corynthios/Si noſtra domus huius habitationis diſſoluatur q̄ ædificationem ex Deo habemus/domum non manufactam/ſed æternam in cælis.Chriſtus amiciores non uſq́; ad corporum reſumptionem a ſupernis māſionibus deſtinabit.actutum incredibilem paradiſi fruitionem conſignat. ſed ad hanc æternæ quietis ianuam nemo tantula pollutus labe aduolare poteſt/ donec expurgata candidior fiat.ea uia ſancta uocatur ab Iſaia/ per quā homo non tranſibit pollutus.Sed contingit multis bonis in eo aminæ exitu ſupereſſe luenda quædam puſilla/ ut ocioſum uerbum/& quædam leuiuſcula/ profecto uenia ubiq́; digna.Q uæ quum ita ſint/non ſtatim cælum petunt/neq́; ad tenebras inferorum fas eſt ut deſtinentᷣ.neceſſe eſt eſſe aliquid aliud mediū ubi luitionis offitium præſiſtat.quum ſit inconueniens/& a diuina miſeratione alienum/diferri uſq́; ad iudicii diem donationē gloriæ.neceſſe eſt poni quaſdam temporales pœnas/& purgatorias.quibus ſanctiores illæ animæ purgatiores factæ æternam ſalutem conſequantur.Orat ideſinenter eccleſia pro his ut breuiores pœnæ fiant.non orat pro his qui ſunt in inferno/quia ibi nullus redemptionis eſt locus .neq́; pro his qui intra cœleſtem admiſſi ſunt aulam/ quia iam uoti compotes facti ſunt.Eſt ergo purgatorius locus/ quo leuiores purgātur maculæ/ut fiant animæ cœli dignæ incolatu.Hic erit ille ignis/quo cuiuſcū q́; opus/quale fuerit/ ꝓbabitᷣ/dixit Paulus ad Corynthios. ſi cuius

Vita æterna.

Anima non interitura.

Purgatoriū.

opus manſerit/ quod ſuper ædificauit/mercedem accipiet.ſi cuius opus arſe/rit detrimentum patietur.Ipſe autem ſaluus erit.Sic tamen quaſi per ignem. non auté poteſt hoc intelligi de igne inferni. Quia qui illũ ignem patiuntur non ſaluabuntur.Hæc a magnis prophetis a diuo Paulo nobis enucleata/&. aperta ſunt/ut hæc ſcientes euitemus æterni incendii ſupplicium. Vicit Chriſtum pietas hæc.ut nos a metu futuri ignis eximeret/induit humanam faciẽ/& religionem hanc plantauit/ſepſitq; fide/ſpe/amore/ut hic tandiu laborem⁹ quoad maturi adeſſent fructus/exemplũ nobis explicãs/ut cœnoſo hoc in regno cætera cuncta contemneret mortalis homo.Sicut ipſe mala noſtra pertulit/ſuſtinuitq;/ita oſtendit in terrenis his nullam quærendam fœlicitatem/neq; infortunium perhorteſcendum ullibi.Cunctis patefecit exemplis natus ex uirguncula/quæ fabro deſponſata/& intacta concœperat/ut neglectum haberemus typum omnis humanæ nobilitatis.ſumpſit natales Bethelem oppidulo inter Idumeos deſpecto/ut ſublimitatem terrenæ urbis poſt haberemus. paupertie cinctus/per quem facta ſunt omnia/ne nos in eum credentes de huius opibus ſæculi auderemus extolli.ſummus/& omnipotens deſpectus ap/paruit/ ut quanta humilitatis eſſet uirtus noſceremus. Eſuriuit/ & ſitiuit fatigatus.trucidatus/& mortuus/qui omnes paſcit/qui complet/qui alleuat/ſuſcitat/& fœlicitat.neq; prius ad patrem rediit/q̃ hanc nobis inſtruxerit religionis ædem/ubi ſuos in agone probatos ad æternæ uitæ præmia inuitat.atq;/ne quod ullum ætatis ſæculum tam ſublime recedentis doleret deſiderio/ſuos reliquit uicarios.quorũ auctoritate præſentes/atq; futuri mortales haberẽt quo cœlũ ſperare poſſent.Tanta noſtræ religioni a Chriſto æterno relicta gratia/. ut terrena hæc deſpicientes pro crucis piaculo Dei poſſent fieri filii.& ſi qui in labem relapſi eſſent/ſcirent paratam eſſe anſam reſurgendi.O immenſam clementiam.non ſatis fuit ueniſſe/ſe hominem feciſſe/diluiſſe. ſingulis ſæculis ſuos conſtituit Chriſtos/a quorum clauibus aperiantur cœli clauſtra. neq; pigeat ſanctiſſime Clemens tuos cõfratres enumeraſſe. ut horũ ſeriem uelut ædita publicitus nomen clatura/ cognoſcant ii/qui ad perditos adhærent Lutheros/quanta laborent caligine.Qui nihil de eccleſiæ decretis/ nihil a ueteribus conuentibus ſancitum/nihil a ſapientibus orthodoxis explanatum comprobant.quum nihil habeamus niſi quod ore Chriſti prolatum/ab apoſtolis exceptum/pontificibus ſubſequentibus enucleatũ eſt/ut a Petro/Lino/Cleto/ Clemente/Euariſto/Alexãdro/Xiſto/cæteriſq;/uelut uni per manus alteris porrexerint ad noſtram & humani generis eruditionem / ut religio hæc in terris coaleſcat/& fiat maior.Quid enim Petrus a Chriſto filio Dei primus mortalium relictus Pontifex maximus/ut in ea petra ædificaret eccleſia/fecit reliqtq; ſcriptis/niſi ut ſucceſſores/& i fide poſteros nutriret i hac religiõe/ad æternam uitam homo piſcator/filius Ioannis cuiuſdam e prouincia Gallilea e uico Bethſaida/frater Andreæ inter retia/ & celocem uerſatus / tam mirabiliter per orbem miraculis illuſtratus/ut cum Paulo profectus Romam ad propagandũ ueræ Chriſti religionis cultũ in tanta eſt habitus ueneratione/ut p Deo quin coleretur/parum abfuerit.quum ſedulo prædicationi/& orationi/quia in diuerſa non poterat eſſe intentus / Linum & Cletum epiſcopos ordinauit/ut

Chriſti actio

Pontificum nomina. Lutheri.

Petrus prim⁹ Pontifex.

Linus:& cle-t⁹ epiſcopi.

nauit/ut ſacris intēderent/& pium cætum in religione cœleſtis fidei retinerēt.
tanta multitudo mortalium ad prædicationes Petri & Pauli coibat/ut Nero/
quando uirtus aliena tyrannis ſuſpecta eſt/permoleſte ferre cœperit chriſtiani Virtus aliena
nominis ſucceſſum.inde cædem intendere. Sed admonitus Petrus ad Prin/
cipis crudeliſſimi declinandam iram decreuit urbe excedere.profectus ad pri/
mum lapidē/ factus eſt illi Chriſtus obuiā edocens ueniſſe ut iterum cruci af
figeretur. tum ob miraculoſum occurſum admonitus Petrus Romam reuer/
ſus eſt.Huius rei eſt auctor Aegeſippus.& nunc extra urbem extat ſacellum Aegeſippus auctor.
ad rei memoriam erectum.Petrus anteq̄ iuſſu Neronis cum Paulo ſit marty/ Clemēs pontifex.ii.vel iiii.
rio coronatus/Clemētem Pōtificem cōſecrauit/tradiditq; ſedē obtinendam /
& ſacrum eccleſiæ & religionis cætum commendauit/ cui dixit. Ego eam/&
ligandi/& abſoluendi tibi trado poteſtatem/quam mihi Chriſtus reliquit.atq;
in hunc modum eccleſia cōſtituta/cruci affigitur pedibus ſuperne erectis/&
Paulus eodem die ſecuri percuſſus eſt. præfuit Petrus eccleſiæ Pontifex ui/
gintiquinq; annis.menſibus ſex.ex quibus ſeptem Anthiochiæ.fuit ille ann⁹/
quo illi cœlum martyrio adepti ſunt/Neronis imperii ultimus/& humanæ ſa
lutis ſeptuageſimus/& Chriſti ab aſcenſu ad Patrem trigeſimus ſeptimus.ſuc
ceſſit Petro Clemens/& ſi non nulli Linum reponant/Hieronymus inquit/
quartus poſt Petrum Romæ Epiſcopus Clemens fuit. Si quidem Linus ſecū
dus / Cletus tertius ſunt habiti.Sed id eueniſſe puto quia Clemens tantæ mo
deſtiæ fuit/ut coegerit Linū/& Cletum ante ſe munus id Pontificatus obiiſſe
ne poſteris ambitio hæc dignitatis pernitioſi exempli haberetur. Coactus er/ Linus.P.ii.
go Linus ſucceſſit Petro.fuit patria Volaterranus/e familia maurorum a pa/
tre Herculaneo Romam iuuenis ſtudiorum gratia miſſus.Sed audiens eo tē
pore Petrum/omiſſis omnibus fidem Chriſti amplexus eſt/& uſq; adeo pro
fecit/ut euangelii ſit factus coadiutor.ſedit annos decem menſes tres.ſub Sa/
turnino Conſule pro Chriſto martyrium paſſus eſt.cuius filiam lymphatam
liberauerat.ad Veſpaſiani uſq; tēpora puenit.Creauit Epiſcopos.xi.preſbyte
ros.xiiii.ſcripſit res geſtas Petri/præſertim cum Simone Mago concertatio/
nem.inſtituit ne qua mulier ingrederetur templum Chriſti/ niſi capite linteis
opto. id Martin⁹ Lutherus derideret/& uelut inobſeruādū negligeret/ꝓpte
rea ꝙ in euangelio nō reperit ſcriptum. Iccirco habenam reliquit fœmellis om Martinus lutherus.
nibus/ut quod uelint agant/exeant ueſtales e ſacro templo/& nubant/& cra
pulentur/ſicut ipſe tot annos in Auguſtinianis cænobiis impinguatus/incraſ
ſatus recalcitrauit/ut inquit Hieronymus. Utri ego credere debeam / Diuo
Pontifici Lino/qui a Petro/qui a ſpiritu ſancto inſtructus/qui mortem acer/
bam pro Chriſto ſubire uoluit? an porco Martino / qui cum temulentis ſuis
tam furioſe in ſancita Patrum inuehitur? Sed uideamus & cæteros noſtræ re/
ligionis ſacerdotes/qui tantopere cultum hunc non ſolum diuinis moribus/
ſed morte comprobarunt. Nam poſt Lini ſacratum martyrium / non ueritus
eſt Cletus ſæuitiam Romanorum principum/& tantam ſuorum cladem. To Cletus.P.iii.
tis uiribus eccleſiam iuuit. Ipſe e Romano ſanguine natus/e regione uico pa
tritii ſedit annos.xii.a Veſpeſiano/uſq; ad Domitianum/ſub quo martyrio af
fectus/& iuxta corpus Diui Petri in Vaticano ſepultus eſt. addidit hic in ſa/

crum ordinē.xxv.preſbyteros ex mādato Petri.Multi & alii cū eo martyrii cō
Flauia domicilla. ronā accepere.inter quos Flauia Domicilla.Flauii Clemētis cōſulis ex ſorore
neptis/in inſulā Pontiā prius relegata/quia religionē chriſtianā fateret̄.Tunc
Clemens.P.iiii. ſucceſſit Clemēs quartus a Petro/& ipſe Romanus pro maximo negotio ha/
buit/ut martyrū res notariis ſcriberent̄.Multat⁹ exilio a Traiano principe in
inſula/ubi duomillia chriſtianorū iuenit/qui ad ſecāda marmora erāt dānati.
Vbi quum laboraret aquæ penuria/refecti ſunt fonte ſubito ad pulſum pedis
Clemētis ſcaturiēte/ſed a ſatellitibus Traiani in mare ꝓiectus / paulopoſt in
littore diuinitus apparuit extinctus/ubi & tēplū ei dicatū eſt.Ipſe Sedē Petri
retinuit an.ix.in tertio Traiani anno martyriū paſſus eſt. ſucceſſit Anacletus
Athenieſis/& ipſe martyrio affectus ſub Traiano.quū undiq; ad fidē Chriſti
quatto/die.xyi.Quo defuncto Pontificatum iniit Anaſtaſius tertius patria Romanus.modeſte uixit/& anno ſecundo ſui Pontificatus migrauit ad ſuperos. Anaſtaſio Romano Landus Romanus ſucceſſit/qui ſexto Pontificatus ſui menſe/die.i.&.xx.deceſſit/& ſepultus eſt in Baſilica Diui Petri/cuius uita obſcura fuit penitus.eo tempore magna fuit inter Italos/Germanos/& Francos de poſſeſſione imperii cõcertatio.ipſo defuncto Ioannes.xi. patria Romanus anno ſalutari.D.cccc.Pontificatum iniit.Hic militari peritia inſignis nedum Saracenos ab urbis finibus ſumit/ſed fugientes apud Garilianũ fluuiũ in regno inſigni clade ſuperat.Sed quia poſtmodũ quũ ſuſpectus foret de fœdere cum Vngaris/qui uariis calamitatibus Italiã affecere/a Guidonis comitis militibus captus/& necatus eſt ſui Pontificatus anno.xiii.menſe ſecũdo die ſecundo.inde Leo ſextus patria Romanus legitime creatus eſt nõ minus rei diuinæ/q̃ cõcordiæ Romanorũ conſulens.ſeptimo menſe/& die.xy. Pontificatus ſui obiit.ſi ſupuixiſſet/habebat in animo Barbaros.a ceruicibus Italiæ propulſare.Eius ſucceſſor fuit Stehpanus ſeptimus Romanus patria.illa tẽpeſtate Spirenus Boemiæ dux fidẽ Chriſti recepit.antea nanq; in Boemia duces appellabant᷑.fuit Põtifex religioſus/& mãſuetus.morit᷑ anno ſui Pontificatus ſecundo.poſt eũ Põtificatũ iniit Ioannes.xii.qui Romanus erat patria/Pontificatus ſui anno.iiii.menſe.xii.die.xy. moritur nihil memoria dignũ relinquẽs. Vacat ſedes diebus.xii.& demũ electus eſt Leo ſeptimus natione Romanus.qui & ipſe nil memoratu dignũ geſſit.deceſſit Pontificatus ſui anno tertio/mẽſe ſeptimo/die.x.Põtificatũ iniit Stephanus octauus patria Germanus.a Romanis uariis ſeditionibus uexatus eſt/ut etiã turpiter uulneratus fuerit adeo ut prodire in publicum erubeſceret.moritur Pontificatus ſui anno.iii.menſe.iiii.die.xii.poſt eum Pontificatum adeptus eſt Martinus/tertius Romanus patria.religione/mãſuetudine/& placabilitate inſignis plurimum.pauperes pauit/& multa tẽpla repaſtinatus eſt.obiit.Pontificatus ſui anno.iii.menſe.yi.die.x.ſedes diebus.xii.uacat.& poſt creatus eſt Agapitus.ii. natione Romanus.fuit Reip.chriſtianæ amator/& moritur Põtificatus ſui anno.yiiii.mẽſe ſeptimo/die.x.huic Ioãnes.xiii.patria Romanus Põtificium munus humeris ſuis nequaq̃ cõueniẽs ſumit a teneris unguiculis q̃buſcũq; libidinibus addictus.quẽ Otho imperator a flagitiis deterrere conatus eſt/& ad uirtutem adhortatus.uerum quum laterem lauaret/concilium indicit/ut ſceleratiſſimi hominis corrigeretur improbitas. auſugit/& in ſyluis more ferarum aliquandiu delituit.pernitioſiſſimus/& ſceleratiſſimus Põtifex ſui Põtificatus anno octauo/menſe.iii.die quinto moritur in adulterio compræhenſus/& confoſſus.inde Benedictus quintus in ſeditione Pontifex creatur/qui ab Othone in Haiſburgam relegatus ibi ex dolore animi moritur. uixit in Põtificatu mẽſes.yi.& dies quinq;.uacauit ſedes diebus.xxx.& tãdẽ Leo octau⁹ creatur/qui anno primo & menſe.iiii.moritur.ſucceſſit Ioannes.xiiii. natione Romanus.quẽ Romani exulatum mittunt.ipſum Otho imperator reſtituit.& ſeueriſſime conſpiratores contra Pontificem mulctatus eſt.obiit Pontificatus ſui anno ſexto/menſe.xi.die quinto.Illo e uiuentibus ſublato Põtificatum ſuſcipit patria Romanus Benedictus ſextus/qui a Cynthio Romano ciue captus.

Anaſtaſi⁹.iii. P.cxxiii.
Landus.P. cxxiii.
Imperii concertatio.
Ioannes.xi. P.cxxiiii.
Saraceni ſuperati apud Garilianum.
Vngari; Italiam.
Leo ſext⁹.P. cxxv.
Stephanus. ſeptimus. P. cxxvi.
Spiren⁹ dux Boemiæ.
Ioannes.xii. P.cxxvii.
Leo ſeptim⁹. P.cxxviii.
Stephanus. viii.P.cxxix.
Martinus.iii. P.cxxx.
Agapitus.p. cxxxi.
Ioannes.xiii. P.cxxxii.
Cõcilium indictum ab Othone.
Benedictus. v.P.cxxxiii.
Leo.viii. P. cxxxiiii.
Ioannes.xiiii. P.cxxxiiii.
Otho.ii. imperator.
Benedictus. vi.P.cxxxv.
Cynthius romanus ciuis

ptus in arce ſancti Angeli fame moritur anno primo/menſe .yi.Pontificatus
ſui.dicunt prauis fuiſſe moribus.poſt ipſum ſanius eligitur Donus.ii.natione Donus.ii.
Romanus.nullius enim ſceleris infamia notatus eſt.ſed plurimæ modeſtiæ P.cxxxvi.
magnopere laudatus.floruit hiſce temporibus Aldobertus martyr inclytus Aldobertus martyr.
patria Boemus/& Pragenſis epiſcopus/& Diuus Odoardus Angliæ rex/ Odoardus
pariter & Maiolus Abbas.moritur ipſe Donus anno Pontificatus in primo.& diuus rex an
Pontificatum male adeptus eſt Bonifacius.yii.ſanguine ignobilis & moribus gliæ. Maiolus
ignobilior.quem ſicuti malis artibus acquiſiuerat ita male amiſit. nam poſtq̃ abbas diuus
pretioſiſſima e Baſilica Petri ab ipſo ſubtracta conſumpſit/turpiter uitam fi/ Bonifacius.
niuit Pontificatus ſui menſe.yii.die quinta.inito Pontificatu a Benedicto.yii. vii.P.cxxxvii. Benedictus.
patria Romano.quo ſedente Otho imperator Romæ moritur.& in ueſtibu/ vii.p.cxxxviii.
lo beati Petri labro porphyretico honorificentiſſime ſepelitur/ & Otho ter/ Otho.ii.imperator morit.
tius eligitur/& ipſe Benedictus Pontifex optimus moritur Pontificatus ſui Otho.iii.imperator.
anno octauo/menſe ſexto.ſucceſſit Ioannes quintodecimus natione ſiue Ro
manus/ſiue Ticinẽſis/quem Pontificatus ſui menſe tertio captum a Roma Ioannes.xv. P.cxxxix.
nis conſtat in carcerem mortuum fuiſſe.ſedem Apoſtolicam adeptus eſt Ioan Ioannes.xvi.
nes.xyi.natione Romanus uir a clero odio habitus.nã omnia hoſpitibus elar P.cxl.
giebatur/quod maxime Romanæ ſedis dignitati aduerſatur. appatuiſſe co/ Romanæ ſedi aduerſat.
metem eo tempore legimus/ſicut & nunc apparuit menſe Octobris/anno ſa Cometes.
lutis.M.D.xxxii.& fame/& peſte diu laboratũ fuit. Deus faxit ne nos/& iis/ Ioãnes.xvii.
& etiam bello laboremus.obiit Pontificatus ſui menſe octauo . ſuccedit Ioan P.cxli.
nes.xyii.Romanus patria uir doctiſſimus.& eo tempote Adeobaldus Epiſco Adeobaldus
pus Vltracenſis/qui multa in laudem immaculatæ/ Virginis/& ſanctiſſimæ Epiſcopus.
Crucis edidit/doctrina/& religione magno in pretio habitus eſt.moritur Ioan Gregorius.v.
nes hic.xyii. Põtificatus ſui ãno.x.mẽſe ſexto/ die.x.ipſe uero Gregorius quin P.cxlii.
tus/qui Ioanni. xyii.ſucceſſit Saxon fuit genere/Othonis tertii propinquus.
ſeditionibus Romæ agitatis fugiens in Germaniã ad imperatorem peruenit.
Sed undecimo menſe poſtq̃ pulſus fuerat/per exercitum Othonis reſtituitur. Electio imperatoris ſolis
Hic cognitis fortunæ uariationibus/ut diutius impii Romani dignitas apud germãis.
ſuos Germanos remaneret/ſanctionem retulit/ut ſolis Germanis liceret im/
peratores Romanos eligere.poſt hunc per duodecim Pontifices quiſedem
uariis fortunæ modis adepti ſunt/uſq; ad Leonem nonum natione Alemanũ
res uariæ ſe habuere ita ut uaria erant tempora.Ex iis autem duodecim Ponti
cibus fuit Ioannes decimus octauus Placentinus Epiſcopus/qui adeo fuit Ioãnes.xviii.
improbus ut iniuria iter Pontifices cõnumeratus ſit.moritur magna cũ igno P.cxliii.
minia decimo Pontificatus menſe.malis artibus etiã poſt uſurpata eſt ſedes
Petri a Syluestro ſecũdo patria Gallo/qui ex monacho Magus effectus eſt. Syluester.ii.p
doctrinæ tamẽ addictus/dæmonis fraudibus ſupremã dignitatẽ adeptus eſt/ cxliiii.
pacto ut poſt mortem etiam in corpore ſuus eſſet. ante tamen obitum pœni/
tuit.nec tanta fuit ſcelerati Pontificis cupiditas/quin apud Deum optimũ
ueniæ ſibi relictus non ſit locus.Moritur Pontificatus ſui anno quarto/men/
ſe primo/die.x.dum in Baſilica ſanctæ Crucis in Hieruſalem Romæ ſacrifica
ret.Succeſſit Ioannes.xix.homo ignobilis/& patria & cognomine/qui men/ Ioã.xix.p.
ſe q̃rto/& die.xx. ſuſcepto Põtificatu moritur.dũ uiueret/uiſus eſt cometes/ cxlv. cometes.

& inde multa mala ſubſequuta ſunt.ſed de eo nil memoria dignum com/
Ioannes.xx. P.cxlvi. perio. Minus etiam memoratu dignum geſſit Ioannes.xx. natione Ro/.
Robert⁹ rex manus.Laudabilior fuit eius tempore Robertns inclytus rex Galliarum do/.
Gallearum. ctrina/& militia/& non minus religione inſignis.haud ſimilis illiteratis prin/.
Pricipes illiterati. cipibus.qui nihil aliud ſunt/q̃ imago Leonis cæteris feris potentia imperan/
tis/nõ ratione.obiit Pontificatus ſui i pſe Ioannes anno quarto/ & mẽſe quar
Sergius.iiii.p. cxlvii. to.Merito paſtoris ſummi magiſtratus in Sergiũ.iiii.Romanum patriciũ col
latus eſt.nam is uerus Chriſti ouium cuſtos fuit.pauperibus liberalis.& om/.
nibus iucundus/& nulla ſua in actione repræhenſibilis.iuſte/& integre gu/.
bernauit a natura bonis moribus educatus.uir ſanctiſſimus ſecundo ſui Pon
tificatus anno/die.xy.moritur/ & in baſilica Petri merito ſepelitur.huius ſuc
Benedictus. viii.P.cxlviii. ceſſor fuit Benedictus octauus Tuſculanus natione.Hic Henrico imperato
re defenſore omnibus in rebus utebatur. ſed imperatore mortuo eiectus eſt/
& poſtmodum reſtitutus.obiit.xi.Põtificatus ſui anno/menſe primo/die.xiii.
Ioannes.xxi. P.cxlix. ipſi ſuffectus eſt Ioannes.xxi.natione Romanus/cuius temporibus Diuus
Mediolanũ obſeſſum a conrado: Ambroſius Archiepiſcopus urbem Mediolani/a Conradi imperatoris obſi
dione liberauit in ſomnis interitum minitando ni diſcederet.hic Ioannes inter
optimos connumeratur Pontifices.moritur.xi. Pontificatus ſui anno/& die
Benedictus. x.P.cl. nono.uacat ſedes diebus octo.Succedit Benedictus nonus Thuſculanus pa
tria/qui ob eius ingnauiam e ſede a Romanis eiectus fuit. at reſtitutus Gre/.
gorio ſexto libere ceſſit.poſt ceſſionem accuſatus/& damnatus fuit.quia ſedẽ
Apoſtolicam probris ſuis fœdauerat/ac ſine lege/ac ratione uixerat. tandem
moritur occupato Pontificatu per interualla annis.xi.menſibus quattuor/
Syluester.iii. P.cli. diebus.yiiii.ſubrogatur Syluester tertius Romanus ciuis.pulſo Benedicto
Gregorius.vi. P.clii. largitione factus eſt.ſed tantũ per nouem/& quadraginta dies permãſit in põ
tificatu.inde Gregorius ſextus ut diximus a Benedicto pontificatum accepit.
Synod⁹ henrici impatoris Eo tempore ab Hẽrico ſecundo imperatore habita eſt ſynodus. Hic dignita
tem ſedis Apoſtolicæ labefactatam auctoritate ſua/& animi magnitudine re/
ſtituit/& imperium eccleſiæ recuperauit.inter religioſos antiſtites numeran/
Clemens.ii. P.cliii. dus eſt.Sedit in pontificatu annis duobus/menſibus ſeptem.creatur Clemẽs
ſecundus in Synodo fauente Henrico ſecundo imperatore/qui Pontifica//
Damaſus.ii. P.cliiii. tus ſui menſe nono/ueneno e uiuis ſublatus eſt.& Damaſus ſecundus natio
ne Bauarus ſedem occupat.qui tertio/&.xx.occupati Pontificatus die diui
no iudicio iuſto moritur.neſcio an Põtifex apellari debuerit/quũ non recte ſe
Leo nonus. P.clv. dem adeptus fuerit.Leo nonus igitur Alamanus patria Pontificatum iniit/
& anno Domini milleſimo quadrageſimo nono quum Romani miſiſſent
Bauonus. ad imperatorem Henricum ſecundum/ut optimum Pontificem ſibi daret/
Epiſcopus. is ſtatim Bauonem Epiſcopum/Tublenſem uirum probum/& mitem
Romam miſit cum legatis Romanis. Qui quũ uellet intro cum habitu põ
Ildebrandus tificio ſuccedere/admonitus eſt ab Abbate Cluniacenſi/& Ildebrando/
monachus. Monacho/ut depoſito pontificis habitu priuatus ingrederetur/Aſſe//
Electio pontificis quib⁹: rentes/Henricum imperatorem nullam creandi pontificis poteſtatem a
Deo habere/ſed ad Clerum Populumque Romanum id pertinere.at
Leo ilico paruit/præſertim quum inter eundum e cœlo audiſſet. Ego cogito

pacis

pacis cogitationes/ & nõ afflictionis.ita actũ/haud multo poſt a Clero Popu
loq; rite Pontifex electus eſt.ipſe Ildebrandũ ſanctæ Romanæ eccleſiæ Dya
conum/Cardinalem creat.Sanctiſſimus pontifex in omni uita pietatis/& In
nocẽtiæ ſtudioſiſſimus fuit/benignitate/ & hoſpitalitate adeo inſignis/ ut ei⁹
domus perigrinus/& pauperibus ſemper patuerit.acceptus Deo/& homini/
bus erat.Semel quum ante fores ſuas leproſum pauperem inueniſſet / eumq;
præ miſericordia collocari in lecto ſuo mandaſſet/ apertis mane a ianitore fo
ribus nuſq̃ pauper inuẽtus eſt.Chriſtum pauperem illum fuiſſe creditum eſt.
familiarius cum bonis Pontificibus numen ſine dubio agit.neq; Martinum ta Chriſtus pauper.
bificum animo præualere ſuis maledictis arbitramur.qui tantopere in Pontifi
ces inuehitur/& in eccleſiaſticas auctoritates.Quid poteſt hic calumniator Lutherus.
peſſimus improbare? Inuidia te occæcat inſulſiſſime Luthere.deperis intuen
do maieſtatem pontificiã/quã principes & reges honorãt/q; ſedes Romanæ Pontificia maieſtas.
urbis ſit facta Domina rerum.Neq; reges/neq; imperatores creari ſe rite pu/ Principes
tant/& eſſe in ſua potentia conſtituros/niſi habeant a Pontificibus Romanis a pontificib⁹
ratum imperium.Quis hoc tam exoculatus liuore neget/tam perditus men/
te peruertat / q; Chriſtus apertiſſimis uerbis conſtituerit/ qui ſibi abituro in Petrus P.
cælos/ uicarias regerẽt in terris uices? & munia hæc diuina inter mortales exer
cerent? An imprimis ſubrogatum fuiſſe Petrum cũ ſtultiſſimo Eraſmo ſuſpen
dis naſo? quum tam ingenue is profeſſus fuerit illius diuinitatem.dignum ſa/
ne iudicauit/cui cognomen ineſſet Petri/cuius in Petra Diuina conſtrueret
ædes/cui inferna clauſtra non paterent/cui Ianuariæ adeſſent claues/ cui om
nis ſoluendi & ligandi poteſtas præſens eſſet/ & eius ſucceſſoribus/& non cui Pontificis poteſtas.
uis alteri.quo poſtq̃ ab inferis pedem retulit / promiſſa obſeruauit. ſciſcitatus
de amore an præ cæteris impẽſius amaret.paſce(ter inquit)oues meas q; pa/
ſtoris officium ſignificantius explicuit.Hic eſt ille Pontifex magnus Petrus/
qui magno animo dixit.Tu es Chriſtus filius Dei.Tu uerba uitæ æternæ ha/
bes.Ego in carcerem & in mortem paratus ſum ire tecum/& ſi oportuerit me
mori tecum/non te negabo.Cõſtituto magno ſacerdote populi Chriſtiani Pe
tro non dubium eſt per ſæcula uentura alios ſucceſſores ſimili modo præſcri
bi/quibus ea præciſe poteſtas demanderetur.neq; tanto myſterio finis illic de
fuit quũ Crucifixus eſt Petrus.Viuet hæc Põtificũ poteſtas donec Chriſt⁹ ue
niat in ſua maieſtate.q; ſi hæc officia/hæ poteſtatis cõdonatæ leges non in ma Caput unus in eccleſia.
gnis ſacerdotibus reſeruarentur/quo nam modo eccleſiæ militãtis reluceret
ſplẽdor? ſi unus non eſſet in tãta chriſtiani populi rep.uelut caput/a quo om
nia dependerent membra/connexioneſq; compactæ conſiſterent/quid uani⁹
dici poſſet eccleſia militanti? Chriſtum dices eſſe uere militantium caput.non
imus in inficias.Sed hic illius uicem gerit/ſicut ratio mortalitatis noſtræ ex/
poſcit/ut in uno quoq; regno unus Rex. qui etſi ſit unus/habet tamen qui
primariam uicem gerat / ut eo abſente/ſit reip.præſens.ea agat/ea excogitet/
opereturq; / ut totus grex præſtãtiſſimã opẽ/uelut ab optimo paſtore ſemper
ſentiat. ſicut fecit Victor ſecundus natione Alemanus.Qui poſt Leonis de/ Victor.ii.P. civi.
ceſſum Põtifex creatus eſt. Habuit imprimis hic pro magno negocio ſynodũ Synodus florentiæ.
Florentiæ celebrari. ubi multos Epiſcopos tum Simoniæ/ tum fornicationis

cauſa adminiſtratione priuauit. Clerumque admonuit quid ad religionis
cultum pertineret etiam his præpoſita pœna/qui canonicas leges tranſgrede/
retur. premebat id tẽpus omniũ chriſtianorum mentes timor. quando Sarace
ni tunc obſidebant Capuam/eſſent que finitimæ ciuitates excidio ab hoſtib⁹
datæ/niſi unus repertus princeps Robertus Guiſcardi/qui ſumptis armis fu
gaſſet Saracenos/atque uno impetu Campanos/& finitimas urbes obſidio/
ne liberaſſet. Q uẽ origine fuiſſe non nulli putant Normannum alii Ftancum
exiſtimant. ut cunque magni animi fuit & excellentis ingenii. ob eam rem me/
rito eum Apuliæ regem declararunt. ſucceſſit Victoti Stephanus nonus/qui
eccleſiã Mediolanenſem ad Pontificũ ſedem teduxit obſequentẽ quæ/fere du
centis annis ſe a Romana ſubtraxerat. Inde Benedictus decimus qui quum
non eſſet legitime creatus/ab Ildebrando Cardinale Pontificatu eiectus eſt.
& Nicolaus ſecundus ſufficitur. uita per triennium probatus moritur. cui
Alexander ſecundus patria Mediolanenſis ſucceſſit/qui Mantuæ Syno/
dum celebrauit. Lucenſem eccleſiam/cuius antea fuerat Epiſcopus con/
ſecrauit. Defuncto ſubrogatus Gregorius ſeptimus/Q ui antea uocaba/
tur Ildebrandus Soannenſis patria. uir acri ingenio & prudentia ſingulari:
adeo defenſor in omnibus eccleſiæ/ut per undecim annos/quos ille ſedit/
multa paſſus ab Henrico impatore/Defenſus a Roberto Guiſcardo Salerni
deceſſerit. ſederunt uni poſt alios Victor tertius/mox Vrbanus ſecundus.
ſed Victor ſuſpicione ueneni moritur. Vrbanus Gregorii ſeptimi acta
contra Henricum ptobauit. profectus in Galliam apud Claromontem cele/
brato concilio Chriſtianos ad recuperandam Hieroſolymam incitauit. ſubſe/
cutus inde Paſqualis ſecundus ex Flaminea oriundus. Hic ab Henrico quar
to imperatote cum omnibus Cardinalibus eſt captus/atque in montem So/
tacte ductus neque aliter dimiſſus/niſi eum diademate redimiret. ſed diſce
dente imperatore concilium Lateranenſe indixit. inibi omnia/quæ ui fece/
rat/retractauit. habuit ſucceſſorem Gelaſium ſecundum patria Gaieta/
num. Vix renuntiatus Pontifex irruptis conclauis foribus a Concio & Leo/
ne Fracapanibus captus/calcibuſque petitus eſt. quod egre ferrent/quod
non fuiſſet creatus unus ex ſuis. perductus in eorum domos a populo libe/
ratur. Rurſus ueniente Henrico Romam in Apuliam fugit. ſed illo mox di/
ſcedẽte/& Romam reuertitur. ſed neq; meliorem nactus fortunam dum San
ctæ Praxetæ templo ſacrificaret/irrumpentibus inimicis uix euaſit. furtim in
Galliam abiit. Ibi apud Cœnobium Cluniacenſe moritur. ſucceſſit Caliſtus ſe
cundus. apud Lateranam ædem concilium celebrauit. ubi actum de ſupple/
mento chriſtianis mittendo/qui tunc in Aſia pro religione gerebant. ſedit poſt
modum Honorius Secundus/ex agro Forocornelienſi Vir laudatus. in
de Innocentius ſecũdus patria Romanus. Hic contra Rogerium Apuliæ
comitem mouens cum nonnullis Cardinalibus capitur. Sed reuerentiægra
tia dimittitur. Ei omnia prætet regis titulum/quem ille ante omnia optabat/
conceſſit. Romã reuerſus offendit nouũ Pontificẽ creatũ filiũ Petri Leonis/
cuius metu pterritus/in Galliã aufugit. ibi concilio celebrato pſeudo Põtificẽ
eccleſiæ hoſtẽ iudicat. inde reuertẽs Romã cũ Lothario imperatore/& fugato

Saraceni capuam.
Robert⁹ guiſcardi.
Stephanus non⁹. P. clvii.
Benedictus decimus. P. clviii.
Nicolaus. ii. P. clix.
Alexander. ii. P. clx.
Synodus mãtuæ.
Gregori⁹. vii. P. clxi.
Victor. iii. p. clxii.
Vrbanus. ii. P. clxiii.
Cõcilii apd Claromontẽ
Paſqualis. ii. P. clxiiii.
Henricus. iiii. imperator.
Concilium lateranenſe.
Gelaſius. ii p. clxv.
Caliſtus. ii. P. clxvi.
Concilium. apud lateranam ædem.
Honorius. ii. P. clxvii.
Innocentius ii. P. clxviii.
Rogerius apuliæ comes.
Fili⁹ Petri leonis pſeudo.
Cõcilium in Galliam.
Lothari⁹ imperator.

pſeudo

pſeudo potitifice/concilium celebrat.In quo multa bona pro ſacerdotibus ſta/
tuit.habuit ſucceſſorem Cæleſtinum ſecundum patria Tifernatem. inde parũ
uiuentes ſederũt Lucius ſecundus Bononiẽſis/& Eugenius tertius Piſanus/
& Anaſtaſius quartus patria Romanus/& Hadrianus quattus Anglicus na/
tione Federico Aeneobatbo Imperante/quem apud Lateranum diademate re
dimiuit.Radacophanum in agro Senẽſium Arce & mœnibꝰ muniit. ubi quã
doq; habitauit pertęſus Romanorum ſeditiones.Habuit ſucceſſorem Alexan
drum tertium patria Senẽſem/qui duorum & uiginti Cardinalium ſuffragiis
pontifex creatur/quamuis Octauianum Romanum ciuem præsbyterum car
dinalem titulo ſancti Clementis tres reperti ſint/qui pontificem elegerint/atq;
appellarint Victorem.unde in eccleſia ſciſma ortum eſt.Alexander pontifex ut
tantum inter catholicos e medio tolleret incendiũ/petiit per legatos ab Aeneo
barbo/ut ſua auctoritate exortam diſcordiam tollerent.at is iuſſit utroſq; ad ſe
uenire.erat tunc Federicus in obſidenda Cremona occupatus.quo nuntio ad/
monitus Alexander inde indies quid animi in ſe imperator haberet pernoſcens
non paruit.eam ob rem Octauianum/quem Victorem appellabant/ impeta/
tor confirmauit potitificem.at Alexander undiq; intuitus in ſe coniurate inimi
cos/conſcendens clam nauigium Terracinæ ad id ipſum Gulielmi Siciliæ re/
gis iuſſu præmiſſum/ad Philippum Francorũ regem abiit.Ibi cõuentu in Cla
ramonte celebrato/Federicum/ & uictorem anathemate deuouit . Federi/
cus Cremona multis incommodis affecta/uelut Tyrannica poteſtate teformi/
dabilis omnem tranſpadanã regionem ſibi infeſtã reddidit.Dertonam/ & Me
diolanum/quia ciues cum Alexandro pontifice coniuraſſent/ſolo æquauit.At
finitimi populi periculo præſenti commoti Veronenſes/Patauini ab imperato
re deſciſcunt.Federicus Ticini ſe receperat.Compoſitis ad tempus Italiæ rebus
adhortatus Franciæ Regem ad tollendam omnis ſciſmatis cauſam ut apud Di
uonem locus eſt/ubi Sauo fluuius Gallos a Germanis diuidit/ſe cum Alexan
dro conferat/profecturũ & ipſe pollicetut cum Victote.Cæterum Alexander
non eo iturum aiebat/ubi ipſe concilium nõ indixiſſet quam ob rem re infecta
Federicus furibũdus in Germaniã rediit.interea pſeudo Victot Lucæ morit̃.
cui Guido Cremenſis ſubrogatur.& Romam ab amicis Alexander accitus re/
diit.cuius aduẽtu ciſalpinæ Galliæ populi in ſpem libertatis erecti in Federicũ
crudeliter imperantẽ arma ſumunt.Mediolanum inſtaurant.fœdus inter ſe fir
mant.Nec interim Federicus deſedit.nouis/ac ualidis copiis in Italiã reuerſus
Anconã.capit/Lucã munit pſidio pſeudo pontificis Guidõis.Romam uerſus
ſigna mouit.ſed pontifex Alexãder parum tutum eſſe Romæ intuitus noctu
nauigatione ſalutem ſibi quæſiuit/ Gaietam primo mox Beneuentum dela/
tus inde Venetias incognito habitu peruenit.Ibi plures dies in Cænobio cha/
ritatis latuit. mox agnitus a Sebaſtiano Duce in pallatium ſummo cum hono/
re perductus eſt.& Federico/quia Romæ acriter peſte laborabatur/ in Ger/
maniam reuerſo populi in Gallia Ciſalpina confœderati nouam urbem ædi/
ficant atq; in gratiam pontificis Alexandriam appellant apud Routetum am/
ni Tanato adiacentẽ . Creuit breui ciuitas mirũ in modum populo & diuitiis.
familiæ/quæ nũc in ea urbe illuſtres habentur/ex uiris octo prouenere/a qbus

Conciliũ romæ.
Celeſtinus.ii.P.clxix.
Lucius.ii.P.clxx.
Eugenius.iii.P.clxxi.
Anaſt.iiii.P.clxxii.
Hadrianus.iiii.P.clxxiii.
Federicus aeneobarbꝰ Imparor.
Radacophanum.
Alexãder.iii.P.clxxiiii.
Octauianꝰ appellatꝰ uictor pſeudo
Sciſma tẽpore a'ex.
Aeneobarbꝰ
Cremõa obſeſſa a federico impatore
Gulielmus ſiciliæ rex.
Philippꝰ rex francorum.
Conuentus in claramonte.
Dertona a federico impe ratore vaſta ta.ediolanũ æquatũ ſolo
Veronẽſes & patauini a ſeder co deſciſcunt.
Sauo fluuiꝰ
Guido Cremenſis pſeudo.
Mediolanũ inſtauratum
Ancona capra.
Sebaſtianus dux uenetiarum.
Alexandria Lombardiæ
Tanaris fluuius.

Ouiliaꝝ locus. illi iniecta habentur prima fundamenta. Ex quibus unus eſt locus Ouiliatū.
Perboni. Q uapropter mirum eſt ꝙ nunc ciues ea illa tam acriter inſectentur loca/qđ
quaſi parricidium eſt. Perbona uero familia initium ſumit a deſcendennbus Ale
rani/quibus antiquitus erant conſtituta iura Ouiliarum/quæ tandem ad no/
ſtras manus iure peruenere. Alexáder uero audita nouæ urbis ſuis auſpiciis ædi
ficatione epiſcopum dedit anno ſalutis humanæ. M.C.lxxy. At Federicus im/
mortali in Alexandrum odio affectus rurſus in Italiam magnis copiis deſcen/
dit/Minari paſſim Alexandrinis & Mediolanēſibus excidiū. ſed utrinq; parum
proſpere dimicauit/ & obſedit adiuuantibus undiq; finitimis/ & confœderatis
Papienſis epus priuatus pallio & cruce: populis. eas ob res Federicus iam graui obſidione Alexandriam premens/per/
teſus iam longitudinem laborum/obſidionem ſolués intra Ticinum ſe recepit.
Cuius epm/qa in partes impatoris declinaret/pallii/& ferēdæ crucis dignitate
Alexander priuauit. Cæterū quū minus in dies ſpei ineſſet potiūdæ in Italia ui
uictoriæ/Germāi proceres minari in patriā reditū/ ni Federic⁹ in pōtificis grām
rediret/rati nō potiri uictoria/id nō ſine Dei iudicio accidere/ꝙ eccleſiā Dei pſe
Pax inter alexandrū.p. & federicū imperatorem. queretur. Q uæ res fecit ut non multo poſt negocium apud Venetos ſit agita/
tū. Amicis citro ultroq; adeūtibus/operāq; obnixe dantibus Federicus Vene/
tias adit. ibi in ueſtibulo Diui Marci Pontificis pedes deoſculatus eſt/ſimul de
inde ad altare maius profecti/Accepta dataq; ſalute de pace/& fœdere Chriſtia
næ Reipu. ſermo habit⁹ eſt/q̄ ſeq̄nti die ex ſnia cōfecta eſt magni. Dei hæc ſunt
euidēter opa/ut cognoſcat oē ſæculū quāta ſit in Romāis pontificibus diuinæ
Eraſmus Lutherus. uolūtatis potētia/quos Eraſmus/& Lutherus blaterōes īfreni līgua de ſede au
ctoritatis deturbare nitunť. poterāt infinitis exēplis Germāici iſti Lutheri ne
bulones admoneri. quibus expreſſe Deus per miracula excuſſit/non eſſe tan/
gendos Chriſtos ſuos. Sed ſumma ueneratione colendos etiam eos/& ſi male
uiuendi morum ſuſpitio claudicet. poſtremo omni ſæculo uicere pontifices. &
qui in ſummos ſacerdotes tam petulāter euecti/ſemper demum iuſtitia diuina
male habiti ſunt. Q uis hæc tam peruerſa inuolutus hæreſi perpendens non re
deat ad metrum? Federicus imperator Chriſtiani orbis/potentia armorum/&
opum tanta/quanta nemo ante alius in Germania fuit/qui poſtquā omnem co
natum in pauperem pontificem & latentem impendit/a ſe ipſo uictus eſt. Ac/
ceſſit & adhuc ſpirans nimis proſtratus ad terram deoſculaturus pontificis pe
des dixit. non tibi ſed Petro. & ille ſupne ingruenti pede rite reſpondit. & mihi
& Petro. ut ex eo cognoſci poſſit quantum hæc dignitas Deo curæ ſit. Q uan/
tum Romanum ſacerdotium ſupra cæteros mortales emineat/oſtēdit indigna
In aronem inſurgere. tio cæli dehiſcente terra in eos/qui auſi ſunt in Aronem inſurgere. oſtendit etiā
& in Federicum/qui & ſi cum pontifice uiſus reconciliatione placatus/nō ta/
men in aula cæli abſolutus eſt. Abiens Venetiis imperatot Rauēnā profectus
eſt. nec multo poſt Alexander Romam rediit. ibi homo eccleſiæ ſtudioſus pro
maximo negocio habuit ad corrigēdos religioſorum mores nimia licentia labe
Concilio lateranum. factatos/ut in laterano publice celebraretur concilio. ipſe uero quum tyranni/
cis perturbatiōibus quieſcere cuperet/perpetuo quieuit. deceſſit anno ſui pon
Lucius.iii.p clxxv. tificatus. xxi. die. xix. ſublatis prius e medio quattuor ſciſmaticis pōtificibus ſub
rogatur Lucius tertius natione Tuſcus Luca urbe gente nobili oriundus. ſed

Romæ ſeditione exorta Veronam profectus ibi diem obiit. ſecutus & Vrba/
nus tertius patria Mediolanenſis de gente Cribella/ uix annum ſedens Ferra/
riæ moritur dum Venetias properaret parandæ claſſis gratia contra infi/
deles. ſecuti ſunt Gregorius octauus Beneuentanus/ qui eadem cauſa Piſis
moritur. inde Clemens Romanus tertius/ Cuius hortatu Federicus una cum
cæteris principibus expeditionem ſumpſit in infideles. ſucceſſit inde Cæleſti/
nus tertius Romanus & ipſe Henrico quinto imperante/ cui regnum Sici/
liæ conceſſit Guillermo ſine hærede extincto/ tradita ei in matrimonium Con
ſtantia Rogerii e Cænobio Panormitano detracta. poſt hunc ſedit Innocen/
tius tertius Anaginus e Comitum familia. Hic Othonem quartum imperii
corona inſigniuit. Decretales compoſuit. xenodochium ſancti Spiritus in
Saxia fecit. Turrim/ quam nunc comitum uocant/ excitauit. moritur Peruſii.
ſucceſſorem habuit Honorium tertium patria Romanum Federico ſecundo
imperante/ quem uelut eccleſiæ ditionis uſurpantem ſacris interdixit. ordines
Franciſci & Dominici probauit. Fecit & ædes Caſimarii. ſubſecutus Grego/
rius nonus Anaginus e Comitum familia Innocentii tertii nepos. Hic quum
audiuiſſet ꝙ Federicus ſecundus imperator auxilio Piſanorum quoſdam
Cardinales ex Gallia accerſitos/ partim cæpiſſet partim mari depreſiſſet/ ex ani
mi dolore extinctus eſt. Hic Peruſii Atheneum quod ſapientiam uocant/ de
ſuo nomine/ conſtruxit. poſt Huius mortem electus eſt Cæleſtinus quartus
patria Mediolanenſis e familia Caſtillionum uita/ & doctrina inſignis. uix deci
mum/ & octauum diem uixit. Creatus inde Innocentius quartus e Fliſco/ ac
Lauaniæ comitibus. fuit uir peritiſſimus. apparatum Decretalium edidit & Au
tenticas/ & de iuriſditione imperii auctoritateq; pontificis librum ſcripſit. Inſti/
tuit ut Cardinales pileo uterentur roſeo/ & equo ueherentur. Adeptus eſt ſe/
dem poſtmodum Alexander quartus patria Anaginus. retulit hic Claram
uirginem Aſiſinatem inter cælicolas. deceſſit Viterbii. Cui ſucceſſit Vrbanus
quartus natione Gallus. Hic quia multis iniuriis a Manfredo rege afficiebatur
legatos ad Ludouicum Franciæ regem mittit rogans ut Carolum Prouinciæ &
Andegauiæ comitem conſobrinum/ & generum ſuum cum exercitu in Ita/
liam mittat. quoniam decreuerat Manfredo expulſo/ eum regem Siciliæ citra/
& ultra Pharum creare. feciſſetq;/ niſi mors hominem arripuiſſet. Cui ſucceſ/
ſit Clemens quartus natione Narbonenſis merito ob ſanctitatem/ & docti/
nam pontifex creatus. Hic Carolum Andagauenſem Hieruſalem/ & Siciliæ
regem declarauit hac conditione/ ut Carolus ſacramento adductus quotan/
nis ſolueret eccleſiæ nomine cenſus quadraginta milia aureorum nummum.
neue imperium Romanum/ etiam ultro oblatum acciperet. qui mira fœlicitate
uſus regno potitus eſt. apud Beneuentū facta copia pugnandi interfecto Man
fredo uictoriam conſecutus eſt/ nec multo poſt Conradinum Conradi Sueui
nepotem in Marſis non longe a lacu ſuperauit. quem e fuga intercæptum capi
tali ſupplicio affecit. quod longe ante ſanctus pontifex præſago quodam ani/
mo diuinarat/ anno ſalutis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octauo/ Quo
tēpore decedens Clemens diu diſceptantibus reliquit Cardinalibus ambiguū/
quiſnā eſſet dignus Clemēti ſucceſſor. poſtmodū Viterbii eligit̄ Gregorius. x.

Vrbanus. iii. P. clxxvi.
Gregorius viii. P. clxxvii
Clemens. iii. P. clxxviii.
Cæleſtin⁹. iii P. clxxix.
Henric⁹ quītus imperator & rex ſiciliæ.
Innocētius. iii. P. clxxx.
Otho. iiii imperator.
Decretales cōpoſitæ
Honori⁹. iii. P. clxxxi.
Federicus. ii. imperator.
Ordines frā ciſci & dñici cōprobati.
Aedes caſimarii.
Gregori⁹. ix. P. clxxxii.
Cæleſtinus iiii. P. clxxxiii.
Innocētius. iiii. P. clxxxiiii
Decretaliū apparatus & Autētica & de iuriſdictiōne imperii.
Cardinales. pileo roſeo & equo.
Alexan. iiii. clxxxv.
Clara uirgo.
Vrbāus. iiii. P. clxxxvi.
Manfredus rex ſiciliæ.
Clemēs. iiii. P. clxxxvii.
Carol⁹ andagauēſis. Hieruſalē & ſiciliæ rex.
Impiū in regē ſiciliæ nō concedatur.
Gregorius. x. P. clxxxviii.

Rodulfus imperator.
Conciliū lugduni.
Ecclesia latina & græca reconciliata.
Innocētius qntus. P. clxxxix.
Hadrianus qntꝰ. P. cxc.
Io. xxi. P. xci
Nicolaus iii. P. cxcii.
Ioã. gaietanus.
Flamminea bononia & exarcatꝰ rauennatū ad ecclesiam.
Senatoria dignitas a Carolo rege in pontificem.
Senator romæ non sit princeps.
Martinꝰ iiii. P. cxciii.
Honorꝰ iiii P. cxciiii.
Nicolaus iiii. P. cxcv.
cælestinꝰ quintus. P. cxcvi.

patria Placentinus imperante Rodulfo/uir ſanctus pacem inter Genuenſes/ & Venetos conſtituit. Lugduni conciliū celebrauit. Græca & Latina eccleſia reconciliata eſt. rediens Romam Aretii moritur. poſt inibi Innocentius quintus Burgundus ordinis prædicatorum pontifex creatur/qui uix ſedens menſes ſex morit̃. Succeſſorē habuit Hadrianū qntū e Fliſco. Sed & is paucis diebus uiuēs reliqt ſedē. Creat̃ Io. xxi. natiōe Hiſpanus q Viterbii ex ruina conclauis morit̃ quū uix mēſes octo ſediſſet. Succeſſit Nicolaus tertius pr̃ia Romanus ex familia Vrſina Io. Caietanus ātea uocatus. Hic primus Flāmineam Bononiā cū exarcatu Rauennatū/quæ imperatori ſuberant/in poteſtatem ſuam reddidit. Habuit in animo duos reges creare ambos ex familia Vrſina: unum Hetruriæ/alterum Lombardiæ. ſenatoriam dignitatē a Carolo rege ad ſe tranſtulit. Vetuitq; perpetuo edicto ne hunc magiſtratū rex/aut princeps aliquis petere auderet. fuit Nicolaus uir magni animi/atq; conſilii/adeo moribus/& uita integer/ut uulgo compoſitus diceretur Doctorum cultor/præſertim qui doctrinam cum prudentia/& religione coniunctam haberent. Auxit diuinum cultum/& prouentum ſeruientibus eccleſiæ: obiit Iuriani anno ſui pontificatus tertio/& menſe octauo. Cardinales Martinum quartum natione Gallum Viterbii in pontificem eligunt uirum ſanctum/& religioſum/qui Peruſii morit̃/& miraculis claruit. Hunc poſtmodum ſecuti ſunt Honorius quartus patria Romāus e gente Sabella. inde Nicolaus quartus Aſculanus ordinis minorum/& ipſe breui uiuendi ſpatio decedens. habuit ſucceſſorem Cæleſtinū quintum antea Petrum Maroneum appellatum profeſſione Anachoritam patria Eſerniēſem ſecundo a Sulmone miliario cœnobium incolentem. is creditur ob ſanctitatem uitæ ad pontificatum fuiſſe prouectus inſtāte Carolo rege & Latino Cardinali. Aquilæ coronatur/ubi miraculo rei ꝙ hæremita ad tantā dignitatē fuerit aſſumptus/pluſq̄ ducenta milia hoīum ad ſpectaculū adfuere. uerū nō multo poſt morte Cardinalis Latini/q oīa ritē eiꝰ noīe gubernabat pſuaſus/qa minꝰ aptus rebꝰ agēdis uidebat̃ pōtificatu ſe abdicauit a Bn̄dicto Caietāo/q poſtea Bōifacius octauus fuit/& eius ſucceſſor. cuius opa poſtq̄ pontifex creatus eſt/i carcere ſexto poſt mēſe interiit. qui ob patientiam uitæ/& merita a Clemente quinto inter Cælicolas relatus eſt. Claruit poſtmodum Aquilæ ubi ſepultus eſt/miraculis

Bonifacius octauus. P. cxcvii.
Iubileū conſtitutum.
Decretaliū liber ſextus.
Sciarra colūnenſis.
Beuedictus xi. P. cxcviii.

Bonifacius octauus/patria Anaginus. ſedit annos octo. annū Iubilei primus inſtituit/ac celebrauit Anno. M. ccc. baſilicam Petri nobiliſſimis campanis ornauit ſextum decretalium iuuante Diuo Mugellano compoſuit. cum Philippo rege Francorum/& cum familia Columnienſiū graues inimicitias exercuit/unde illi mors ſequuta eſt. Anagiæ repertus a Sciarra Columnēſi noctu captus/& in cuſtodia fame mori coactus eſt. Creatur Benedictus undecimus patria Taruiſinus ordinis prædicatorum uitæ/& morū integritate ſanctus habitus. Sciarram & omnes in morte Bonifacii cōſentientes anathemate notauit. habuit in animo expeditionem contra infideles celebrari. Sed menſe octauo ſui pontificatus moritur. ſucceſſit

Clemens qntus. P. cxcix.

Clemēs quintus Vaſco præſul Burdegalenſis. poſt longam patrum contentionem abſens Peruſiæ creatus eſt. is ex Burdegala Lugdunum profectus omnes Cardinales ad ſe iuſſit uenire anno. M. cccv.

Q uæ res fecit ut pontificia curia abſuerit Roma per.lxxiiii. annos .creauit Clemens multos Cardinales ſed genere Gallos/ ex Italia nullũ . Miſit tñ.iii. Cardinales ex ſenatoria poteſtate Romam . Q uorum auſpiciis urbs ipſa & Italia gubernaretur / quo tempore apud Nouarieſes noua hæreſis exorta eſt a Dulcino/& Margarita inuenta. Fraticelli hi ſunt appellati/a quibus ſancitũ erat ut promiſcue mares & fœminæ ſimul habitantes impune in omnem libidinẽ proruerẽt.ſed ii capti igne pœnam dedere. ita fit Diuino iudicio/ut eccleſia ſingulo quoq; ſæculo per nouas hæreſes laboret. quo/æque aurũ diuerſis ambuſtum fornacibus/magis defæcetur.non longe differunt ab iis quæ Lutherus cum ſuis combibonibus uafre commentatus eſt.præpoſita paſſim impunitate liberius/aut potius licentioſius/uiuendi Theutones uelut in uiuaria piſces ad ſceleratiſſimum Aſylum confluxere . neq; mirum quum mortales contemptis patrum legibus multi auaritia tacti ad eccleſiarũ bona diripienda ſe Martino dedere/peroſi uetus iugum ſacramentorũ & abſtinẽdi/ & ieiunandi/& orandi/& confeſſionum.frequentandæ legis mandata & noſtræ obſeruationis aſperitatem ad omnes profanas libidines/& rapinas proruere.Ratus is nouus hæreſiarcha nullo dulciori Germana ingẽia poſſe trahi pabulo/ q̃ his præpoſitis/quæ ad uoluptatem allectẽt/atq; ſub ſpecie ueritatis a ſe (ut ait) modo repertæ/paſſim prædicare.Q uæ grauiora uidẽtur/nõ diuino mãdato/ſed pontificum inſulſo excuſſa arbitrio eſſe. proinde floccipendi oportere.ſed ut breui ſunt Dulcini/& Margaritæ hæreſes conculcatæ/ita Lutherana hæc prodigia uaneſcent.non poteſt Dei firmũ in eccleſia robur his Boreæ confringi flatibus.ſtabunt/in æternumq; ſtabunt pontificum in conciliis ſancita dogmata.non poteſt unus infirmus mortalium diuino ſpiritu cõſenſum ſtatutũ ueterũ catholicorũ diluere.Q uid ineſſe in eccleſia uidetur/ quod nõ ſit maxima charitate plantatum? Si qui fuerint/qui in tanta ſerie de ſe mala exhibuerint exempla/qui utiq; & multi fuere/non protinus coniici debet ſummam diuinæ totius eccleſiæ rationem falſam/ & mancham fore. Cor eccleſiæ ſanctum eſt.& immaculatum . Chriſtus eccleſiæ caput non errat.Orauit pro Petro ideſt pontificia ſucceſſione.quæ & ſi in nonnullis quandoq; claudicaret/non tamẽ eſſet fides defectura. pace eorũ dixerim/qui uolunt ſanctã pontificiam maieſtatem uilipendendam ob paucos malos/qui in eccleſia Chriſti perperã agũt/diſſipant/dillacerant bona Chriſti.Habet Dei filius ſedem ſuã nõ ſine ratione in eo loco poſitam uelut in conſpectu omniũ gentiũ/ad quam omnes adire poſſint ad gratiã capeſſendam.minus in fide credi deberet/ſi pontificum non adeſſet in terra maieſtas/ſi ſummũ ſacerdotẽ nõ intueremur præſentem.poteſt alibi is diuinus magiſtratus reſidere/ſed nõ diutius.Romæ id ſtatutum in cælo ſplẽdere tribunal non ægre mortales ferant. Ecce pontifex Clemens quintus & ſi in Gallia ſedem teneret/Romæ animo erat. uelut natura/mens ad propriũ domiciliũ ſpectabat.Baſilicã Lateranẽſem incẽdio deuaſtatã reſtitui mãdauit.Electus per id tp̃s Henricus Lucẽburgenſis a Germanis imp̃ator/hac lege a Clemẽte cõfirmat᷑/ut iter bienniũ Rõæ coronã imperii capiat.q᷑ is cũ magnis copiis ueniẽs Italiam multis incommodis affecit. Sed pontifex octauo ſui põtificatus anno moritur ſupra menſem decimum/

Hæreſis nouarienſis.
Fraticella hæreſis.
Dulcinus & margarita hæretici.
Lutherus.
Martius hæreſiarcha nouus.
Eccleſiæ caput chriſtus.
Eccleſia ob malos miniſtros nõ eſt laceranda.
Eccleſia romæ rite collocata.
Henricus lucẽburgẽſis imperator.

prius tamē Cœleſtinum quintum ob miracula eius inter ſanctos retulit.edidit
librum Clementinarum a ſe compoſitum in Viennenſi concilio. Habuit ſuc/
ceſſorem Ioānem.xxii.patria Caturcēſem epūm Portuenſem Hic Ludouicū
Bauarum hoſtem eccleſiæ ſacris interdixit.ſectā Fraticellorū extinxit. qui Pe/
tro de Corbario Reatinæ dioceſis ordinis minorum pſeudo Pontifici tantum
obtemperabant.Creatus erat is pontifex a Bauaro.ſed Romæ a Bonifacio Co
mite Piſano captus Auinionemq; perductus ad Ioannē pontificem/in carce/
re extinctus eſt.ſectatores Corbarii libidinum cōmertia marium & fœmina/
rum conciliabant.etiam uiuendi luxu licentioſa poteſtas. ſed nunq̄ eccleſia
Chriſti uixit ſine cōtrariis uentis.ſed ꝑpetuo uincet.neq; Luthera/quæ nūc in
Germania uagatur/diu gaudebit.habuit poſt mortē Io. ſedem Pontificiā Be/
nedictus.xii.patria Toloſanus ordinis Ciſterciēſis.cōfirmauit cenſuras quas
Ioannes Pontifex in Bauarum emiſit.quare quum ius imperii ad pontificē de
ueniſſet imperialibus oppidis ipſe uicarios conſtituit.Magna tūc in Italia uis
tyrannorū exorta eſt.ſed pontifex miſſo in Italiam legato perſuaſit ſenatui/&
Populo Romano/ut ſenatoriam dignitatem/quam diu regio ſub noīe geſſe/
rant/ſuis tādē/& eccleſiæ auſpiciis adminiſtrarent Hanc ob rem & Stephāo
Columnæ Senatoria dignitas in quinquennium data eſt/& collegæ ei annui
dati ſunt.Accidit ut pontifex Stephanum ad ſe acciret.unde Vrſus Anguilla
riæ Comes Stephani collega Franciſcum Petrarcham aſtāte populo corona
poetica in Capitolio donauit anno ſalutis.M.cccxxxviii.At Pontifex ueritus
ne uacante imperio Italia ab aliquo externo hoſte inuaderetur Luchinum Vi
cecomitem/& Ioannem eius fratrē Archiepm uicarios inſtituit.Moritur Ioā/
nes in Pontificatu ſuo anno ſeptimo/ab oībus deſyderatus/ iuſtus clemens/
liberalis.cui ſucceſſit Clemens patria Lemonicēſis Petrus antea uocatus mo
nachus & Archiepus Rhotomagēſis.Iubileū abſens iuſſit celebrari Romæ
quod ad annum.l.reduxit.ſubſequutus eſt in Pontificatu Innocentius ſextus
patria Lemonicenſis/pontificii/ciuiliſq; iuris uir conſultiſſimus.fuit uir inte/
gerrimæ uitæ.bñficia eccleſiaſtica nō niſi probatis uiris dedit. Egidiū Carillā
legatum ad res Italiæ componendas miſit.Is multa prudentia uir Italiam ua/
riis tumultibus uexatam abſente pontifice pacauit. Vicarios male de eccleſia
meritos ſuſtulit.bonos confirmauit. Pontifex uero moritur eo tempore/quo
Bartholus ſaxoferratus uir illa ætate omnium conſultiſſimus erat. ante uero
pontificis mortem tanta ſolis defectio facta eſt/quāta nunq̄ antea.Cui ſucceſ/
ſit Vrbanus quintus patria Lemonicēſis.Abbas tūc ſancti Victoris Maſſili
enſis & apud Vicecomites in Italia legatione fungebatur.uocatus itaq; Aui/
nionem pontificatum iniens uir ſingularis/uirtutis/& uitæ īnocētiſſimæ/ſta
tim ad tuendam eccleſiæ libertatē animum adiecit. rurſus in Italiam mittitur
Egidius Cardinalis/qui magna prudentia Vicecomites ſuperauit. Qua ui/
ctoria Vrbanus excitatus Romam tandem rediit.& Egidius iam ſenio cōfe/
ctus tertium poſt menſem moritur.eius corpus Aſiſium delatum eſt in eccle
ſia beati Franciſci.tumulatur ſepulchro a ſe condito dum uiueret. Vrbanus
Apoſtolorum capita diu quæſita tādem inuenit qui iam in obliuionē aberāt.
reperta apud ſancta ſanctorum/& in locellis argenteis recōdita/ad altare ma/

Clementina rum liber.
Conciliū uiē nenſe.
Io.xxii.P. cc.
Ludouicus bauarus.
Fraticellorū ſecta extincta.
Corbarius pſeudo.
Bonifacius comes piſanus.
Benedictus xii.P.cci.
Tyrānorum uis in italia.
Senatoria dignitas romæ.
Stephanus colūna ſenator.
Vrſus āguillariæ comes.
Franciſcus patrarcha.
Luchinus uicecomes & Ioānes archiepſ uicarii pontifice.
Clemēs ſextus.P.ccii.
Iubileū ad annum.l.
Innocētius ſextus.P. cciii.
Egidius carilla.
Bartholus ſaxoferratus iureconſultus.
Solis defectio
Vrbanus quītus.P.cciiii.
Egidius cardinalis.
Apoſtolorū capita iuuēta.

ius Baſilicæ Lateranenſis cum maxima ueneratiõe collocantur ſtante Clero/ & Populo Romano. Cæterũ Vrbãus in galliam reuerſurus Hancutũ egregium copiarum ducem conſtituit/ut tandiu ditionem eccleſiaſticã tueretur/ quoad e gallia ipſe reuerteretur. redire in Italiam ei in animo fuit. ſed dum pontificiſcitur/ Marſiliæ moritur. Habuit ſucceſſorem Gregorium undecimum patria Lemonicenſem. hunc uix olim decem & ſeptem annos attingentem Clemens. vi. eius patruus Cardinalem creauit. & ne id ſanguinis ſtudio uideretur agi/ad Baldum eo tempore egregium doctorem/qui tũc Peruſii ꝓfitebatur/ erudiendum miſit. ubi tantum in omni genere uirtutum profecit/ut idem Baldus in confirmandis rebus eius pleruncꝙ authoritate uteretur. Exiſtẽte hoc in Gallia pontifice/pene omnia in Italia pontificis loca defecere. Eas ob res commotus Pontifex ſtatuit Romam redire. Auxerunt ad hæc animum litteræ uirginis Diuæ Caterinæ Senẽſis/& Baldi peruſini palam dictitantis ꝙ ſalua cõſcientia urbem negligere non debet quamobrem anno. M.ccclxxvi. clam paratis triremibus in rhodano. xxi. aliud ſimulãs Genuam/inde Cornetum applicuit. unde magna omnium lætitia Romam profectus eſt. Florẽtinos/quia pontificis oppida ad defectionem impulerant/ſacris interdixit. ſed non diu ſuperuiuente Gregorio ſuffectus eſt Vrbanus ſextus Neapolitanus archiepus Barenſis. extra ſenatus ordinẽ creatus eſt. Gallici enim Cardinales ſeceſſione facta aliũ Gallum Clementẽ eligunt. uerũ dum armis Caroli Regis Neapolitani/ꝙ nepotẽ principẽ creare noluerit/Nuceriæ petitus/uix nauigio Genuã aufugit. Qui dum ueheretur/quinꝙ Cardinales/qui cum pſeudo pontifice cõiurarant/depreſſit. uerũ quũ primũ potuit Romã reuerti/auxit patrũ numerum creans uno die. xxix. Cardinales omnes Neapolitãos/tribus exceptis. Bonifacius nonus ſucceſſit eadem patria Petrus cognomẽto Tomacellus. iuuẽis admodũ/licet tñ grauiſſimæ & prudẽtiſſimæ ſenectutis mores habebat. nihil illi obiici unꝗ potuit/quod foret dedecus/niſi ꝙ nimiũ obtẽperauit affinium deſyderiis. illis enim ad auaritiã aucupantibus paſſim Indulgentiæ uendebant. Morit laterũ dolore. habuit ſucceſſorẽ Innocentiũ ſeptimum patria Sulmonẽſem tumultuãte tota Italia. mortuo Ioãne Galeatio duobus filiis ſuperſtitibus ſed adoleſcẽtibus ipſe Viterbiũ ſeceſſerat poſt multa rediens Romam. natura comis & blandus. adeo pontificii ciuiliſꝙ iuris peritus/ut facile hoĩes tum tõnibus tum ſuauitate dicẽdi in ſui ipſius ſnĩam alliceret. plurimos Cardinales creat. Ludouicũ nepotẽ agri Piceni Marchionẽ/ eundẽꝙ firmanum principem conſtituit. duobus annis ſedens moritur. & ſciſma tunc in eccleſia Dei longius trahebatur altero pontifice creato Romæ altero Auiniõne/qui uero Romæ creatus/ Gregorius duodecimus appellatus eſt patria Venetus. Angelus Corrarius antea appellabat. at qui in Gallia erat Bñdictus decimus tertius olim petrus Luna. igit Cardinales Romæ poſt mortẽ Innocentii cognita priorũ pontificũ negligẽtia in ſciſmate tollẽdo/ne tanto reſpu. Chriſtiana piret incẽdio/inter ſe in conclaui ſtatuere/ut ſi qs ex nũero ad põtificatũ aſſumeret ſcripto iutamẽto pacto ꝓmitteret dignitatẽ ꝓ bono publico depoſiturũ ſi idẽ Galli facerẽt. Hac cõditiõe Gregori⁹ duodecim⁹ elect⁹/Benedictus in Gallia tantũdẽ polliceri ſi id in tuto loco fieret. cæterũ Cardinales

Hancutus martigena.

Gregori⁹. xi. P.ccv.

Baldus iure conſultus.

Catherina diua ſeneñſis.

Vrbanus ſextus. P.ccvi.

Clemens pſeudo.

Cardinales i xxix creati.

Boniſacius nonus. P. ccvi.

Innocenti⁹ vii. P.ccviii.

Ludouicus agri piceni marchio.

Sciſma poſt innocentiũ.

Gregori⁹. xii P.ccix.

Benedictus. xiii. pſeudo.

Conciliū piſanum. Alexāder quītus. P. cc.x. tum Romani/tum Galli Piſas conuenere/ubi ambos abſentes/& promiſſi colluſores dignitate priuauerunt/Alexandrum Quintū natione Cretenſem Petrum antea uocatum/fratrem ordinis minorum Archiepiſcopum Mediolanenſem/uirum praeclarum & ſanctitate uitae elegerunt. quod ubi ambo pontifices audierunt/alter in Auſtriam profectus quaſi nouum concilium moliturus/alter Benedictus in Catheloniam aufugit/ubi natus erat. atq; intra caſtellum Paniſcholae locum mūitiſſimum ſe ſe munit. Et ſi utriq; in Piſano cōcilio exauctorati eſſent/tamen uelut eſſent ueri pontifices Cardinales creant.

Gabriel condelmari⁹. Gregorius dum Lucae eſſet/Gabrielem Cōdelmarium Venetum inter Cardinales retulit. qui poſtea Eugenius quartus fuit. Ita res inter Chriſtianos laborabat/quum Alexander animi uirtutibus praeſtans Piſis omnibus approbantibus

Ladiſla⁹ rex neapolitanus priuatur. Ludouicus Andegauiae dux. Baldeſar Coſſa cardinalis. Ioā. xxiii. P. ccxi. Ladiſlaum regem Neapolitanum/qui ditionē eccleſiae abſentibus pontificibus multum/diuq; uexarat/regno priuauit/& ius illud Ludouico Andegauiae duci competere declarauit. ſoluto igitur cōcilio Piſano pōtifex Alexāder Bononiam petiit. praeerat tunc ciuitati regēdae Baldeſar Coſſa. s. Euſtachii Cardinalis/quē Alexāder in legatiōe cōfirmauit/q; ei⁹ īduſtria ac pſīdiis Piſanū cōciliū habitū fuiſſet. ſed Alexāder uir bonus/& prudēs mēſe octauo ſui pōtificatus Bononiae moritur. & Ioā. xxiii. patria Neapolitanus antea Baldeſar cognomento Coſſa Bononiae omnium conſenſu pontifex creatur/homo magis militaris/q̄ religioni deditus. ferunt electionem uiolenter factam/& Cardinales pleroſq; pecunia corruptos. quippe qui longa in ea adminiſtratione

Sigiſmūdus luciburgus vngariae & boemiae rex. per ſiſtens grandem ſibi pecuniam comparatit. ut cunq; pontifex creatus/quia Piſis ſtatutum erat/ut ad certum tempus concilium indiceretur ut imperatoris gratiam aucuparetur/ſubito miſit ad electores imperii oratum ut Sigiſmōdum Luciburgum Vngariae & Boemiae regem imperatorem creent. atq; ne alibi concilium celebrandum transferretur/ſe id dictitabat Romae celebratū rum. ſed neq; id commode fieri poſſe arbitrabatur/niſi prius Italiam ab diſcordiis ſedaret. quam rem dum impenſe curat ad concilium conſenſu omniū na

Cōciliū magūtinum. tionum citatus eſt. ipſe ad tollēdum ſciſma duos Cardinales ſtatim in germaniam miſit. qui una cum Galliae/& Germaniae principibus locum idoneū deligerent. Conſtantia Magūtinae prouintiae ciuitas ad id potiſſimum idonea eſt uiſa. eo itaq; ad certam diem decreto omnes conueniunt. proficiſcitur & Ioannes multis amicis ne eo accederet admonentibus. tenuit per multos dies diſputantium diuerſa ratio in expectatiōe pricipes. ſed ſuperueniente Sigiſmon

Scaphuſa in germania do facta eſt omnibus libere/quae uelint/dicendi poteſtas. Multa crimina/& quidem grauiſſima pontifici obiecta ſunt. Quibus Pontifex perterrefactus/

Inſula ſancti marci pro pe cōſtātiam mutato habitu clanculum Scaphuſam Federici Auſtriae ducis locum aufugit. quo pleriq; Cardinales a ſe creati peruenere. ſed his poſtea concilii auctoritate reuocatis Ioānes Scaphuſa Friburgum confugit iturus inde/ſi fieri poſſet ad Burgundiae ducem. ſed iubente cōcilio capitur & in inſula ſancti Marci prope Conſtantiam in carcerem conicitur Pōtificatus ſui anno quarto/menſe decimo. de cauſa fugae captum eſt diſquiri. grauiſſimi uiri conſtituti ſunt/qui/quae de Ioāne dicerentur/perpenderent. quadraginta capitula edita ſunt. ex quibus/quia quaedam non poſſe inmutari uidebantur (adeo erant inueterata)

terata)contra fidem iudicata ſunt.nonnulla uero ſi non damnarentur/chriſtia
nis omnibus eſſent paritura ſcandalum. igitur omnibus in eandem ſententiã
uenientibus Ioannes merito pontificatu deiicitur.deiectus ſententiam in ſe la
tam comprobauit.Quo facto ad Ludouicum Bauarum cuſtodiendus mitti/
tur/ donec aliud decerneretur.in Laldeſberga caſtello munitiſſimo triennio ſi
ne famulo italico diligẽter aſſeruatus eſt.fuit itaq; Ioanni abrogatus Pontifica
tus ab his/q cũ eo ante ſenſerant/uenerantq;. nondum ii/ qui cũ Gregorio/
& Benedicto ſentiebãt/ad concilium conuenerant.iccirco Synodicum decre
tum promulgarunt.illi uero affirmarunt generale concilium legitime congre/
gatum habere a Chriſto ſtatim ueram poteſtatem.Quo fundamento conceſ
ſo ipſum etiam Pontificem concilio ſubiiciebant.Quam ob rem neceſſe fuit
ſuadente etiam imperatore Sigiſmondo/ut Gregorius/quem ipſe uenire recu
ſabat/unum mitteret/qui ſuo nomine concilii ſententiam approbaret.quod fa
ctum eſt per Carolum Malatam. qui perlecta coram renuntiandi facultate/
Gregorium Pontificatu abdicat.Sed Gregorium conuentus omnis pro tam
libera abdicatione agri Piceni legatum creat. ſed is non multo poſt Racaneti
moritur.ad hæc tertius reſtabat Benedictus.in quo abrogando maior difficul
tas inerat.atq;/ut rite omnia & ſancte fierent/ipſe imperator Sigiſmõdus una
cum oratoribus concilii ad Franciæ & Angliæ reges peruenit .inde Ferdinan/
dum Aragoniæ regem.ſed omnes & Rex/& populi præter Benedictum/ qui
in ſua obſtinatione/& peruerſa pertinacia periit/cõcilii uniuerſi ſancitis aſſen
ſere.Gerebatur res in concilio ſuffragiis quinq; nationũ/Italiæ/ Galliæ/ Ger/
maniæ/Hiſpaniæ & Angliæ .quicquid horum conſenſu & ſuffragiis ſtatue/
batʼ/id ita ratum erat/atq; per præconem/& per notarium publicũ pro curia/
enuntiabatur.qua quidem auctoritate Benedictus Pontificatu tandem priua
tur.eſt in eodem concilio condemnata Ioannis uiglef hæreſis/& duo ex ſecta
toribus eius combuſti ſunt.eius hæreſis radicibus uidetur nunc nouæ plan/
tulæ ſub Luthero repullulaſcere. ſed quemadmodum illi male uertit/ſic in
huius caput/omne uolutabitur incendium.ecce ꝙ ipſe citat concilium.qua/
re celebrari ſynodum optat:ʼ quia fortaſſe putat in ſtatutis cõuentibus intereſ
ſe ſpiritum ſanctum.ſed recte hic exiſtimat/ſi tantum ſenſus illi relictũ eſt.non
enim negari põt/ubi duo uel tres cõgregãtur ĩ nomine Chriſti/ipſum ĩ medio
illorum eſſe.non ne ex ſententia ſancti concilii ii hæreſiarchæ combuſti ſunt:ʼ
qui inter cæteros errores dicerent eccleſiaſticos ad imitationem Chriſti paupe
res eſſe debere/quum ex tanta rerum copia/& luxu populi omnes ſcandaliza
rentur.ſed Chriſtus non damnauit diuitias/ſed idolatriam diuitiarum. cecinit
ſpiritus ſanctus per os Dauid/diuitiæ ſi affluent/nolite cor apponere.ſi Chri/
ſtus cum ſuis Apoſtolis paupertatẽ excoluit/an propter hoc abiiciẽdas opes
ab eccleſiæ cultoribus eſſe præcepit:ʼ magna prouidẽtia illud exemplo a Chri
ſto peractum/ſi diuitias diſcipulos contemnere doceret.ne quum ipſe Dei
filius ueniſſet in terram/eſſet ambitus hiis præſidiis/crederetur non uirtute/
ſed potentia diuitiarum id fieri quod faciebat in paupertate.non apparuit in lu
xu/in diuitiis/ut Reges terreſtres/nõ in potentia armorum/non in uaframen
tis.ſed in forma ſerui/& in humilitate patientiſſimus prædicans non telluris

Laldeſberga caſtellũ germaniæ.

Carol⁹ malata.

Conciliũ qnq; nationũ.

Hæreſis Ioãnis viglef. Lutherus.

opes/ſed cœli regnum.ſed nunc ſtabilita religione/nõ decorum eſt ut ii qui in eccleſiis præſident/ſint mendici/& pauperes.ſed habeant diuitias/& prouentus/quibus & maieſtatem eccleſiaſticam/& dignitatem honeſte tueri poſſint. non tamen in luxu/ſed in parſimonia degentes ſubueniant pauperibus/adſint Reip.contra hoſtes.non enim ſacerdotes prouentuum Domini ab eccleſia conſtituuntur/ſed prudentes miniſtri reddituri quoq; rationem uillicationis eccleſiæ Chriſti.omnia in ſumma charitate diſponit/omnes ſine diſcrimine recipit fides. quo quo modo uoluerit homo inſeruire Chriſto/an pauper an diues erit/utiq; poterit.in omnibus ſancta religio ſanciuit modum.ſtandum eſt ergo decretis ſancti cõcilii.quam ob rem dum hæc a patribus peracta ſunt/de reſtituẽda eccleſia/de corrigendis clericorũ moribus mẽtio facta eſt.& quia id fieri nõ

Pontificis electio.

poteſt/niſi adſit magnus ſacerdos/de eligẽdo Pontifice ſumma opera data eſt. atq; ut maiorẽ auctoritatẽ decreta concilii habeant/placuit una quaq; natione uiros ſex deligi/& quidẽ probatos.qui una cum Cardinalibus conclaue cõgreſſi pontificem deligerent.Igitur poſt multa anno milleſſimo quadrigenteſimo;decimo ſeptimo/ſexto idus Nouembris/omnes conclaue ingreſſi ſunt.atq; in celebritate beati Martini hora tertia Otho Columna ſancti Gregorii ad uellus aureũ Dyaconus Cardinalis Pontifex creatur conſentientibus Cardinalibus duo

Otho colũna Cardinalis.

bus & triginta/nationibuſq; omnibus præter omnium ſpem & opinionẽ/ quũ iam quadriennio eccleſia uero Pontifice caruiſſet.tantũ.n. Conſtantienſe concilium durauit cum magno prælatorum & eccleſiarum incommodo. fuit hæc Pontificis creatio omnibus pene incredibilis lætitia.ipſe imperator gaudio profuſus conclaue ingreſſus omnibus egit gratias/qui tantum uirum/ & tam neceſſarium reip.Chriſtianæ quaſi extinctæ/delegiſſent.& ante Pontificem proſtratus cum ſumma ueneratione eius pedes exoſculatus eſt. contra Pontifex non ſecus amplexus q̃ fratrem/eumq; multis honorat uerbis/q; eius opera ſit

Martin⁹ quintus. P.ccxii. Concilium ſingulis quinquennis.

eccleſiæ reddita pax. ipſe Martinus uocari uoluit/q; electio ſit facta in celebritate Diui Martini.His peractis Martinus inuito imperatore in Italiam reuertitur / indicto prius concilio in quinquennium. deinde a quinquennali in ſeptennium. mox in decennium. inde res protracta legis habet locum ut ſingulis quibuſque decenniis generale Concilium idoneo celebretur loco.

Philippus dux Mediolani.

ipſe Mediolani exceptus maximo cum honore a Philippo Duce/ Mox Florentiæ. ibi Coſmi Medicei precibus/Ioannem e cuſtodia fugientem permiſit in officium Cardinalatus remanere. qui poſt tantam huius mundi curam/in ea ciuitate deceſſit. & Martino Romam uenienti omnis ætas / omnis no//

Ludouicus Ludouici regis frater. Ladiſlaus rex. Alphonſus aragonũ rex Brachi⁹ dux Franciſcus Sfortia.i. Eugeni⁹.iiii. P.ccxiii.

nobilitas / obuiam proficiſcitur. Ludouicum Ludouici regis fratrem / qui hæres a Ioanna ſorore Ladiſlai regis inſtitutus fuerat / in regno confirmauit / conquerente maxime Alphonſo Aragonum rege. qui ad ſe regnum iure uendicabat. quare / ut nonnulli ſcribunt / bellum Aquilæ urbi duce Brachio mouit. Pontifex Franciſcum Sfortiam auxilio mittit ubi Brachius periit. & quia ſacris erat interdictus / Romæ extra portam ſancti Laurentii. in loco ꝓfano ſepultus eſt.ſedit Martinus ãnos xiiii.mẽſes tres.ſucceſſit Eugeni⁹ quartus Venetus imperante Sigiſmondo/quẽ ad ſe uenientẽ corona tedimiuit ipſe

Pontifex

Pótifex.Nicolao cognómento Fortibrachio agrũ Romanum uaſtãte/& Ro
manis ad rebellionem tumultuantibus clam cymba piſcatoria fugiens Floren
tiam defertur. ubi p aliquot annos commoratus eſt.poſtea Bononiam ſe con/
tulit. ibi quum negaſſet ad Baſilienſe uenire concilium Ferrariæ indixit.Q uã
ob rem Baſilienſes pſeudo Pontificem Fœlicem Amideum nomine/Sabau/
diæ ducem tum in heremo degentem creant. ſed laborante ob peſtilentiam
Ferraria/Cõcilium Florentiam delatum eſt.ubi & Armeniorũ legati/& Ioan
nes Paleologus imperator Conſtatinopoli de fide Orthodoxa conuenere.fe/
cit Pontifex Florentiæ Cardinales .xyi.inter quos duos græcos/Beſſarionem
Nicenum/atq; Iſidorum Ruthenum.mox Romam uenit/poſtquam pacata
omnia ſunt p Patriarchã Vitellicum.Habuit ſucceſſorem Eugenius quar/
tus Nicolaum quintum natione Lucenſem ex oppido Sarazano imperante
Federico tertio/qui antea uocabatur arte medicus/ſed ingenio ualens/ & be
nignitate Nicolai Albergoti Cardinalis ſanctæ crucis adiutus ad magnam di
gnitatem peruenit.Pontifex ergo creatus Federicum imperatorem una cum
coniuge Leonora Romam uenientem diademate cinxit. Iubileum annũ.M.
cccel.celebrauit.bibliothecam Vaticanam inſtituit. primus omnium ſæculi
noſtri litteras pene fugiẽtes præmiis præpoſitis reuocauit.murũ addidit Vati
cano.eius tpe Cõſtãtinopolis a Turcis capta & direpta.deceſſit omniũ deſi/
derio/nullis in eo uitiis repertis præter unũ/q; nimio bibendi ſtudio teneret.
Defuncto ſuffectus eſt Caliſtus tertius præſul ac patria Valentinus Alphon
ſus Boria uocatus/in ſcientia pontificia doctiſſimus & Alphonſi regis familia
ritate intimus.Huius tẽpore nobilis illa ad Belgradũ uictoria cõtigit/ubi tres
Ioannes interfuere.Caruacalla legatus/Vaiuoda Dux/& Capiſtronus Con/
cionator.ſedit annos tres.Rodoricũ nepotẽ uicecancellariũ fecit.fuit uir mi/
tis ac in paupes liberalis.moriẽs Caliſtus centũ & quindecim millia nũmũ au
reorũ reliqt/quos ĩ uſus bellicos cõtra Turcas cõparauerat.habuit ſucceſſorẽ
Pium ſecũdũ Senis oriundũ cognomẽto Picolhomineũ/patre Syluio & ma
tre Victoria.nam pater eiectus a Senenſi plebe cũ reliqua nobilitate ad fundũ
Gentilotiũ Corſinianũ uallis Vrciæ oppidũ ſe conferens infantẽ eo loci ex uxo
re ſuſcepit/cui inditũ eſt nomẽ Aeneas Syluius.puerpera autẽ per quietẽ uiſa
eſt ſibi infantẽ cum mitra parere.Nec prius id male ominantis mentẽ deleri po
tuit/q̃ illũ Tergeſtinũ Epiſcopũ deſignatũ fuiſſe audierit.Hic excitus dome/
ſtica paupertate ĩ ipſo adoleſcẽtiæ inino peregrinatus quũ magnã præ ſe ferret
ingenii ubertatẽ continuo uirtutibus/& eruditionibus auctus in Federici im/
peratoris aulã peruenit.ubi breui eſt magiſter epiſtolarum cõſtiturus. inde plu
ribus legationibus & magnis rebus adhibitus/cognitus quantũ in imperii cu/
ris ualeret/unus omnia obibat.quũq; in omnibus eccleſiæ Romanæ fauiſſet.
a Nicolao præſul Tergeſtin⁹/deinde Senẽſis/& a Caliſto Cardinalis creatus/
mox in Pontificatũ aſcitus eſt.qui quũ nil maius uerſaret in animo/q̃ contra
Turcas ipſemet cũ cæteris Chriſtianæ Reip.principibus ire/& per ignauiam
ab aliis eſſet ceſſatũ/ex animi dolore deceſſit.uir omnibus uirtutibus præditus
fuit.ingenii uero ſi quis dotes pernoſcere cupit/ſua præclariſſima monumenta
legat.locum eius ſortitus eſt Paulus ſecundus natione Venetus antea Petrus

Baſilienſe cõcilium.
Amide⁹ fœlix ſabaudiæ dux pſeudo.
Conciliũ florentinum.
Armenioru; legati.
Ioan. paleologus imperator.cõſtãt.
Beſſarion Nicenus cardinalis.
Iſidorus ruthenus cardinalis.
Vitellic⁹ Patriarcha.
Nicola⁹ quintus.P.ccxiiii.
Nicolaus albergotus Cardinalis.
Federicus imperator.
Leonora federici imperatoris.
Iubileũ anni .M.cccel.
Bibliotheca vaticana.
Conſtãtinopolis a turcis capta.
Caliſtus .iii. P.ccxv.
Victoria apud belgradum.
Rodoricus nepos caliſti
Pius.ii. P.ccxvi.
Vallis vrciæ.
Aeneas ſyluius.
Federic⁹ imperator.
Paulus.ii.p.ccxvii.

Bardus appellatus.fuit iuſticiæ cultor/ſeuerus in puniendo/non tamen cru/delis.Federicum imperatorem limina Petri uiſentē pro dignitate excepit. Car/

Marcus barbus Cardinalis:

dinales admodum paucos fecit/inter quos tantum duos ob uirtutes/Mar/cum Barbum propinquum præſulem Vicentinum/& Oliueriū Carafam præ/ſulem Neapolitanum.ipſe dum poſt cœnam cum architecto de tranſportan/do Obeliſco in plateā Baſilicæ Petri ſermonē haberet/repentina apoplexia pe/

Xiſtus.iiii. P. ccxviii:

rit.Et Xiſtus quartus in Pontificatum aſſumptus eſt/antea Franciſcus patria Sauonenſis/ordinis minoris generalis/ac Theologiæ ꝓfeſſor.fuit doctrina/& liberalitate inſignis.Romam multis locis uetuſtate prolabentem meliori facie

Laurentius mediceus.

reſtituit.multos Cardinales fecit.conuerſus ad arma Laurentium Mediceum Florentia expelli conatus eſt.ſed cæteris principibus rei Florentinæ fauentibꝰ detecta etiam coniuratione non præualuit.Ea occaſione principes illi conciliū indixere.ubi is maxima animi conſtantia reſpondit/ſe libentius concilium ad miſſurum/in quo ſperabat omnium principum & regum ſcelera detecturum/& quæ ipſi contra fas de eccleſiæ bonis occupaſſent/repetiturum.quæ res fe/cit ut/dum illi crederent/ſe Pontificē expugnaturos/ab eodem perterrefacti

Alphonſus calabriæ dux. Robertꝰ malateſta:

a celebratione concilii deſtiterunt.exercitum Alphonſi Calabriæ ducis in campo mortuo uirtute Roberti Malateſtæ ꝓfligauit. captos pene omnes e regno

Bellum xiſti cōtra venetos

proceres in eo prælio/paucis poſt diebus confecta pace impune dimiſit. mo/toꝰ cōtra Venetos bello pro Hercule eſtenſi/& indigens pecunia Breuiatores

Breuiatores minores. Sollicitatores quingenti.

minores præſidentiæ inſtituit.quorum loca quingentis poſtea ſollicitatores/quorum trecentis ueniere.munificentior in principes eo nemo fuit/eiectos a Turcis Boſnæ e Cypri reginas/& Andream Paleologum/& Epiri Deſpotos

Andreas paleologus. Deſpoti epyri.

continuo aluit.Saxoniæ/Daciæ/& Meſiæ duces/poſtremo Ferdinandum regem limina Apoſtolorū uiſentes magnificentiſſimis ſumptibus excepit.An/

Iubileum ad xxv.annos.

nuum Iubileū ad.xxv.ānos reduxit/& celebrauit.remp.Romanā/& Apoſtolicæ ſedis ita tuebatur/quanto nemo antea alius.doctos/& uiros ingenio ex/cellentes ad diuitias & honores maximos prouexit.ſedit in Pōtificatu annos.

Innocentius octauus.P. ccxix. Philippus Cardinalis Bononienſis:

xiii. ſucceſſorem habuit Innocētium octauum patria Genuenſem antea Ioannem Baptiſtam cibo uocatum.olim paupertate paterna excitus/puer alioqui forma præſtanti in aula Alphonſi regis inter miniſtros coalitus/inde diſcedēs Romæ inter domeſticos Philippi Cardinalis Bononienſis habitus diu(ut fit) fortuna adiuuante præſul Sauonēſis/inde Melfitēſis/& a Xiſto Datarius/po/ſtremo Cardinalis factus eſt.Morum manſuetudo & humanitas illi cum principibus & magnis uiris amicitiam pollicebatur.& quum tam Blandus eſſet/& in omnem amicorum uoluntatem quaq; uerſum flexibilis/nihil tamen ex ſuis bonis commodus.latebat ingens auaritia/ut hominem Genuenſem co/

Ferdinandus rex Neapolitanus. Crucis titulꝰ inuentus.

gnoſceres.ſub blandis uerbis Pontifex factus in Ferdinandum Neapolitanū regem cum proceribus regni coniurauit.ſed nihil fœliciter ſuccedente/pacem cum rege ſtatuens/urbis quieti uacauit.repertus eſt eius tēpore crucis Chri/ſti titulus in Baſilica ſanctæ crucis in pariete eiuſdem eccleſiæ triplici lingua. IESVS NAZARENVS Re.cætera deficiunt.exceſſit anno ſuæ ætatis.

Alexander ſextus.P.ccxx:

lx.Pontificatus.viii.Habuit ſucceſſorem Alexandrum ſextum/patria Valentinum/antea Rodoricum Boriam appellatum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Vi/

cecancellarium

cecancellarium, Caliſti olim Pontificis ex ſorore nepotem. Hic quum primũ ſedere cœpit pro maximo negocio habuit exemplo Innocentii ſuos nothos ad magnos honores extollere. Lucretiam filiam prius Ioanni Sfortiæ Piſaurienſi principi locauit. deinde abdicatã Aloyſio Aragoni Alphõſi regis filio Notho. quo demũ interfecto eũ Alphonſo Eſtẽſi matrimonio adiugauit. bellũ contra Vrſinos ſumpſit. ſed parũ fœliciter. Carolus Virginis filius cum paucis etiam collectitiis eius exercitũ inuadens profligauit, & Guidonẽ Vrbinatẽ ducem captiuũ fecit, & Brachianũ obſidione liberauit, pacẽq; eſt conſecutus. de Alexandro dictũ, ut de Annibale. q̃ uitia uirtutes æquabant. culpam in filios reiiciunt. nihil intentatũ reliquit, ut eos ad culmina rerum promoueret, ipſi tamẽ inter ſe excidio. Cæſar Cardinalis Valentinus alterum fratrem noctu per urbẽ uagantem inſidiis interceptum, ac trucidatum in Tiberim deiici fecit. ipſe dominandi cupidus ſpreto Cardinalatu ad Ludouicũ regem acceſſit cũ magna auri ui. ubi auctus matrimonio accepit puellam de lebreto in uxorem una cũ Valentia oppido. inde Regis auxilio in Italia multum ditionis occupauit. Aemiliã imprimis omnẽ præter Bononiã, patria patrũ eiectis partim necatis antiquis dominis. exercitum egregio ſtipendio alebat. Vrſinos, quorũ militia utebatur, nactus occaſionem, pene omnes extinxit, cupiens ſi ad imperii Romani culmen non poſſet promoueri, ſaltem Italiæ regẽ effici. ideo in nummiſmatis inſcriptio efferebatur. AVT CAESAR. AVT NIHIL. nullum reliquit crudelitatis exẽplũ contẽptor Dei, & hominũ cauſa regnã di. dũ neſcio quos in menſa Pontificis ueneno tollere procurat, miniſtri parum idonei opera trãſmutato per imprudentiã uino, ſe, & Pontificem infecit. ſed ipſe ætatis uigore adhibitis ad cognitũ uenenum ſuis remediis euaſit. Põtifex ob ſenectutis deliquiũ euadere non potuit. xv. calen. ſept. anno Põtificatus. xi. ſalutis. M.D.iii. uariatum eſt per plures dies in noui Pontificis creatione. poſtremũ Cardinales conclaue ingreſſi Frãciſcum Picolhomnieum dyaconũ Cardinalem Senẽſem Pii ſecundi ex ſorore nepotem, Pontificem creant Pium tertium uerum. in ipſo Pontificatus ingreſſu uix trigeſimum attingens diem uulcere, quo diu in crure laborauerat, concaleſcente deceſſit nõ paruum de ſe omnibus deſiderium relinquens. nam & concilii uniuerſaliter celebrandi firmum cõpoſuerat animum. & ad imitationem auunculi ingentis ædificandæ claſſis contra infideles ſtatuerat uotũ. cui poſtea ſucceſſit Iulius ſecundus antea Iulianus Cardinalis Sancti Petri ad uincula, patria Sauonenſis Xiſto Pontifici ſanguine proximus. fuit hic Dei prouidentia ad tantum culmen dignitatis electus, ut eccleſia quæ antea ſub Alexandro, & Valentini tyrannide tam fœde oppreſſa & lacerata fuerat, iam inciperet reſpirare. ipſe natura ſua nulli nocuus. præter q̃ ſibi ipſi. cæteris omnibus benignus, liberalis, Clemens, alter Iulius Cæſar, & ſupra q̃ dici poteſt eccleſiæ honoris, & maieſtatis, & Romani, & Italici nominis ſtudioſiſſimus. habuit ab initio in pluribus rebus fortunam infeſtam. ſed poſtremum præualuit. Venetos repreſſit, inde pro bono Italiæ in priſtinũ reſtituit ſtatum. Gallos Italia eiecit, & Sfortiadas in auitum, & paternum imperium reſtituit. habebat in animo etiam Hiſpanos finibus Italiæ propulſare, ut tota Italia eſſet uacua externis iugis, ſi diutius ſuperuixiſſet. ſed graueſcen

Ioannes Sfortia piſaurienſis.

Aloyſius aragon nothus.

Carolus virginis filius.

Guido vrbini dux.

Cæſar Cardinalis valentinus.

Pius tertius Pc.cxxxi.

Iulius.ii.P. ccxxxii.

te ætate prope octogenarius deceſſit tanto omniũ Romanorum deſiderio re
petitus/ut nõ alius ſit paſſim habitus/q̃ Petrus/Anacletus & Linus. Patrib⁹
Leo decim⁹. P.ccxxii. in cõnclaue diſcutientibus quẽ dignũ Iulio eligerent/ſuffectus eſt Leo deci/
mus antea Ioannes Mediceus patria Florentinus/paucis ante diebus Rauen
nati prælio captus/ubi in exercitu legatũ ꝓ põtifice agebat.dũ in Galliã cũ do
pto captiuo mitteretur/beneficio Marchionũ quorundam e militũ manibus
reuulſus/in patriam incolumis euaſit/ tãta Dei immortalis gratia auctus / ut
ad pontificiam dignitatem euectus totum Chriſtianæ Reip.orbẽ maxima læ/
titia affecerit.Nemo erat/qui ſpem meliorem non caperet/eo ſedente / eccle/
ſiam ad mortalium uota ſanctiores illaturam formas. omnium in animis hoc
ſitum/ tum ob tantam/quæ in eo dũ Cardinalis erat/relucebat/ bonitatẽ /tũ
quia ea familia erat/quæ Italicum nomen multis ſæculis ſplendore illuſtrauit.
& magni Laurentii filius/qui diu Remp.Florentinam diuino cõſilio ſuſtinuit
Laurentius magnus medices. incolumem.Habuit tamẽ in ipſo Pontificatus ingreſſu/ut in rebus humanis
contingere ſolet/aduerſa quædã ob quorundã coniuratorũ dolos.ſed omnes
ſapientis animi depreſſit pede. multos Cardinales creauit. magna & altiora
auſpicaturus a ueſtigiis Iulii non diſcedebat.nil maius in animo uerſabat/q̃
ut Italiam ab exteris nationibus liberaret.uerum/ut ſunt mortalium conditio
nes incertæ & fragiles / dum dabat operam Gallos Italia pellendi/ & iam ca
pto Mediolano ſubito oppreſſus fato deceſſit. quæ res fecit ut tota Italia unis
poſt alias occaſionibus exortis/maximas ſenſerit ruinas/excidia/& cædes.
Patribus in diuerſas factiones abeuntibus in creando nouo Pontifice uaria/.
Adrianus ſextus.P. ccxxiii. tum eſt. poſtremo ſuffectus eſt Adrianus ſextus. erat hic antiſtes Dertuen/
ſis/ tunc in Hiſpania ſummus magiſtratus olim modicis parentibus / ſed
doctrina / & ſanctitate morum in opinionem Maximiliani Cæſaris adeo au/
ctus / ut ad nepotis cultum ſit præceptor adhibitus. paucis ante menſi/
bus a Leone decimo creatus erat Cardinalis. qui & ſi per annum antequam
Romam accederet / ſit moratus / tamen diffuſa in hominum opiniones eius
animi bonitate / creditus is futurus / qui omnia ſanctiori modo compone/
ret. ſed breuis fuit illi uita. res ut iam diu deſiderata ab omnibus in te ceci/
Clemens.P. ccxxv. dit Maxime Pontifex Clemens. & es prouidentia diuina electus omnium
pater / qui iam mundum languentem tua ſapientia releuares. nec id euenit
ſine numine diuum. utinam ſim falſus uates. tanti inter rerum humana/.
rum Principes / & Reges coniecti ſunt ignes & diſcordiarum fomites / ut
Preſagium. antequam Chriſtiana Reſpublica ad uerum mondi lumen redigatur /mul
ta neceſſe ſit prius emergere incendia / multas interim rerum omnium cla/.
des pati / multas urbium euerſiones uidere. Specto mehercule procul in
hoc primo tuo Pontificatus anno quanta initia magnarum rerum per totum
orbem ſit ſors diſpoſitura. non potuerunt Patres ſanctius delegiſſe pectus/
nec magis idoneum ad tanta e medio euellenda mala. Dei prouidentia
factum eſt ut Eccleſiam Chriſti tu nunc Sanctiſſime Pater tuo ſapien/
tiſſimo conſilio regas : ad uerum dirigas lumen. extirpes quæ modo ma/
la ſerpunt. ab his tua inuicta ſapientia eam defendas / Qui Pontifi/
ces / & Pontificum ſanctiones proſcindunt & damnant. Quod quantum

perperam

perperam? & iniquo animo agant/teſtes ſunt ſanctiſſimi Pontifices illi in pri/ma eccleſia. qui nobis reliquere modum/per quē adipiſcamur fœlicitatē. qui nobis ſtatuere ueram Chriſti religionem/per quā ueri appareamus chriſtiani/quam propria comprobauere morte. teſtes & illi Pontifices/qui ſanctitate ui/tæ/qui ſanctiſſimis moribus exculti/ueram nobis plantauere in eccleſia uiuendi normam. teſtes ſunt qui tanta ingenii doctrina/& rerum omnium eruditio/ne præualebant/ut pluribus in locis celebrantes ſub ſpiritu ſancto publica cō cilia uaniſſimis omnium hæreticorū opinionibus eccleſiam Chriſti uſq; ad hæc tempora expurgauerit. Iccirco nos hanc Pontificum ſeriē breuiter libauimus. non ut eorum uitas deſcriberemus/quando ſcimus egregie a multis eſſe publicis monumentis datas/ut a Damaſo Pontifice/a Bibliothecario/a Paulo dyacono/a Guidone Rauennate & multis aliis/poſtremo a Platina uiro doctiſſimo. ſed ita nos in hoc noſtro libello de religione tetigimus/ut aperte in illis cognito Chriſti religionis per omne tempus nitore/refrangantur per ditæ Lutheri opiniones. qui tam furioſe in eccleſiam Romanam/& Pōtifices inuectus eſt. refrangantur & illi/qui de Diuinis decretis diſputandū cenſent/qui aſtronomiæ/qui auguriis/qui incantationibus fidem præbent/qui Idolatriæ inſeruiunt. Quæ omnia in religione Chriſti abiiciuntur. uelut putrida & cænoſa pabula/quæ ſanctiſſimi Pontifices omni tempore e medio/& e mentibus catholicorū euertere conati ſunt. Nam quæſtio quā inſulſi & hæretici pertractant homines de decretis magni Dei profana eſt. non enim nobis datū eſt futura pernoſcere. proinde abſtinebit mortalis homo ſupra cœlū ſapere. Hui? ſcrutandi cupido pœnā hiſce mortalibus affert/qui non præſentibus ſolū aſ/ficiuntur malis/ſed futurorum metu grauiter ſolicitantur. Nō pedem inferat intra noſtrā hanc religionē/qui hæc quærit. Vetuit Deus mortalibus euenta ſciri/ne ſpes candida eſſet extincta. quæ ambit/quæ cor fouet/præſtatq; ne metus e medio tollatur/qui humanas reprimat mentes. exploſa eſt iam a Pontificibus in religione noſtris de aſtrorum ambagibus cognitio. hominum inuētum quid enim certi tenet? excuſſit Atlas uelut a cœlo ſcintillā. Rex ille (ſi Plynio audis) Mauritaniæ ſummus ideo cœlum ſuſtinuiſſe humeris a poetis creditur. Nulla hæc mentē ſalute donat/neq; quicq̄ conferunt auguria/neq; præpetes/aut obſcœnæ uolucres. uafri dæmonum doli hos reliquere commētarios. Abiicienda eſt omnis a religionis cultu Pharmaceutria. nemo ad has accingatur artes. nil habent ad noſtram ſalutem cœli ſigna. nil porrigunt in cōiugiis ſanciēdis/in ædibus ædificandis/in arboribus plantandis. qui per hæc in carmina abeunt/noſtra hac abſcedant religione. erudimur probe in Leuitico. Interficiam animam in medio populi ſui/quæ ad magos/& ad ariolos declinat. ſunt enim huiuſmodi iniecti laquei a noſtris hoſtibus/ut turbemus greſſus a cœli limine. in his ſi inſanit clericus/a ſacris illico abiiciendus/ſi laic? operam his nauat/anathemate uſtulandus eſt. inuentum ablatum a Perſis ferunt. Nec Marcus Varro ſubticuit genera diuinationū. aliam enim dixit eue nire a terra/aliā ab aqua/aliā ab igne. hinc Geomantia/Hydromantia/Pyromantia uanitates manifeſto indicio mortalium. negociantur ii cum dæmonibus/& nihil peragunt q̄̄ in ſui pernitiem. Mens humana his infecta malis ci.

Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores.

Aſtronomia.

Auguria.

Incantationes.

Idolatræ.

Spes.

Atlas Rex Mauritaniæ.

Præpetes volucres.

Cœli ſigna.

Magi.

Arioli.

Diuinatiōes.

Geomantia.

Hydromantia.

Pyromātia.

to corruit.abeſt longe noſtris incantator ædibus.non hic aras ariolus habet/
non Inſpector horarũ.abiicienda ſunt e noſtra religione pecudũ exta.non hic
Genethliaci uolatus auium tenemus/non garritus/non uoces haurimus.ii qui per hæc in
nuunt/quæ uentura ſint/minores q̃ ſtulti perhibẽtur.neq; Genethliaci noſtris
adhæreant Templis/qui ex natali die fortunam/& ſucceſſum hominũ pronũ
ciant/qui per ſigna hæc/ quæ ſpectamus ſub pedibus Dei indipiſci credunt
euentus rerum.non hos religio ſancta planetarios ſpectat.Genus probro & in
utile dolo/magis optimi Dei idoneum ad prouocandum iram/q̃ poſſit nobis
rei minimæ certitudinem explicare.q̃ maxima fatuitas mortales pleroſq; occu
pat.qui ſortibus incumbunt/neſciunt q̃ profunda caligine futurum nobis ab
ſcõ dat Deus.præſens quod adeſt tantum noſtrum eſt.id datum ut elabi non
ſinamus in has ignorationũ tenebras/quas ii profitentur.ſed in præſenti æter
num per religionem Chriſti conoſcamus Deum.Q ui metum/& poteſtatem
ſuam per omnẽ rerum naturam diffundit.Q ui uitalem ſenſum cũctis animã
tibus ingerit.Q ui omnia ſua maieſtate implet.Q ui per ſuam eſſentiam eſt ſi
bi naturalis.Q ui ſolio reſidens alto rerum regit/& flectit habenas fons & ori/
go omnium bonorum/omniũ creator/omnium ſuſtinens/ dator uitæ/ dator
æternæ fœlicitatis.Cuius in numine religio hæc noſtra per filium inter morta/
les hic plantata ẽ.in qua tot & tanti floruere cultores/ut eorũ incolatu nõ tan
tum gauiſa ſit tellus ſed in altis ſedibus rideat cœlũ in hac ueræ religionis ob
ſeruatione. Floruit Abel . Floruit Abraham / Iſac /& Iacob/& centies cente/
na milia his ſimilium.relucent in hac illi primates Patriarchæ / & magni Pro/
phetæ / & reges/& inuicti certatores pro religione ſancta/& nobiles Macha/
bei.uenit ſanctus ſanctorum/& in medio noſtræ religionis/ uelut Sol in me/
dio cæli ſuos radios effundens/uerã oſtẽdit nobis religionẽ.plantauit uitem/
& guſtam⁹ oẽs ex liquore uitis.poſuit ſepẽ/q̃ dirisobiecta ꝓhibeat ĩtroitũ.nõ
huc inferũt diri Principes pedẽ.lõge nefas & crudeles dñi abſint . nõ improbi
pauperum roſores/non impii Dionyſii/nõ hic intrãt Nerones/non Domitia
ni/nõ Caligulæ /nõ patinarii Vitellii/nõ molles Othones/nõ Decii/non qui
lauerũt manus ſanguine chriſtianorũ/& qui omni fœdati ſpurcitia in cuncta
ſcelera ꝓlapſi religionẽ cõtẽnunt.& qui ſordidi nihil potiſſimũ anhelãt/ q̃ cæ
noſas opes/& curuati ad terrã cælũ aſpicere nõ poſſunt.& qui tabido intuitu
mortiferã ſecũ gerũt peſtẽ.detractores/ ſuſurrones / & miſeri liuentes nullũ
hic noſtra in religione locũ nãciſci queũt.qui ſe ſeipſos colũt/qui uano ſe cõ
flant ſpiritu abeũt lõge/& diſtorquenť /& pereũt in tenebris oſcitãtes deſides
cõtinuo ſomno languẽtes.Huc hilares religio uocat/humiles/mites.qui pœ
nitentiã agũt. qui oibus uitæ modis iuſtitiã ſitiũt.qui pietate/ & miſericordia
in paupes deiectos liquẽt.qui ſe cãdidiori cõcinnãt animo.qui cõtinuo labiis/
ore /& mente pacatũ cũ Chriſto gerũt pectus.qui annixi Crucis ligno aduer/
Angeli. ſa æquis ſufferunt humeris.qui opprobria/& mordaciũ dentes flocciſaciunt.
Seraphici. Ex his ſit hic ciuitas Dei.ii ueri iure ciuiũ fiunt habitatores in religione noſtra.
Cherubini. hic deſcẽdũt e cælo Angeli/& religiõis inſpectãt cellulas.ſua dona in ſanctos
Throni. Dominationes. religioſos impartiunť.Seraphici Chriſtianitatis lumina.Cherubini magnitudi
nẽ ſciẽtiæ/ iudicia infundũt Throni/explicãt Dominationes/quibus regna/

quibus ꝓuinciæ/& dignitates cõdonanť.ſicut Pricipat⁹/q̃bus arma & exerci Principatus.
tus præualent/& ptãtes/q̃bus aduerſa repellũt/& dæmonũ conamina refrin/ Poteſtates.
gũt.Allabunť & Virtutes/p quas miracula fulgẽt.& Archãgeli/q grauiora
& altiora nuntiãt.& Angeli/q minora.hic uetuſtioribus reſidẽt ſedib⁹ magni ꝓ Virtutes.
phetæ/& prophætarũ patres.q inuẽti ſũt hac religiõe digni uaticiniis cõſolato Archangeli.
res mortaliũ/& magni dei præcinẽtes aduẽt⁹.At & alii ꝓpinquiores ope ſapi Prophe.æ.
entes/& ſẽſu p̃cipue ſublimes.alii iuſticia inſignes.alii ſpe ſucculenti/& diui/ Innocentes.
nis præceptis obſeq̃o miri.alii in infãtia Angelis/& Deo indulgẽtiſſimi/nõ la
be infecti/ſed cãdore illuſtres & ſparſo ſanguine pfuſi religionẽ decorãt mani/
bus ĩnocẽtiæ plenis.qdã eminẽt altius excellẽti igẽio fulgentes diuinæ culto/ Doctores ecclesiæ.
res paginæ/& cõtẽplatu aſſidui.alii intrepidi ueſtigiis p̃ſſere orbẽ Apoſtoli ue Apoſtoli.
re religiõis plãtatores/& ueri xp̃i uineæ palmites/uera mũdi lumina/ueriores
Dei amici.qui futuri ſũt ſæculi iudices.hic m̃r illa Virgo/& uirginũ quot ſũt/ Maria virgo
quotq; fuere regina/undiq; effuſis elucẽs radiis luminoſã reddit religionẽ/&
pleno gremio gratiarũ uberrima/ſctã ſctis honor/& lãguẽtib⁹ ſal⁹.hic cũ pal/
mis ſuicti certatores ĩ religiõe triũphãt calcatis principũ ſcelerib⁹/qui ludibria
paſſi ꝓ firma petra/qui uerbera expti/& uincula/& carceres/qui lapidati & ſe Martyres.
cti ſũt/qui ambiti pellibus caprinis mortẽ ꝓ Chriſto cõtẽpſerũt.ecce ſũt ele
cti dei in ſctã religiõe qui carnẽ domãt/qui ſpiritu reboãt/qui dæmonibus im
perant/qui uirtutibus coruſcãt/qui p̃ſentia deſpiciũt/æternã patriã uocibus/
& moribus p̃dicãt/eãq; p tormẽta indipiſcunť.occidi poſſunt/ſed flecti neq̃/
unt.tẽtati ſũt & ĩuẽti ſũt deo digni.tanq̃ aurũ in fornace ꝓbauit illos deus/&
quaſi holocauſta hoſtiæ accepit illos.Hic ĩ nr̃a religiõe appent lucidiſſimæ do
ctorũ mẽtes manibus pudiciſſimis/qui in medio religiõis ſacroſctã ſacramẽ/ Confeſſores
menta tractarunt.hoſtiam uiuam/& Deo placentem obtulerũt.Hic Anacho
ritarum fulget humilitas.hi ſuis degentes ſpeluncis cauernuliſq; omnes mun Anachoritæ.
di calcauere delitias/omnem mortalium abiicientes luxum cum angelis com/
mertia habuere/hominum uiſus effugere/ne minima contacti labe a uero re/
ligiõis cultu diuellerentur.o nunc cæleſtes animæ illorum qui ueri cultores re
ligionis chriſti fuere.nunc uos/qui ferro perempti in mundo terreſtri fuiſtis/
qui flamma exuſti/qui flagellis cæſi/qui patibulo affixi/qui pelago demerſi/
qui decoriati/qui uinculis attriti/qui lapidibus obruti/qui canibus obiecti/
qui lampadibus combuſti/reſpicitis ne hanc noſtram religionem terreſtrem ?
adiuuate labentem/dirigite/confirmate/defendite.uos quoq;/qui im/ Sacerdotes.
bribus rigaſtis ueſtris religionem Sacerdotes electi regale genus/& am/
plum/qui credita talenta ampliaſtis/qui arguendo/prædicando/incre/
pando/docendo/ſcribendo cultiorem reddidiſtis.ii ſunt noſtræ religionis tur/
res.ii propugnacula celſa.ii fortiſſimi antiſtites.nec timuere olim leonum im/
petus/nec draconum inſidias/nec eſurientium luporum fauces/nec tot
miſſiles hæreſum ſagittas.immobilis permanſit religio/ſtabilis/& æterna.Ne
q; nunc timebit uſtulantes in Germania faces/& Lutheri perfidi deca/
chinationes.Iampridem huius nugæ a magnis exploſæ uiris ſunt.Ne/ Lutherus.
q; nos pro ſancta tacebimus Religione contra ſceleſtum/& impium A/
poſtaticum.Licet ſatis multorum apologemate iſte nebulo refractarius

iaceat concuſſus/tamen & nos pro uiribus aliqua proferemus.quis tacere po/
Confeſſio. teſt/quum ille conetur ab eccleſia confeſſionem tolli? Non ne & e cælo deie/
ctum putabimus ſolem/atq; per tenebras omnia duci/ſi ab religione remo/
ueamus tantum confitendi inſtitutũ lege ex ꝓp̃tũ ueteri ad noſtrã iſtructio
nẽ? Habes firmũ apud regũ libros ſchema/ꝙ Namaã uir leproſus ex ꝓphetæ
iuſſu ſepties in Iordane ſe lauãs ilico ab infectiõe curatus ẽ.an aliũ credimus
nobis ſignari leproſum/quã peccatorẽ? an aliã ancillã ſuadentẽ/quã rationa/
lẽ aiam in captiuitate corpis detentã? An Ionã ad ꝓphetã in Iudea/quã ad au
dientẽ ſacerdotẽ in eccleſia peccatoris cõfeſſionẽ? quid aliud innuit ſeptena
Iugũ chriſtianæ fidei. lotio/quã ſeptẽ criminũ emũdationẽ.leue erat lauari/quia iugũ chriſtianæ fi
dei facile eſt.ẽ eni ſcriptũ in leuitico plaga lepræ ſi fuerit in hoie/adducetis ad
Lepra. ſacerdotẽ/& uidebit eũ/& curabit/& purgabit ſepties.i.a pctis ſeptẽ crimiali
Hyſopus herba. bus.& hyſopo ſepties purificabit/ꝙ pro pẽitẽtia exprimit.eſt eni hyſopus her
ba amariſſima.quæ res nõ Regẽ p̃terit Dauit.Aſpges me dñe hyſopo/& mũ
dabor.ꝙ archanũ Diuus Iacobus Apoſtolus aptioribus expreſſit uerbis.cõfi
temini alterutrũ pctã ueſtra/ut ſaluemini.audet hic impudentiſſimus oim cõ/
feſſionẽ nõ eẽ de lege diuina? Quid nã mihi porrigũt i lege illa primæua/quũ
dñs uocauit Adã ubi es? Auguſtinus uerba illa eſſe increpantis dicit/& ad cõ
feſſionẽ incitãtis.itidẽ ad Caym.ubi eſt Abel frater tuus? qbus uerbis & ſi oñ/
dit dñs ſe oia delicta ſcire.ẽt ſine cõfeſſiõe/exigit nihilominus cõfeſſionẽ/ut
humilitate utamur.& ideo ſubiũxit ſãguis clamat.ite (dixit Chriſtus dei filius)
oſtẽdite uos ſacerdotibus & in lazari reſurrectiõe/ſoluite eũ/& ſinite abire.Pe
Iudiciaria poteſtas. tro aũt aptius mãdauit/qñ ptãtẽ dedit ligãdi/& ſoluẽdi.Nã tradidit iudiciari
am ptãtẽ.ſed neq; iudex rectius iudicat/niſi antea exprimat cõfeſſio.Docet phi
loſophia ꝙ dans formã dat & cõſequẽtia ad formã.idẽ iuriſcõſultus aſſerit ꝙ
uno cõceſſo alterũ ineſt ſine quo eẽ nõ põt.dando igit iudiciariã ptãtẽ/ſequi
tur ꝙ mãdauit fieri cõfeſſionẽ/ſine qua talis poteſtas exerceri nõ poteſt.opor
tet iudicantẽ multa prius noſce/ſi cupit iudicium effundi integrũ.ſed cur Sal
uator non expreſſit liqdo.dicit ſatis eſſe infirmũ nõ ignorare remedia cõueni/
entia.erat hoc officiũ diſcipuli explanantis/cõfitemini alterutrũ peccata/ut ſal
Dei opera perfecta. uemini.At ſubterfugit Lutherus dicens ꝙ ſi ita eſt/tenemur non tantũ ſacer/
dotibus/ſed cuiuis alteri.uide apertam hois inſaniã.Neſcis dei omnia perfecta
eſſe opera? & quanto ens eſt pfectus/tanto diuina prouidẽtia in ipſo operatur
apertius/& apparet certius.nam ſi in corporibus cæleſtibus & elementatibus
ordo ſuæ prouidentiæ mirificus apparet/quanto magis circa eccleſiam ipſam/
quæ ſponſa dilectiſſima habetur/quã proprio fundauit ſanguine/& erexit.fu/
iſſet ſane inconueniẽs non minimum ſi poteſtatem iudicandi traditam ſine or
dine reliquiſſet.confuſum utiq; foret ſi homo cuilibet homini confiteri poſſet.
proinde hanc poteſtatem tantum ſacerdotibus datam eſſe dicendum eſt.neq;
ſolum id audiendi officium ſed diſpenſandi ſacramenta & his qui ſciant leprã
a lepra diſcernere.Nam quid ſcire poteſt ſacerdos ſi frater tuus peccauerit uel
Lepra a lepra. ſepties/uel ſeptuagies ſepties/ſi antea nõ fuerit expreſſa confeſſio? diuina prorſus ſanctio confeſſio eſt.& ore ut fiat ad ſalutem neceſſe eſt.tum homo purga/
tus ſuo onere altius deum reſpicit.& Deus iuſtus abolebit peccata.ſic enim Io

annes

annes in epiſtola.ſi cõfiteamur peccata noſtra/fidelis eſt/& iuſtus Dominus/
ut remittat nobis illa/& emundet nos ab omni iniquitate.non ne etiam tempo
re chriſti fiebat/ut in euangelio Marci & Mathei habetur? baptizabãtur a præ
curſore in Iordane cõfitentes peccata ſua.an hoc Apoſtoli ex ſe fecerunt? imo
a Chriſto fuiſſe conſtitutam confeſſionem non dubitamus.nõ eẽnt auſi Apo/
ſtoli tantũ hũano generi impõere onus/niſi expreſſe a chriſto habuiſſẽt man/
datum.quod arcanum/quia ſaluberrimum/etſi graue/paulatim patefecere/
creſcentibus eccleſiæ initiis auctum & approbatum/utiq; ſacramentale/partẽ
ſcilicet ſacramenti pœnitentiæ/remedium præſentaneum ad labem/& huma/
ni generis lepram.ſeptem ſacramenta non ſunt mortalium ore nata.ſed diuina Sacramenta
ordinatione.iccirco gratiam conferunt/quia inibi chriſti gratia parata eſt.pro/ ſeptem.
inde neq; ipſa militaris eccleſia/quæ fidelium cœtu compacta conſtat in ſacra/
mentis aliquid mutare aut addere poteſt/niſi id ſpiritus præcipiat ſanctus. Eccleſia mi/
cuius eſt condendi & nouandi & abrogandi/ut libuerit/munus.non potes er litaris.
go tu quicquã immutare Luthere.non mortalis aliquis confeſſionem e medio
abolere poteſt.neq; quiſquã infectus ſcelere purgari poterit/niſi hac ſacramen
tali cõfeſſione ante ſacerdotẽ prius fuerit deterſus.Hæc ẽ illa cõfeſſio/ſane au/
reũ & cæleſte donũ.ſine qua ſcelus nõ poteſt anima expungi. neq; peccator
curuatos ad terram humeros erigere poteſt niſi cõfeſſiõe fuerit corroboratus.
Audi/ſi cuiquã tuæ patent aures/Chryſoſtomũ ſanctũ dicentẽ/non põt quiſ
quã gratiã dei accipere/niſi purgatus fuerit per pœnitentiæ confeſſionẽ.Hæc
purgatio ſequi non poteſt niſi ab electis ſacerdotibus rite emanet.ſic enĩ diuino
inſtituto ſancitũ ut peccata dimittantur intercedente beneficio eccleſiæ ſacra/
mẽta ſuggerẽtis p ſuos ſacerdotes/quibus a chriſto datũ eſt munus remitten
di & retinendi peccata.quãuis chriſtus interiorẽ dolorẽ/& penitentiã ſpectet/
amabilius tamen (inquit magnus Auguſtinus) ſatiſfaciẽdũ ẽ eccleſiæ/in qua
q̃s peccauit.debet confeſſio ab erubeſcentiæ initio ingreſſum ſumere/debet eſ
ſe ſimplex/debet eſſe humilis/pura/fidelis/frequens/nuda/diſcreta/libens/
uerecunda/integra/ſecreta/lachrymabilis/parata parere/circunſtantiis erudi Confeſſio
ta/quis/quid/ubi/per quos/quoties/cur/quomodo/quando.fit ore/& con/ qualis.
trito corde/& ſatiſfaciendi animo.fiat ad minus ſemel in anno.tantus eſt con/
feſſio inter mortales theſaurus/ut nihil ſit in terra/quod illi poſſit comparari/
quando ſalus animarum eſt/diſſipatrix uitiorum/reſtauratrix uirtutum/expu
gnatrix dæmonum.obſtruit tartarum.cælum aperit/& Deum placabilem red Confeſſio ſe
dit.nõ debet hõ lapſus in pctã ibi diuti⁹ cõſiſtere.habet paratũ reſurgẽdi reme mel in anno
diũ/nec abhorreſcere ſacerdotis faciẽ.qd enĩ cõfiteri peccator timet/ſi illđ p cõ
feſſionẽ min⁹ ſciẽ/q̃ q nemo ſciẽ? cur cõfiteri erubeſcis pctã tua? inqt Auguſtin⁹/
peccator ſũ/ſicut & tu.hõ ſũ/humanũ a me nihil eſt alienũ.cõfitere hõ pecca
tor hoi pctõri.q ſi nõ cõfiteberis/utiq; dãnaberis.nõ habet q dicat peccator.
occulte pnĩam apud deũ ago.qñ nõ ſine cã dictũ fuit/q̃ ſolueris in terra/erunt
ſoluta ĩ cælo.tibi datũ ẽ pctõr hoc pulcherrimũ mun⁹/ut accedeń poſſes ad fõ
tẽ/& lauareris.dæmõ ſi poſſet ad cõfeſſionẽ accedere libẽti⁹ acceſſurũ puto.
Hæc ẽ illa potẽtior uirt⁹/q̃ æternũ tollit ſuppliciũ.æternã parat ſedẽ.Luther⁹
ad hæc obaudit impi⁹.tantũ eẽ/inqt/credendũ recipiendũq; q̃ntũ Euãgelia/

& Pauli epiſtolæ efferunt. eccleſiæ autem nihil/minuſq; pontificibus/credere
fas eſt. Nec tua iſthæc improbitas ſatis latet. tibi ipſi inhæres. tuæ tantum opi/
nioni credis. Si quis tamen comprobauerit te minus euangeliis credere/q̄ cæ/
teri mortales/quid nam diceres? quis coegit te credere euangeliis & Pauli epi/
ſtolis? neq; te puto uidiſſe Chriſtum hæc dicentem/nec Paulum ſcribentem.
quis ergo ſuadet tibi hæc credenda? nempe aliud dici non poteſt/niſi q, hæc
omnia prædicauit/& prædicat eccleſia. cui omnes catholici ueteres/& recen/
tiores/& omnes ueræ ſynodicæ conſultationes aſſenſere. ideo magno animo
extulit beatus Auguſtinus. Euangelio non crederem/niſi eccleſia affirmaſſet.
& quotidie paſſim cantatur in ſymbolo & collatione Apoſtolorum. credo in
ſanctam eccleſiam catholicam. q, ſi hæc cuncta poſt habes/quo pacto credam
tibi/te Pauli epiſtolis/te euangeliis dare fidem? imo minus tu credis/q̄ Turca
nicæ gentes. & ſi quid dicis uulgo/ſimulate dicis. non ne ſpecies cuiuſlibet ha

Species habitus.

bitus dependet ex formali ratione obiecti? qua ſublata ſpecies habitus remane

Formula obiecti fidei.

re non poteſt. formula autem obiecti fidei eſt ueritas prima/& doctrina eccle/
ſiæ. quæ procedit ex ueritate prima. unde quicunq; nō inhæret diuinæ regulæ/
& doctrinæ huic eccleſiæ/ille non habet habitum fidei. ſed ſuopte modo cre/
dit nunc hoc/nūc illud. At ille/qui inhæret doctrinæ eccleſiæ/omnibus/quæ
prædicat eccleſia/ſyncere aſſentit. ſed tu/quæ per ſanctiſſimam eccleſiam ſan/
cita ſunt/proſcindis & deſtruis. ergo minime in fide Chriſti credis/ſed inſanis
tua opinione apud tuos myſticos. ſed effluis Luthere/manibuſq; concitatus
ſubcenſes inibi/proclamas ad hæc. debeon huic præſenti Romanæ tam laſci/
uienti eccleſiæ credere ego? quæ tot ſceleribus & inquinamentis fœdata eſt/ut

Romana curia.

per totum orbem ſit omnibus opprobrio/infamis/auara/omni turpitudine
ſpurciſſima/luxu in tanto licētioſa/& perdita/ut pudeat meminiſſe/quæ illic
quotidie patrantur ſtupra/inceſtus/furta/cædes/fœnora/emaſculatiōes. quæ
puniceī nunc Patres/quæ Epiſcopi/& opulentiſſimi Antiſtites bonæ uirtutis
de ſe exempla explicant? Quis tam fœdos cernendo illic mores non fidē amit
tat? ſed ſalue pater. uerte Luthere pallium. quis nam tu es? quæ fœdior fuit ti/

Lutherus.

bi uita? quo deſertor religionis abis? quæ poſtribula nutris? nō ne tu es Luthe
re/qui in Germania omnem ſuſtuliſti pudicitiam? qui in omnes ueſtales intro
duxiſti lupanaria? qui omnia demolitus es cænobia/deuaſtaſti eccleſias/ſa/
cramenta fœdaſti? te reſpice Luthere priuſq̄/in alios tam luridam concites lin

Eccleſiæ gratia nō abrūpitur.

guam. cæterum quid nam obſtant ad eccleſiam ſanctam ſcelera præſulum?
num abrumpunt eccleſiæ gratiam? Nam quod alicui rei per conſecrationem

Conſecratū ſemel.

acquiritur/in eo ſemper remanet. unde quod ſemel eſt conſacratum/non indi

Eccleſiæ poteſtas perpetua.

get bis conſecrari. non enim reiterari poteſt poteſtas ordinis/ut eſt poteſtas ec/
cleſiæ/quæ perpetuo in miniſtris eius remanet/nec tollitur per uſtionem pec/

Agens in virtute alterius

cati. Nam quod agit in uirtute alterius/non aſſimilat ſibi patienti/ſed prima/
rio agēti. nō enim domus aſſimilat̄ inſtrumētis qbus artifex utit̄/ſed arti ipſi⁹.

Eccleſiæ miniſtri in virtute Chriſti.

ita miniſtri eccleſiæ nō agūt in uirtute ꝓpria/ſed in uirtute Chriſti/ut de Ioā.
dictū eſt. Hic eſt q baptizat &c. & miniſter eſt ſicut iſtr̄m aniatū. nō igit̄ mali/

Miniſter.

tia miniſtrorū. īpedit adminiſtrationē. neq; habet hō ut de occultis hūani pecto

Hō de occultis cordium.

ris itegre poſſit iudicare. Hoc & eni Dei ſoli⁹ ē/q ſcrutator ē cordiū. Nā ſi neq

tia miniſtri impediret admiuiſtrationis effectum/homo non poſſet fiduciam
certam de ſalute ſua concipere. nec ullibi conſcientia expediretur a peccato.
longe aberrat/qui ſpem ſalutis in hominis bonitate ponit. exclamauit Hiere/ Spes in homine.
mias/Maledictum eſſe hominem/qui in homine confidit. quod ſi in Chriſto
ponenda eſt omnis noſtræ ſalutis ſpes/qui eſt Deus & homo/confiteri opor
tet/ꝙ eccleſiæ adminiſtrationes ſunt ſalutares per uirtutem Chriſti. ſiue hæ
per malos/ſiue per bonos porrigantur miniſtros/omnino gratiam ingerunt.
ideo dominus etiam malis miniſtris & eccleſiæ præſidibus nequiſſimis præce
pit obedire/non tamen eorum opera imitari. tu uero Martine eo ſpiritu con/
flaſti iecinora/ut neq; Hieronymo/neq; Auguſtino/neq; Ambroſio fidem ali
quam habeas. tibi ſoli indulges miſer. cæteri nihil ad tuum ingenium. O mani
feſtam inſaniam/& quod ubiq; nauſeam parit/neq; uirgini deiparæ quicq̃ præ Maria uirgo.
ſtas. miracula reſpuis. imo ſi qua tibi deriſui habentur/ea ſunt/uirginis attamẽ
immaculatæ miracula ſi cuncta recenſere homines quotq; ſunt/quotq; fuere
uellent/uix eſſent pares. quod ſi id negas Theutonum iniquiſſime/te iam cre
dã dicere/neq; ipſum Deũ facere mirãda. quũ ille oĩa ꝑ manus uirginis edi ue
lit. De trinitate qđ dicis/uix cognoſci põt. tã parũ imo tã nihil dicis/ut qđ di
cas tibi dicas. & qđ ab aliis catholicis dictũ eſt/ꝓ nihilo dictũ ducis/quũ ſctis
põtificibus ſit approbatũ. ea enim oĩa q̃ Romãi pontifices ſanctionibus excul
pſere/ꝓ to uanis exiſtimas. Si quis tibi ſuggerat ꝙ de eccleſia fuere/& ſanctiſſi
mi olim uiri/Qui in heremo uitam conſumpſere ſuam Hylarion/Antõius/ Heremitæ.
Paulus/Eunophrius/Macharius/Cæteriq; potius cæli/q̃ ſpeluncæ/aut mon
tis accolæ/naſum ſuſpendes. non mirum. reliquiſti heremitarum collegium/
& cucurriſti ad ſcorta tua. indem diuum Franciſcum ſtigmaticum floccipen/ Franciſcus diuus.
dis ꝙ in paupertate cultum religiõis amplexus ꝙ legem ſuis minoritis ſanciẽs
præcepetit ut eccleſiæ Romanæ/& Põtificibus omni tempore obedirent. ne/
q; quicq̃ a ſe æditum exiſtimarent/ni prius pontifices Romãi ratum feciſſent.
& apparuit ille nobis/& in uniuerſo mũdo/uelut altera Chriſti imago. Et quũ
talis & tantus fuerit innocens ſanctus plenus Deo/eccleſiæ tamen perpetuũ Eccleſia romana.
gerebat obſequium. & merito/quia eccleſia/quia uniuerſalis fideliũ collectio/
quia domus Domini/quia mater omnium/quia ſinus cæleſtium gratiarum/
portus errantium/ſedes ſpiritus ſancti/uaſculum ſacramentorum. ubi in me/ Obloquens in eccleſiam.
dio Romanus pontifex/uelut Chriſti loco/debet uicarius reſidere. cui omnes
obedire debent. per quem imperator/& Reges regnant/ cunctorum ouile/& Eccleſia romana plenitudinẽ poteſtans.
ſanctorum aſylum. Nil in terra firmius/nil ſtabilius haberi poteſt/q̃ Romana
eccleſia. ibi prima ſedes radians undiq; magiſtra omnium in cunctis præocu/
lis habenda. ſcelus ingens conflat qui in eam obloquitur. is perditus/& ne/ Eccleſiæ reliquæ ab eccleſia romana.
quiſſimus non tenui commaculatus hæreſi oſtendi debet. habet plenitudi/
nem põteſtatis. cæteræ per partem huius ſplendore conſtant. concilia/quæ ri/ Appellatio oĩs ad eccleſiã romanã.
te fiunt/cuſtodit. & quæ inibi ſtatuta ſunt/ut tẽpora ſuadent/aut in totũ/aut
in partẽ cõfirmare aut mutare põt. ſuas iterdũ ſnĩas modo reuocat modo in me Ab eccleſia romana nemini appellare.
lius cõmutat. ad ipſam oib⁹ ſine exceptiõe licet appellare/ab ea nemini appella
re fas eſt. de oib⁹ põt abſolute iudicare/de ea aũt nulli ꝑmiſſũ. in difficillimis &

Eccleſia romana in difficilimis.

arduis/in quibus mortales ambigunt/ad eam recurrendum/ quæ cuncta pio
amplectitur gremio.uirgo pudica/ſponſa Chriſti intemerata/& uiuentiũ ma
ter/quæ nullo ſæculo corrumpi poteſt.ubi ſolus ſummus pontifex ſupra mor
talem cõditionem ſublimis reſidet.cum quo ſpiritale/& ſicut inter uirum/&
uxorem/inſeparabile matrimonium conſtat.eius ritus Apoſtolicis a decretis

Eccleſia a mandatis Chriſti pendet.

originem trahunt.ſtatum pro conditione mortalium mutat non recedens ta/
men a Chriſti mandatis.malos ex cauſa aliquando tolerat.de manifeſtis tantũ
iudicat. de occultis meliorem putat partem.ad eam confugientes pro uiribus
defenſatur.habet & confert officia & beneficia. fungitur iure imperii.pro ulti/

Anathema ultimũ ſuppliciũ eccleſie.

mo ſupplicio iniicit anathema.in prouentus quadripartito legẽ ſtatuit.pro re/
parandis ædibus partim operam impendit/partim præſidibus & miniſtris be/
nigna diſpẽſat.reliqua pauperibus & peregrinis cõdonat.& quia magis/quæ
cætera ſunt/curat & reſpicit/pro omnibus orat.indefeſſo laborat officio& eni
xe incumbi ut peccatores ad meliorem redeãt lucem.hæc poſtremum diuino
nutu uniuerſo dominabitur orbi.neq; enim penitus eſt inermi dextera.Habet

Carolus imperator. Caroli coronatio.

qui ante eccleſiæ maieſtatem præferat inuictiſſimum enſem Imperatorẽ Ro/
manum/& noſtro ſæculo fortunatiſſimum Carolũ.quem cælo & ſole ſpectã
te his proximis mẽſibus die.xxiiii.Februarii.M.D.xxx.a ſalute humana Cle/
mens Pontifex corona imperii Bononiæ inſigniuit.neq; hic ea nos decora mi/
litiæ deſcribimus/neq; eam cerimoniarum ſeriem ſtilo hic committimus.ma/
gno uatum præconio opus eſſet.admirabantur cæli ſuperius/& uenerabãtur
eam eccleſiæ maieſtatem/cui tantus nobilitatum ordo/tanta principum præ/
ſentia ad pedes uenerabunda ſtabat/ut uera eccleſia Romana maius in terra
conſpici nil poſſit.uera Hieruſalẽ/uera pacis uiſio/ uera fœlicitatis radix.cui
cui mœnia ſunt p̃cioſis cõſtructa lapillis.pomeria altis ornanť turribus. horti
exhalãt odorib⁹.illic gremia effunduntť gratiæ.illic miracula p orbẽ coruſcãt.
tãta eius gloria/tãta ineſt fortitudo/ut quãto plura obruẽtia ingruãt/tãto ma

Eccleſia inuicta in aduerſis.

gis iuicta reſurgat.durat in aduerſa.pſecutiõibus gaudet.de cladib⁹ ſuorũ triũ
phat.afflictiõe augeſcit.ſanguine martyrũ pingueſcit.in triſticia cõcinit.in an/
guſtia dilatatť. in ieiũiis reficiť/& quãto plus hæc terreſtria peſſũ cadũt/tãto
magis extollit caput/cælumq; uertice tãgit.ecce quãto mirificauit Dñs eccle
ſiam ſuam/ubi in medio poſuit tabernaculum ſuum.ubi Petro dixit.tu es Pe
trus/& ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam.O quæ mirifica aucto
ritas eſt hæc. ſi ligabis erit ligatũ.ſi ſolueris erit ſolutum.quid enim maius da/
ri poteſt/q̃ id/quod poſſidet Deus.non tamen hoc tam magnum/tam mirifi/
cum cæteris dedit/ſed Petro dedit/& Petri ſucceſſoribus dedit. tibi quoq; de

Clemens medi.cus.

dit Clemens/Pontifex maxime.Q ui tantam tuis humeris auctoritatem ſuſti
nes,tanto decore adminiſtras.tanto uitæ ſanctitatis ſplendore ſpem omnibus
foues/ut quæ uentura mala ſunt/tuo inuicto animi conſilio/ ſapientia autho
ritate/cõſtantia/uigore mitiora reddas.neſcio quid mens præſcia uidet.iacent
animis cuncta turbata Principum/& ni tua ſapientia iniectet mãus/perimus
Clemens Pontifex.neq; bella tantum perturbant hic nos inter nos/ quantum
Turcãici furoris minæ & initia ingentis apparatus.in te ſpes uniuerſi Chriſtia
ni orbis ſita eſt/a te pendet Italiæ ſalus.Ego quoq;/& filii mei ante tuos pedes

proſtrati ſumus.tuam gratiam poſcimus.opem quærimus.priſtinam tuam beneuolentiam repetimus.eris tu quoq; Clemens/& memor Perboni tui/neq; a te puto excidiſſe labores illos noſtros/& diſpendia/quæ ſubiuimus pro beneficio eccleſiæ/ꝑ nomine Italico.etſi per pauci ſint/qui memores extent facti/in te tamen uberrimam puto reſidere memoriã.uix alter inter mortales his temporibus reperiri queat/qui ad tantam imperii gubernandi maieſtatem foret te dignior.non erat alio opus ad tantam mortalium iniuriam/q̃ tuo diuino ingenio/qui tua ſcires uirtute ſancte & iuſte imperare/& gubernare.talis præſtãti ſapientia emines decorus.qualis inter apum examina unus antecellit/qui aſpectu/qui naturæ decoramento cæteris præſtat.ſic Pontifex magnus in ſuo reſidens ſolio unus omnium mortalium in terra ſupremus/conſpicuus/admirabilis/Diuina munitus potẽtia/cæleſtium gratiarum diſpẽſatot.neq;/ ut Apoſtaticus dicit/æquam cum cæteris iſtam eandem potentiam poſſides/quo nihil inſulſius dici poteſt.quid enim decori in terra ineſſe poteſt ſublato rerum ordine/ſicut in cælo eſt?quo nam litis iudicium foret deferendum/ ſi deeſſet/cui ultro deferri oporteret.neſcit q; in omni rerum genere unum primum a natura conſtitutum eſt/ad quod cætera ſe metiuntur probe.oportet ergo omniũ ſupremum eſſe paſtoré/quem/ut dominum ueneremur.quem ut uirtutum exemplar imitemur.qui & ipſe omnes diligat.qui & ipſe omnes fideles/quantum ingenio humano caueri poteſt/a peſte/fame/bello/& diſcordiis defendere debeat.qui inter Chriſtianos Principes trãquillitatem & pacem ſtatuat.malos coerceat.uitia tollat.iuſtitiã paſſim ſuſtentet.malos deponat imperio.licentioſos coerceat.leges & canones Chriſtiani dogmatis ubiq; faciat inuiolatos conſiſti.O beatum & admirabile ſacerdotiũ cuius præſentiam quoties ſpectamus/toties Chriſti imaginem oculis haurimus.ad te Pater ſancte cum hoc munuſculo de religione libelli humilis accedo/& proſtratus ad terram ante tuæ maieſtatis ſplendorem pedes oſculor.nec eo inficias de religiõe multa meliora poſſe dici/ſed hæc pauca pro meis uiribus ſufficiant.illud alioqui imprimis teſtatus ſi quid hic perperã poſuerim/quod minus catholice/quod minus ſecundum Romanæ eccleſiæ ſancita ſit dictum/ad Apoſtolicæ ſedis cenſuram/& emendationem me humili animo acceſſurum.Addidi oratiunculã/quam pro Illuſt.Duce Franciſco SFortia habuimus.

Perbonus ꝑ eccleſia.

Eccleſiæ romanæ auctoritas non æq̃ oibus.

Ordo in oĩbus.

Vnũ primũ a natura.

Officiũ pontificis.

Sacerdotiũ.

F I N I S.

Oratio

Hierōymi Perboni Inciſae Marchionis ac Ouiliarum domini ad Clementē Ponti.max.Oratio pro Illuſt.ac Excellē. Inſubriae Duce anno ſalutis. M.D.xxiiii.

NON tantum mihi arrogo ſanctiſſime Pōtifex/ uoſq; Patres ampliſſimi ſplendiſſima mūdi lumina/me eo fore ingenio/eloquentia/eruditione/ut hic coram tanta maieſtate/quæ meus Illuſtriſſimus Princeps referenda mādarit/ poſſim exacte/ornate/& copioſe dicere. Nam quum ſacratiſſimum conſpectum ueſtrum contemplor diuinūq; cōuentū intueor/non ſine mentis conſternatione uideor deorum cōcilio intereſſe. Quapropter apertiſſime uideo locum hunc non mediocria ad dicendum depoſcere ingenia.ſed quæ uim Demoſthenis/copiā Platonis/iucunditatē Iſocratis/& flumina Ciceronis repræſentarent. Non enim agendum apud ſolum Pontificem Maximum/ ſed corā Clemente ſeptimo.qui ex generoſiſſimo Medicei ſtemmatis fulgore totam nobilitatem/& omnem ingenii cultum/ſecum trahit uir magnus omnium horarum & antiſtes omnium uirtutum. Orandum/inquam/coram ſemideis patribus ſupremi ordinis.quorum prudentia uel ex hoc uno demonſtratur exemplo/ꝙ abiecta omnium affectuum ſimultate cupientes chriſtianæ Reipu.cōmodo prouidere/Clementem elegerint.cui magnificentia/ſplendore/ fortitudine/fœlicitate/temperantia/& omnibus deniq; animi/& corporis dotibus ſimilem/nec apud Romanos nec apud exteras nationes/neq; noſtra neq; antiqua habuere ſæcula.cæterum nunc ſatis ſentio Patres ampliſſimi mihi uires ingenii naſci firmariq; ex ueſtri uultus clementiſſimo aſſenſu/ueſtraq; hilaritate.iccirco diis fauentibus q̄ breuiſſime potero quædam neq; iniucunda neq; inutilia dicam. Nam ſi ullo unq̄ temporum curriculo non regibus modo & principibus/ſed uniuerſo fideli mortalium generi pro creatione ſummi Pontificis publica lætitia lætandum & omni perfuſo gaudio geſtiendum fuit/in præſentia q̄ maxime lætari/& utriq; alteris congratulari merito Patres ampliſſimi debemus/tum ꝙ ſummus & primus Princeps non ſine numine Diuum nobis creatus ſit.in quo omnia conſpiciuntur/quæ in religioſiſſimo/cōſtanti/iuſto/pio/& nobiliſſimo Regum omnium & principum capite uel deſyderari/ uel excogitari poſſunt.tum ꝙ rebus chriſtianis nōnullorum aliena occupādi iniuncta libidine/atq; auaritia nō parū fluctuātibus/ & diſcordia/qua res ma

Demoſthenis vis: Platonis copia. Iſocratis iucunditas: Cicerōis flumen: Clemens medicus: Diſcordia dilabuntur.

ximæ

ximæ dilabunt̃ in manifeſto diſcrimine atq; piculo conſtitutis/ is electus ſit/
qui ĩgenio & uirtute aliis præſtãs/bene agere/& bene impare ſciat/poſſit& ue
lit. ſane uero omnes Reſpublicæ populi omnes catholici beati exiſtimari poſ/
ſunt/ſi talem moderatorem nanciſcuntur. cui natura tribuerit quicquid fœli
citatis exoptari poteſt. cui animum excellentem/cui corporis/cui fortunæ
dotes larga condonarit manu. quid enim in te Pontifex Clemens deſydera//
ri poteſt? primum omnium circa animi diuitias/ ſicut reliquos mortales
iſthac dignitate/ita etiam regia benignitate & diuina clementia antecellis:
& quod prope incredibile eſt/omnibus benefacere tentas. omnibus ad igno
ſcendum es pronus. liberalitate non unus. gratitudine/grauitate/& ſapientia
tantus. tamque inculpatiſſimis corruſcas moribus/ut diuinitus ad nos miſ
ſus uidearis. ſic te natura compoſuit. probitate/innocentia/integritate//
& ſolertia fulges. Quid? quod Prudentia uirtutum regina/quæ reges ma
xime decet/Iuſticia quæ mundum ſuſtinet/Fortitudo quæ ex hominibus
heroas facit/Temperantia quæ candidas reddit mentes/& cunctæ penitus
uirtutes in te ſuum uidentur collocaſſe domicilium. Neq; plus habent quo
tibi ueteres non cedant. cedit Clementia tibi Iulius Cæſar. cedit iuſticia Tra
ianus. cedit Themiſtocles ſapientia/Fabritius continentia/liberalitate Ale
xander Macedo. An præferant Cyrum illum qui ſolitus prædicare/eos qui
urbes qui regna gubernant/de melioribus eſſe oportere? qui omni tempore
uirtutum exemplum fuiſſe dicitur. qui quum ob inopiam liberalitate uti non
poſſet/beneuolentum ſuorum humanitate aſſequi conabatur. qui quum Aſy
ria eſſet potitus/omnes amicos & benemeritos diuitiis ornauit/quos ſuos
poſtea Theſauros appellabat. Iccirco totam pene Aſiam ditioni ſuæ adiecit.
an præferant Xerſem fluuiorum & fluctuantis Amphytrites cõſternatorem?
an Pyrrhũ? an Annibalẽ/q tot Romuleos affecit ſtragib⁹? nõ hñt ſane quen/
q̃. non Ninũ/non Romulum ueſtrum/tantæ urbis conditorem. non Scipio
nem/qui uerum imperatorem eſſe negabat/qui ſibi ipſi imperare neſciret.
non ueſtrum ciuem Pompeium/qui duos & uiginti Reges domuit. non Lu
cium Dentatum licet donatum centum quadraginta coronis. non Probum
imperatorem/qui Galliam recuperauit/Germanos/& Sauromatas profliga/
uit. Non Marcum Sergium/quem dicunt fortunam ſuperaſſe. Multorum
enim iuxta Platonis ſententiam ex his præclara ingenia/quemadmodum ex/
cellenti uirtute floruere/ita eorum excellentiam ingentia æquabant uitia. Tu
igitur ſolus es/qui omnibus memoratu dignis non ſolum æquiperandus/ſed
ſine iniuria anteponendus es. & nulla reperta uitiorum labe omnium uirtu/
tum capax haberis. Mens igitur bona/ac corporis proſpera & uiridis ualetu
do/atq; in eo toto elegans/ac heroicus decor/membrorum fortitudo & proce
ritas/oris dignitas/uultus maieſtas/ſerenus ac prope diuinus aſpectus/conti
nuo tibi hilaritas præſens & fortuna ancillatrix & tot fœlicibus cumulata bo
nis/ut tanq̃ ſol inter ſydera/ĩter oẽs præteritos Pontifices/ut Pyropus eximio
fulgore ſplendeas. inter quos ſi uiuerẽt/exiſteres/& ſupremus Rex omnium
iudicareris. unde ambigi poteſt/quamuis diuina in terris Pontificia poteſtas
ſit/ utrum tu illi/an illa tibi maiorem decorem/maioremue ſplendorem & or

- Clementia regia & diuina.
- Prudentia uirtutum regina.
- Iuſticia.
- Fortitudo.
- Temperãtia.
- Iulius Cæſar Clemens.
- Traianus iuſtus.
- Themiſtocles ſapiens.
- Fabricius cõtinens.
- Alexãder macedo liberalis.
- Cyrus.
- Princeps ſit melior cũctis.
- Theſauri Principum amici.
- Xerſes.
- Pyrrhus.
- Annibal.
- Ninus.
- Romulus.
- Scipio.
- Imperator q ſibi imperat.
- Pompeius.
- Lucius dentatus.
- Probus imperator.
- Marcus ſergius.
- Clemens medicus.

namentum afferat.obſeruatum imprimis illud/ꝙ nemo a te/nemo a ſermone tuo triſtis diſcedere poteſt.nemo rem improbam petere audet. Fortunæ uero bona quibus affatim abundas minime recitanda exiſtimo. quum nõ diuitiæ/ nec magnum nomen auorum/ſed probitas magnos/ingeniumq; facit. Nam aliena iactant/qui genus ſuum laudant.non ne certum ꝙ qui ſoles nõ uidet/

Hetruria. Florentia.

omnino luminibus priuatus ſit? ſane quidem. Nam quis ignorat Hetruriam eſſe florentiſſimam/& antiquiſſimam regionem? & eius caput Florentiam urbem opulentiſſimam/aeris ſalubritate/ac magnificis ædificiis admirandam/ & in toto orbe ſingularem/multitudine uirorum præſtantiſſimorum ingenio

Medicea domus.

artibus litteris & uirtute bellica claram eſſe? Hanc antiquiſſimum genus familiæ Mediceæ eruditorum decus/& præſidium ita ſancte/ita iuſte/clementer/liberaliterq; rexit/ut nõ ſecus floruerit ac olim regnante Numa Romuli dum regnum.iis Mœcenatibus imperantibus ingenia uiguere præclariſſima. inuenti ſunt ſub illorum benignitate multi Marones. quin omnes emerſere liberales artes.& ipſa eloquentia ac omnis diſciplinarũ eruditio/quæ a Barbaris fœdata fuerat/ad priſtinum decus/& dignitatem ex tenebris in lucem re

Ioannes mediceus.antiquior. Bernabos Vicecomes. Bernadettus Mediceus. Nicolaus picininus Coſmus mediceus. Petrus coſmi medicei. Laurentius magnus,mediceus.

uocata eſt.Ioannes ille ex hac familia antiquior(teſtes monumenta ueterum) cum parua manu Bernabouis Vicecomitis ingẽtem exercitum profligaſſet/tãto per Italiã enituit nomine/ut tanq̃ alter Mauors uirtute Herculea cælum uertice tãgat. Bernadettũ uero Nicolaus Picininus poſt Sfortiadas ſummus imperator alterum Fabritium fuiſſe atteſtabatur. Quis in tota Europa Coſmum omnium uirtutum & opum affluentia ſuperauit? in quo fuit regius animus cum ciuili modeſtia. Non defuit in Petro Coſmi magnitudo laudum antiquorum.an prætercam magnum Laurentium/qui omnes ingenio excellentes continuis honoribus & muneribus extollebat.cuius fulgentiſſimas admirãdaſq; uirtutes/& illuſtres res geſtas nemo ſatis apposite commemorare poſſet. Quanta huius familiæ omni ſæculo ornamẽta fuere? iã tẽpla/iã Bibliothecæ undiq;/ipſa quoq; maieſtas & noua facies/ſplẽdor Florẽtinæ urbis/& omnis Hetruriæ clara reddũt teſtimonia. Norũt & hæc noſtra tempora uelut ful

Ioannes iunior medice9

mẽ Martis Ioannẽ Iuniorẽ minime a maiorũ ſuorũ egregiis degenerantẽ ueſtigiis/in cuius militari uirtute omnes Itali confidunt expulſurũ quãdoq; ſpe

Leo.P.mediceus.

rãtes ab Italiæ cõfinibus exteras nationes/ni Fata inuideãt improba. Leo præterea Maximus ſexdecim agẽs ãnos Senatorio Cardinaliũ titulo propter eius uirtutẽ inſignitus eſt.tanto is ingenio/& memoria Florẽs erat/tam probe temporũ/& principũ/regũq; conditiones callens/ut celebratiſſimã de ſe gloriã &

Hercules.

immortale nomẽ poſteritati reliquerit. Nã ut de Hercule dicit/qui orbẽ monſtris/& tyrãnide purgauit/ſic de Leone Põtifice dici põt/qui Italiã/& legitimos principes ab externis iniuriis uẽdicauit ſed te duce/atq; auctore Clemẽs Sapientiſſime. Ea ꝓpter illius cineri/& tibi tota Italia/Latinũq; nomẽ debet.

Corona quernea. Franciſcus.ii. Sfortia. Iura ducis Frãciſci in ducale dominiũ

debet & tuæ fortitudini Quernea corona/quãdo Italiæ libertatis propugnatrix extitit. Tu.n.tua aĩ magnitudine/& ſapiẽtia eã nauaſti operã/ut Illuſtriſſimus Dux meus Franciſcus Sfortia ſecundus in paternũ & auitũ imperium fuerit reſtititus.debet.n.candidiſſimo Duci meo Franciſco Sfortiæ Inſubriæ dominium iure ſanguinis maiorũ/qui id militari uirtute ſibi uẽdicauere ſine

ullorum

ullorum iniuria.atq; idẽ a diuis Cæſaribus ſolẽniter cõceſſum eſt.cõfectis pri
uilegiis hic primus i lucẽ uenit.ſi quaiura erãt Maximiliano fratri optimo Pri
cipi ex quo Chriſtianiſſimo Regi renũtiauit/ilico in trãſuerſalẽ trãſlata ſunt.
ſi uero metu tranſactum eſt/omne apud Sfortianos ius integrum Mediolanẽ
ſis dominii remanſit.accidit ꝙ applauſu & ouatione optimatum atq; populo/
rum/ope & auxilio ſacroſanctæ eccleſiæ/ac ſacratiſſimi Cæſaris iuridice rece/
ptus eſt.nec tanto beneficio ſe indignum præſtitit.non enim fortiſſimos Inſu/
bres ob ingentem hoſtium exercitum/ut una fugerent metu/induxit/ſicut o/
lim.S.P.Q.R.fugiente Pompeio urbem uenientibus hoſtibus reliquit.ſed
iniecto pugnandi ardore ſtatuit pro ſalute patriæ/& ciuium prius animam/ꝙ
imperium amittere.Etſi exteris Mediolanum undiq; obſeſſum armis eſſet/eſ/ Belli mala.
ſentq; noſtris omnia formidoloſa fames/peſtiſq;/& alia/quæ belli uis patit/ta/
men inuictus Principis mei animus/& ad omnes labores indefeſſus/cum ani
moſo populo/cum parua ex Cæſarianis manu tam egregie pro mœnibus ſe/
& ſuos/& ciuitatem defendit/ut inimicorum impetus neq; nos oppugnare/
neq; aperto marte agredi unquã ſit auſus.ſed in ea loca illi ſe tutiora contine/ Valetudo mala.
bant.& ut longa ualetudine laborantibus accidere ſolet ut optatior ſit mors/ Mediolanenſem fortes uiri.
quã uitæ longitudo/ita illis arma in odium uerſa ſunt/ꝙ minime Mediolanen
ſibus/& uiris fortibus euenit.ſed magno pugnandi ardore ciues/patriam/le/
gitimum principem/ac Italum decus/& gloriam egregie/& fortiter tutati ſũt.
ſic profligata ſuperbia/& aduerſantium potentia Dux ſuper excelſus Italiæ
gloriam/eccleſiæ dignitatem/Cæſaris auctoritatem/patriæ icolumitatem ſua
uirtute tutatus merito factus eſt Dux Inſubribus digniſſimus.nec ii tãto Du/
ce indigni reputandi ſunt.Hic ſe fœlicem & per beatum exiſtimat.Deoq; Op/
timo Maximo ꝑter omnes mortales gratias agit.debet omnis chriſtiana reſpu.
per urbes/& oppida publico ſtatuere conſilio/ut paſſim aris ture calentibus
cuncti ſacrificium Deo immortali offerant pro tanto bono/quo diuina maie/
ſtas inferiorem mundum impartita ẽ.Te enim imperante aurea/& fœlicia ſæ/ Decumana vnda.
cula firmiter ſperamus.& cymbam eccleſiæ/quæ inter decumanam undam
fluctuando concutitur te moderante in portum reductum iri.& truculentiſſi/ Maumethana rabies.
ma Maumethana rabies/quæ nunc fremeſcit/& uehementer incenditur con/
tra fidelium diſcordiam tua ſapientia refrenabitur.Adeſt inſignis occaſio/& be Carolus Auguſtus.
ne gerẽdæ rei ſe fortuna offert.Rex enim regum datus eſt hac tempeſtate Ca
rolus Auguſtus Dei munere inuictiſſimus omnibus ſæculis dignus uita.cui
uirtus ante diem contingit.qui nulli principium facile cedit.qui talis eſt iuue/
nis imperator/qualis maturo æuo haberi poſſet.qui ab incunabulis imperato
riæ maieſtati fato deſtinatus ſuper ætatem apud omnes pacis & belli ſtudiis ẽ
admirandus.Cuius gentilitatis proprium eſt chriſti nominis hoſtes delere & ꝓ
fligare/ut uictricia inſignia poſteritati acquiſita demõſtrãt.Carolus inquam/ad
tantam capeſcendam prouinciam ſua cæleſti fœlicitate uolentibus chriſtianis Turcarum periculum.
ſperandam uictoriam indicat.Equidem ſi non mouet Aſia iandiu nobis adem
pta/ſi nõ Hieroſolyma/ſi non Græcia/ſi non tot urbes/ſi non tot prouinciæ &
inſulæ uſurpatæ/ſi non ipſa præſens Rhodos ignauos excidat uiuentium deſi
diæ perpetuum dedecus/ſaltem moueat proximum Vngariæ periculum & ip

ſius Germaniæ.nam & his maxime minitatur audax Scytha/poſtremo & Ita
liæ/ ad quam breuis eſt tranſitus. cæterum omnibus gratulandum eſt/quod
cæli fabricator te ſummum Antiſtitem conſtituerit.qui ſumma in ſpecula con
ſtitutus uerus omnium paſtor/reipublicæ Chriſtianæ & utilitati & gloriæ pro
ſpicies.imprimis lætari decet & congratulari Illuſtriſſimum Principem meũ
Franciſcum Sfortiam Mediolani Ducem.qui/quando tua tanta in eum ex//
tat beneuolentiæ magnitudo/tanta beneficia collata/etſi pro tua Sanctitate/
pro tuis omnibus/quicquid habet/ſtatum/ipſamque uitam profunderet/mi
nus æque pro meritis facere uideretur q̄ deberet/ſed uiribus/non animi libera
litate/non animi gratitudine/non beneficiorum magnitudine ſuperatur . ue/
rum ubi gratitudo re ipſa exhiberi non poteſt/ſaltem fatendum eſt/ ut inge//
nue fateamur / beneficio parem gratiam referri non poſſe.cupiebat ipſemet ge
nu flexo humiliter beatitudinis tuæ pedes & amplecti & deoſculari.ſed poſtq̄
rationabilibus cauſis impeditur / uenimus nos eius nomine ſumma cum re/
uerentia tibi Sanctiſſime Pater/& ſanctæ Apoſtolicæ ſedi non ficte/ſed ſince
ro animo & fide/quæcunque fideliſſimæ obedientiæ ſigna præſtaturi/& quæ
publice & priuatim catholico principi conueniunt/eique præſertim/ cuius fa
cultates/cuius ſtatus/cuius ipſa uita in ſua non magis/q̄ in tua poteſtate poſi
ta eſt.poſtremum illud optamus ut qui eſt ſolus ſine principio & fine/& om/
nium rerum conditor & opifex uotis tuis perpetuo faueat.& te ſupremum im
perantium dominum(ſi fas eſt)ultra Pe rian nos / & Sybillæ / & Neſtoris
diutiſſime conſeruet & fœliciter tueatur.

Reuerendiſſimo. D. D. Jo. Mattheo Giberto Veronae Epiſcopo digniſſimo Ac Põtificis Summi Datario Integerrimo Hieronymus Perbonus Bene Cupere.

DIxere ex ſapientibus nonnulli Præſul ampliſſime in buma/
Vitæ homi nis ſpacium.
næ uitæ ſpatio non recte computari ſomnum morti ſimilli
Senectus.
mum/nec infantiæ annos/ qui ad officia ſenſu carent/nec
ultimæ ſenectæ/in qua(ut plurimum)hebeſcunt ſenſus/
membra torquẽtur/deficit uiſus & auditus/tardatur inceſ
ſus/cadunt dentes ciborum inſtrumenta. Q uidam uero
Dentes ciborũ inſtrumenta.
nec id ſolum proferunt/ſed nec illam quidem uere uitam
appellari debere aiunt.cui ſunt tot periculorum genera/
tot morbi/tot metus/tot curæ/ut repetita morte nullum frequentius ſit uo/
tum. Alii uitam eſſe proferunt.ſed eo temporis curriculo nos portionem illã
uiuere/quo uirtutibus uacamus.a quibus quum ceſſamus/nõ homines ſed
Docti ab indoctis.
bruta & uelut ignaua pecora uentri obedientia ſimus.proinde probe ſapiens
ille reſpondit tantum uirtute præditos ab ignauis differre /quantum uiuẽtes
a mortuis. Recte illi ſapiũt/qui uigiliarũ ſuarũ monumẽta condunt/qui the
ſauros incorruptibiles in obliuionem/& in temporis edacitatem coaceruant.
Bona noſtra propria.
Nam ea noſtra perpetua facimus/quæ ingenii ubertate & ſtudii labore no/
bis & poſteris excudimus. Reliqua poſtquã exceſſimus alium & alium ſor/
tiuntur dominum.cæterum poſtquam denegatur/diu nobis uiuere ſaltem re
linquendum eſt aliquid/quos nos uixiſſe teſtemur.hac igitur ratione impul/
ſus/& diu noctuque meditatus/excogitaui quo me hiſce caducis redimi poſ
ſem/uirumque uolitare per hora. Ad hunc poſt longos uitæ anfractus/Oui/
Ouiliarũ locus amœniſſimus.
liarum locum meum amœniſſimum ſarcinas reduxi meas. & ibi uelut quie/
tem ſtatariam a fortuna popoſci/ut per hoc mihi ocium liceret aliquid repo/
nere quo poſteri lætarentur mei.ut Timoleon ille clariſſimus / qui poſt illa
Timoleon.
Trophæa ciuilem fugiens inuidiam lætus memoria rerum bene geſtarum ru
Paulus aemilius.
ſticatus eſt. Paulus quoque Aemilius Romano populo ſpretus quietem ſi/
bi agendam putauit.atque ne quo periret ocio/ in erudiendis filiis operam na
uabat.exiſtimaui itidem ego/poſtquam me hæc rura habent ne ocium meum
fieret ocium/ ſed negocium cũ animi uoluptate haud procul ab his ſtudiis eſ
Ouiliarum opus.
ſe remotum/quæ digna ſunt homine libero. Ideo in Ouiliis meis haſce Oui/

lias ingenio exprompſi meo. Partitũ opus totum in ſex & uiginti libros. quos
ſubinde libros ad uarios per partes deſtinauimus principes. Hunc in quo de
uera religione agitur deberi conuenientius Põtifici maximo arbitrati ſumus/
tutius præſidium maioremq; clementiam haud potuit nanciſci. extra omnẽ
Clemens me dicetus.
humanæ conditionis aleã Pontifex Romanus ſublimis reſidet. præſertim tu⁹
iſte quem natura tot tantiſque condecorauit muneribus / quem cæli numen
ipſum amplectitur & ſeruat. Ipſe ſua ſapiẽtia & conſilio Petri nauis mirificus.
neque his temporibus meliorem aptioremue potuit eccleſia ſortiri paſtorem/
q̃ quem habemus parem ſane ad expurgandas hominum calamitates. Ad
hunc tantum Põtificem has noſtras uigilias deſtinauimus. ſed neque id qua
lecunque munus eſt/alio deportatur fauore ad tãtum Põtificis tribunal/ quã
tuo. In te ſacratiſſime Antiſtes/in tuo nobiliſſimo animo paruam ſpem no//
ſtram collocauimus/ut libellus meus de uera religione recta ad ſacratiſſimũ
Pontificem deferatur. & per tuam ſapientiam per tuam ingenitam bonitatẽ/
per tuam egregiã eruditionem a malignantium defendatur dentibus. uix cæ/
Inuidiæ morſus:
lum inuidiæ morſu abſoluitur. Succurre ad hæc mala tu decus meum. qui es
Verona vrbs
ob miras naturæ dotes Beatus / digniſſimus Veronæ Antiſtes urbis præter
Ioannes.
cæteras laudes eruditiſſimorum hominum procreatricis. nõ enim ſine ratione
Mattheus:
Gibertus.
ad te unũ omniũ mortaliũ accedo. es miro ingenio præditus. es omnis pietatis
cultor. omnis eruditionis particeps. omnis iuſticiæ oculatiſſimus. quæ ad ſa/
crum Datarii officiũ pertinent/callidiſſime pernoſcis perſpicax natura diues/
Genua vrbs.
memoria magnificus /gratioſus/amicus/familiariſque ueritatis. Habes Ge/
nuæ nobiliſſimos natales/urbe mari/terra/ diuitiis/ armis/ nauali uirtute/ &
populo potentiſſima. Nihil quod ad fortunatum pertinet hominem/deeſt ti
bi. Habes hæc omnia & natura & Deo fauentibus/ut cæteris tuis/qui te co/
lunt/adamant/extollunt / faueas & adſis. Vale religionis decus & me/ ue
ſolitus es / ama.

Corde ualidis utraq; ualetudo ſecunda eſt.
Vbi tyrannus eminet/fruſtra quæritur ſapiens.
Nil turbulẽtius in ciuitate/q̃ incõſtãs pricipis anim⁹.
Longe ſalus homini ſine Dei munere.
Mundus eſt ornamentum compoſitum ex pulchris.
Initio mundus compreſſus eſt & fine.
Multi ſcientiam profeſſi ſuam explicant inſcitiam.
Hiſtoria præſens retinet.
Suum quæque ars opus perficit/ut conferat.
Mala hominis & turpia eadem.
Pulchritudo corporis membrorũ requirit concordiã.
Pudere & pigere præſtãt totidem literis.
Si uero amico benefeceris tibi feceris.
Mauult ptinax ignorãs ſuæ iſcitiæ obniti/q̃ rephẽdi.
Peſſimi qui per ſe neſciunt.& ab aliis edoceri nolunt.
Qui nihil dubitat/aut eſt Deus/aut infra beſtiam.
Multa eueniũt hoĩ q̃ uult/ſed q̃ nõ uult multo plura.
AEtas ſapientiæ condimentum eſt.
Sui quiq; mores fingunt fortunam.
Ille bene uult/qui bene facit.
In bonis tuis rebus alienas ne irrideas malas.
Peregrino non licet in aliena Rep.eſſe curioſum.
In ſyrtibus non ſine periculo degitur continuo.
Diues eſt qui aliunde non dependet.
Quod omnes appetunt malum non eſt.
Par pari referendum non ſemper eſt.
Nullum eſt utile quod nunquã ſentitur.
In quinto ſulco moriuntur boues.
Vbi rem malam quærimus illic reperiemus.
Naturæ dotes non habent pretium.
Amor ad pulchriora trahitur.
Imaginatio uehemens rem ipſam quandoq; format.
Sæpe a malis ſacerdotibus principiũ peccandi uenit.
Beneficium non eſt/niſi cui confertur/gratum faciat.
Non eſt tutum lupum tenere auribus.
Mediocritas in omnibus eſt metrum.
Si altius pependis non facile pronunciabis.
Emiſſum uerbum redire non poteſt.
Inter arma leges non pulſant aures.
Inferiora hæc debilia ſunt/niſi cæli uirtus roboret.
Non omnes amici ſunt qui hoc nomine appellantur.
Minus peccatur ſcribendo/quam loquendo.


Hercules cum Pygmeo non deſcenderet in arenam.
Regium eſt benefacere/& male audire.
Magna uis eſt naturæ/ſi magna uis eſt natura.
Poſt lyram etiam tibiæ audiuntur.
Licet os in celo ponere ſi poteſt poni.
Pro ueritate ſi parum prodeſt/Pauci certant.
Sua quemq; docuit meum.
Q ui non ſuadet/uetat.
Nũq̃ erit ille aliẽis grauis/q ſe ſuiſ iuſ cõmũit
Meminiſſe om̃ẽ pricipiũ exercẽdæ uirtutis
In occulto nil agas/ꝗ palã feciſſe leges ñ ꝓhibẽt.
Impoſſibile eſt mulierẽ tacere.
Egeſtas/quæ ad bonum non excitat/miſeria eſt.
Haud facile malus ſemper latet.
Si magĩratꝰ uirũ oñdit/& uirtutẽ & uitiũ explicat
A currente equo diſtorque calcaria.
Alienæ laudes a paucis æquis auribꝰ accipi ſolẽt.
Inſcitiæ eſt contra ſtimulũ calcitrare.
Q uotidiana cura urit animum.
Ignauum nihil magis pœnitet/q̃ ſeipſum.
Inuidia diutius celari non poteſt.
Ex bono bonum/ex malo quandoq; bonum.
Fortes etiam fortuna non adiuuante fortes.
Q uod præter ſpem euenit/id tibi non debes.
Cauſa certaminis bona eſt/ſi uirtutis eſt præmiũ.
Parum & nimium ut hoſtes uitemus.
Libertate ſuauius eſt nihil.
Q uæ aliena ſunt/ui retinenda non ſunt.
Tradendæ ſunt operæ mutuæ.
Nil dictu facilius/quã bene age.
A facto dictum longo diſtat tractu.
Impetus primi ſolent eſſe alacriores.
Singula quæq; ætas habet ſuum ingreſſum.
Suus cuiq; eſt mos.
Probi auctoritas pro ratione ſufficit.
Non ſemp uim ui licet repellere/ne peat patiẽtia.
Diuerſæ artes diuerſam inter ſe habent potentiam.
Hiſtoria uitæ magĩra exẽplis admodũ ꝓdeſt.
In hac uita omnia inſidiarum ſunt plena.
Omnia tentauere homines.
Sapientiæ proprium eſt conſilium.
Bona hominis atq; honeſta ſunt eadem.
Vir iuſtus fœlix uiuet/malus contra.
Ita te aliorũ miſereat/ne tui alius miſereatur.

Deſerere amicum pudet in aduerſis.
Immunificus/quod habet/non habeat.& q̄ habet habeat malū.
Ingratus nec ſibi bonus eſt/nec alteri.
Auarus aut dat nunq̄/aut dat ubi plus accepturū ſe ſperat.
Somniis non eſt fides adhibenda.
Is immunis eſt cui nihil eſt.
Sapiens eſt cibus ætati.
Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi.
Sapienti quæ non uult/non eueniunt.
A Ætate & ingenio adipiſcitur ſapientia.
Nemo bene agit/qui pugnat cum egeſtate.
Nihil eſt utile quod honeſtate careat.
Amor odit deformia.
Deus nullo tangitur motu animi.
Durum eſt poſt lyram dulce reſonantem raucam audire tibiam.
Virtus in actione uerſatur.
Pro ueritate certandum & moriendum eſt.
Diuinus diuina deſyderat.
Diuina humanis anteponantur.
Cariſſima ſua cuiq; ſunt.
Minus placet magis q̄ ſuadetur/q̄ diſſuadetur placet.
Qui aſpellit compellit.
Vt tuus eſt animus eloquere.
Non placet qui amicos intra dentes concluſos habet.
Nugator nugari nugatori uix poteſt.
Non tam turpe eſt quod neceſſitas ſuadet.
Aliquando ea arte/qua cæpimus/amittimus.
Flagellis utimur/& ea conſumpta comburimus.
Nō debet Gracculus in certamen cū Aqla deſcendere.
Nemo nouit ſecreta conſilia Dei.
Supra hominem nihil opineris.
Solo Deo deeſt nihil.
Solus Deus ſeipſo contentus permanet.
Solus Deus ſibi ſufficiens eſt.
Solertes ad omnia celeriter conuertuntur.
Deum latere neq; cogere poſſibile eſt.
Magna ſunt fundamenta uirtutis.
Deus omnia nouit.
Timide uti non decet eo quod oblatum eſt.
Paupertas eſt onus miſerum & graue/aliquando tamen eſt utilis.
Audacia uix poteſt occultari.
Fruſtra laterem lauamus.
Magnū ex malo nūcio expectatur malum.
Fortes fortuna adiuuat. Non debemus conterere operam fruſtra.

Nemo pro merito gratiam Regi refert.
Prima coitio acerrima eſt.
Quilibet reſpiciat ætatem ſuam.
Quot ſunt homines tot ſunt ſententiæ.
Non ſunt dolore irritanda ingenia.
Heri reuerentia honor ſeruo adhibetur.
Vim ui diſcutere decet.

Liber Tertius Ouiliarum De Sacra Militia.

Ad Sacratiſſmum Carolum Caeſarem.



Pallauicini de Aragonia: Sfortiae: ac Folianei Pellegrini marchionis: valliſqꝫ Muzulae: ac Caſtrinoui: ⁊ Viguzolli principis: ad Illuſtrē Senatorē ac Inciſae Marchionē: ⁊ Ouiliarum dominum carmē ſaphicum.

Perbone / o lumen latiæ mineruæ/
Et decus græci nitidum leporis/
Nō modo ſcriptis ſuperas diſertos
Temporis huius.
Sæculi aſt doctos etiam prioris.
Nō minus præſtas titulis honorum/
Sed nihil uirtute putas in orbe
Maius habendum.
Vnicam hanc ſixam retines in extis.
Hanc Deam/ut prudēs/uenerarís almā/
Poſt habes gazas/genus & uetuſtum
Diues & altus.
Q ui queas apte/ut ſtudio uacare/
Conſulis famæ magis & perenni
Temnis incertæ uarios honores
Munera ſortis.
Indicant hoc Ouiliæ paratæ.
Eſt opus plenum/uarium/& figuris
Elegans/terſum/lepidum/politum/
Atqꝫ rotundum.
Publices ꝙ iam rogitamus uſqꝫ.
Ne bonum tantum inuideas diſertis.
Ede.quid ſtas? Perbone quid moraris
Limine famam?
Cæſare inuicto Carolo hoc iuberis
O cium & pacem tribuit ꝙ ipſe.
Hoc petit ſacra nitidus thyara
Clauiger atqꝫ/
Q ui polum claudit/reſeratqꝫ nobis.
Q ui uicem in terris gerit & tonantis.
Cuius haud fas tēnere nos prophanos
Iuſſa uerenda.
Poſtulat Dux inclytus hoc ſecundus
Inſubrum Franciſcus/idem periclis
Q ui malis domum & rediit receptus
Numine Diuum.
Principes cuncti rogitant periti.
Hoc auent omnes cupidi/ & precant̄/
Prome? quid ſtas Perbone/q̄d moraris?
Prome libellos.
Perlitos cedro/tyrioſqꝫ criſſeis.
Vmblicis/pumice iam politos:
Q uis bonam uitam/ decenſqꝫ ueram/
Atqꝫ beatam.
Ne time roncos.uenient cupiti.
Principum tuti clypeo manebunt.
Ede/quid ſtas perbone? quid moraris
Vota precantum?

Illuſtri Franciſco Couo Co mendatario de Leon a Se cretis Caeſaris Magno domino Hieronymus Perbonus Marchio Foelicitatem.

QVanta ſit Regibus & Imperatoribus optimi conſilii uis
& potentia/ex eo cognoſci poteſt/ꝙ tu homo imprimis
optimus/& ſumma prudentia/& naturæ dotibus forma
tus/non aliud elaboras/q̄ quod ſit imperio Romano &
totius Reipublicæ chriſtianæ nomini ſalutare & glorio/
ſum. Quo fit ut diuina potius Cæſaris adminiſtratio/q̄
humana cunctis rebus fœlicitate quadam emineat uictis
hoſtibꝰ triũphator. iactis undiq; pacis fundamentis nihil
accipit/nihilq; inhiat/niſi ꝙ æquũ & iuſtũ præcipit. Sedet imperator ille ma
gnus formidabilis uniuerſo orbi. O te fœlicem Couum excellentiſſimum.
Couum iuſticiæ ulnis amplexum/& bonitatis gremio munitum. quem Dii
immortales ad hoc præcipue genuere/ut cuncta/quæ in Italia antea paucis
annis turbata mille uitiis fuerant/nũc tuo Sapientiſſimo cõſilio/quo apud
inuictum Cæſarem uteris/pacata & tranquilla undiq; conſiſtant. Quæ igi/
tur pro tantis meritis imperii totius amplitudo & Italia poterit tuæ excellen
tiæ ad perpetuam memoriã excogitare? columnas ne/an arcus laureatos/an
ſtatuam erigemus/aut marmorea monumenta/in quibus ſit præcipue ſcul
ptum? COVO MAGNO ET PACIFICO ET SANCTO CON/
SVLTORI ITALIA PRO PACE PARTA. ſed profecto maiora me
reris. tuæ itegritate uitæ proſpecta/ſanctiſſimis conſideratis moribus/& tuo
non alio exiſtimato conſilio/q̄ diuino/auguror eſſe in cælo tibi paratum lo/
cum/ubi immortalitatis præmium & uirtutũ tuarum/quas hic pro noſtra
ſalute/pro iuſticia colẽda integerrime exerces/perpetuo poſſidebis. ꝙ quũ
iſtai Ouiliis meis noſcerem/nunq̄ his paſſim repetitis aures opplerẽ meas/
reſilui lætior/& rebus meis inuidia aliorum ſuppreſſis opem affuturam pro
clamaui. erit iſte Couus magnus & ſanctus. qui apud Cæſarem non permit/
tet meum Marchionatum Inciſæ/cuius titulo Diuus Maximilianus Cæ/
ſar me inſigniuit/ab aliis occupari. Diis immortalibus gratias ago ꝙ tantum
Præſidem Cæſareo conſilio præſſe uoluerint. Noſtra proinde intereſt omni
bus per templa aris numina fatigare/ut te pro bono publico conſeruent in
columẽ. Vale retinendæ pacis & iuſticiæ firma ſpes. & Hieronymi Perboni
fidem/qua tantopere diuinam familiam Auſtraſiam coluit/pientiſſimis tuis
oculis inſpicere ne dedigneris.

Magnanimo Ac Sacratiſſimo Carolo Romanae Ac Chriſtianae. R. P. & Totius Orbis Imperatori Inuictiſſimo

Hieronymus Perbonus Bene Agere.

CYrus o Cæſar Germanice ob quandam animi ſui magnitudinẽ ciues ſuos Perſas ĩ libertatẽ redigẽs tantam beneuolentiam domi ſibi comparauit/tantam foris formidinem exteris gentibus iniecit/ut deuicto Aſtyage rege Medorum imperium tranſtulerit in Perſas/& ſubacta Aſia totum orientem in poteſtatem redegerit. Quod ſi ille una tantum uirtute imperium auxit/quid de te imperator Sereniſſime ſperare poſſumus/qui nullo uirtutum genere ad uincendum inferior es/qui omnes tui animi domicilio hoſpitaris/& habes? Viges enim inaudita quadam ingenii in res cunctas capacitate/dexteritate/& acrimonia. fortunam utramq; tam bene noſti/ut nihil illa habeat/quo tibi obeſſe poſſit. nihil illa obſecundet/quo te a uero regendi calle dimoueat. Robuſtus corpore/& animo præſtans/laborum uictor/quos imperio ducas/non habes niſi fortiſſimos exercitus. auri tantam poſſides copiam/quantam nemo alius ex Germanicis/qui ante te præfuere imperatoribus. Et quod potiſſimum exiſtimari debet/undiq; gratia ante te effulget Diuina. nihil tua. S. M. de magnis rebus auſpicata ante hoc tempus fuit/quod maximo cum honore non conieceris. Pacem ſemper amaſti. omnia per cunctam imperii Romani ditionem tranquille ſiſti enixe dediſti operam. & bella/ſi qua celſitudini tuæ emerſere/tanto ingenii uigore confeciſti/ut commemorando quot & quantæ undiq; allatæ ſint uictoriarum ad tuam maieſtatem coronæ/totus orbis mortalium ſtupeſcat. & dubium non ſit/quin tuo ſub fœliciſſimo imperio exteræ nationes Turcæ/Scythæ/Perſæ/Parthi debellentur. unum eſt quod nos premit. Rhodum amiſſimus Te imperante/ſed non tua culpa. fuit enim eo ad imperium ingreſſu nondum tibi regni robur ſcatentibus alioqui fortunæ aduerſis. non illi adeſſe totis uiribus potuiſti. ſed erit maior tuis immortalibus geſtis acceſſio. quum explicaueris inuicta Aquilæ uexilla/nedum Inſula hæc pulcherrima/ſed quicquid immanitas hoſtium imperio Romano ante occuparit/ad tuam retrahetur coronam.

Cyrus perſarum rex.

Aſtyages rex medorum.

Carolus imperator.

Rhodos amiſſa.

Hæc tua erit apud poſteros Cæſar īmortalis gloria. ſume inuicto tuo animo hanc debellādi perfidos Turcas prouinciam. fama de tua celſitudine/ & per totum orbē diffuſus ſplendor/ & de tua belli uirtute magnanimitas/ & ſumma prudentia uix ſecundis caſtris tantum inimicis effundet metum/ ut neq; armis congreſſi Germanicos furores expectent. Iſto nos deſyderio accenſi/ de ſacra militia ad te Cæſar ſacratiſſime libellum compoſuimus. Ad te accedo uelut ad alterum Alexandrum magnum/ ad te uelut ad Scipionem/ uelut ad Iulium Cæſarem/ ad te nouum Carolum. confiſus de tui celſitudine animi & incredibili humanitate proſtratus ad terram ante tua genua munuſculum hoc porrigo. Noſti Cæſar & meminiſſe potes quanto Perbonus obſequio fuerit omni tempore addictus Auſtraſiæ familiæ/ quantum tu Auguſte/ tuiq; cognorint mancipiolum ſane non indignum (pace omnium dixerim) ut ab impiorum iniuriis protegas Cæſar ita ut eius expoſcunt merita. ſi eius cauſam cognoſcere dignaberis abſq; dolo reperies. extat adhuc elogio Caroli tui in regno Neapolitano Proregis integerrimi dictum corā Bartholomeo Catinario Cæſareo ſenatore digniſſimo. qui tantam fidem aiebat nō reperiſſe in tota Italia/ quantam in ſeruo tuo Perbono. quod itidē diuus auus tuus Maximilianus dicere ſolebat. Gaudebam ego q͂ tam mirificam & inuiolabilem animi mei fidem actutum dignoſcerent. Iccirco id ad te Sereniſſime Cæſar/ qui tuorum omnium uirtutum hæres es/ qui imperii dignitatem tuis mirandis uirtutibus æquas/ qui iuſticiam in omnibus actibus tutā ſuſtines & auges/ maxie ptinet/ ut me meoſq; oēs reſpiceres & amares. Id ſcilicet tuæ iuſticiæ/ tuæq; celſitudini conueniens eſt/ ut Marchionatum Inciſæ/ & alia quæ mihi Diuus Maximilianus conceſſit/ ab inimicis meis defenderes. qui nec ſolum conceſſit. ſed poſtmodum tua maieſtas cum illo ampliſſimis priuilegiis confirmauit & decorauit appoſitis utriq; ſpectate manibus/ & euidenti ſubſcriptione ſimul & Reuerendiſſimi ac Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Maguntini impeialis electoris & ſupremi Archicancellarii. in quibus manifeſta fiunt iura imperii in ipſo Marchionatu & in me poſtmodum tranſlata/ & de aperta aduerſantium iniuſticia. Ad tuam igitur celſitudinem ſpectat hæc omnia executioni demandare/ & omnia apertis iuſticiæ iuribus defendere. indignum profecto tuo nomine & te Cæſare uiuente/ & longe a gloria & immortali fama inclyti defuncti Maximiliani Cæſaris Auguſti/ ut Perbonus in hac euidēti iuſticia deluderetur. Qui pro imperio Auſtralium tantum pecuniarum effuderit/ quantum nemo alius. eo præſertim tempore quo patria priuatus erat/ & ea natorum familia oneratus non deſtitit in recompenſationē oneroſi tituli effundere. quod ſi poſtremo in his exequendis deceptui haberer/ quid uobis principibus totius mundi lucentibus ſtellis & Romanæ Reipublicæ numinibus aut gloriæ aut laudis eſſe poterit? Et licet princeps ſua in celſitudine poſitus ſit legibus ſolutus/ attamen nil ei magis proprium eſſe uidetur/ q͂ legibus uiuere. At ſi contractu aſtringitur ipſo/ ſicut omnium eſt præſul/ ita neglecta fide fieret omnium exul. Nam & aduerſariorum iura requirimus/ quæ nā illis iura exiſtere poſſunt/ quum quondā Odonus ipſo iure exigēte priuatus fuerit. Minus præterea iuris habet

Margin notes: Carolus nouus. — Perbonus. Auſtraſiæ familiæ. — Carolus prorex in reg. neo. Bartholome⁹ Catinario. — Inciſæ marchionatus. — Maguntin⁹ Archiepiſcopus. — Princeps ſolutus legibus — Odonus

bet(pace ei⁹ dixerim)Mõtiſſerrati Marchio. Qui nulla æquitatis ratione p uim & ſanguinẽ ipſum Marchionatũ uſurpare auſus eſt ſi q̃dam ab ipſo fuerint empta, cuius nam momenti, aut uigoris eſſe poſſunt, quum ius foret uendentibus nullum, quos nulla memoria aut documento conſtet Cæſares recognouiſſe? proinde in alium transferre ius hoc nõ poterant, ſi ius hoc eis minime competebat. Sed nos fide ueterum teſtamur potentiam ſcelere quæſitam haud diutius conſiſtere. officia alioqui principis cuiuſcunq; optimi ſunt præferre in rebus cunctis iuſticiam. neq; ſolum ab iniuriis inferendis abſtinerẽ, ſed obnixe propulſare ab aliis obtutum. ſic illi antiqui reges, ſic Principes Romani magna geſſere bella ob ſuis amicis & ſubditis illatas iniurias. ſic tibi Romane Cæſar imperator orbis, ut facis, faciundum eſt, ut pacem introducas, ius inuiolatum conſerues, iniuriam a tuis propellas. & quãto tui imperii ſublimitas in gloriam ſit auctior, tanto tua bonitas ad hanc mortalium tuorum uiuendi iuſticiam fieri euidentior debet. Adſum Ego ad tua genua. Oramus ne meam mihi detrunces ſpẽ. Per bonum noſcis q̃ tibi & tuo ſacro nomini deditum, q̃ pro tua inuicta dextra uoti rerum. uides hacce ipſa iniuria affectum. proinde magnanime Cæſar ne deſeras. ad terram proſtrati oramus, illudq; imprimis ut impertubare ualeas. fœliciter hoſtes tuos uincas. Deum tui ex animi ſententia perpetuo propitium habeas.

Montiſſerratis Marchio.

Nemo plus Iuris.

Principis officium.

Hieronymi Perboni Marchionis Liber Tertius Quiliarũ Ad Carolum Caeſarem Semper Auguſtum De Sacra Militia.

SAcrã Militiam nobis deſcripturis Auguſte Cæſar Carole
Militia quid ſit. imperator maxime illud imprimis occurrit diſcutiendum
an hæc militia/quæ ſuperioribus ſæculis & præſenti æta
te uariis modis exerceretur/ſit ſcientia/ an ars / an uirtus.
& quomodo/an cum ſacra militia conueniat/an ab ea diſ/
ferat. Nam quum maximæ res agantur per militiam/ quũ
Militia res aguntur ꝙ ſciamus per eam regna & imperia parari / Reſpubli
cas defendi/pacem in genere humano ſtatui/nõ aliter arbitrari poſſumus q̃
præ cæteris mortaliũ rebus uim maximam eſſe/& talem quæ ſub ſe quicq̃
admirabilius & ſublimus per hæc inferiora repetiri poſſet/contineat/& ha/
beat. Alexãder Macedo interrogatus quibus modis orbem ſubegiſſet reſpõ
diſſe dicitur/ſe ſuperaſſe orbem conſilio/uiribus/arte. Q uæ omnia neceſſe
Orbis ſuperatur. eſt Ipſa militia /uelut præcipuas ſui partes poſſideat. ꝙ ſi conſilium militiæ
adnexum ex neceſſitate ponderemur/quid aliud eam exiſtimabimus/q̃ pru
dentiæ partem? Imo ipſam prudentiam/atq; aliud ultra prudentiam/ qu od
humana uis nõ habet. Q uæ cuncta quũ ad ſacram militiam pertineant/ ut
poſtmodum dicemus/operæ prætium nunc puto explicate quibus conſtet
Militia q̃bus partibus. militia partibus / ut & his actutum explicatis facile quid per ſacram militiã
intelligere curamus/ſit notũ. Nam quum ueteres plurimum conferre ad ui
ctoriam comparandam animi & ingenii uim exiſtiment/& hæc duo uniu er
ſas inprimis præſtent uirtutes/facile intelligi poteſt quantas ſub ſe uera mili/
tia contineat baſes. neq; ullo abeſt modo prudentia a militari uirtute/ ſi labo
res/diſpendia /ſolicitudines/uigilias/exhortationes/congreſſus/diſſimula/
Militia tantũ ad hominem tiones/cõſilia ad uictoriã dirigimus. Et quia ad nullũ aliter militiã pertinere
certũ eſt/præterq̃ ad hominẽ/qui præ cæteris ad humana intelligẽda ſortit⁹
eſt officiũ/ante omnia curandũ eſt ut ii qui uerã & ſacram militiã exercent/
Milites prauis affectib⁹. prauis affectibus purgentur. contingit enim hominẽ pluribus perturbatio/
nibus concuti/tamq; interdũ cõprimi/ut quæ ſubſunt peragenda nihilũ ſpe
ctẽt. iccirco ut hæc procul a ſacris militãtibus abſint/ea remedia capeſſenda
ſunt/quibus uero dirigamur metro ad hanc ipſam exercendam militiam/&
pares efficiamur ad tanta ſubeunda munia. & ita animi nubes excutiamus/
& ad fortia inuadenda ita corroboremur/ut ueri ſectatores & ſacræ militiæ
ſtudioſi efficiamur probe. Igitur informãdus ille a nobis eſt miles/ qui ad ue
rã & ſacrã militiã anhelat. Neq; .n. illos ad ineundã militiã dignos exiſtimo/
Militandi uſus præſens qui improbis animis & fœdis moribus deprauati paſſim in omne uetitũ pro
ruunt. Nihil habet poſteritas hæc & præſens hic noſtri militandi uſus/quo

conferri

conferri poſſit cum ueteribus. & ꝙ uix credi poteſt/nihil a noſtris glorioſum putatur/niſi fœde uitioſum. Ideo non mirum ſi præualent chriſtiani no minis hoſtes. ſi Turcæ tantum ſibi comparauere imperii/quando uera militandi forma amiſſa potius latrocinia/quam militiam exerceant. Tuum hoc eſt munus diue Cæſar Carole imperator maxime/poſtquam Deus ad tantum imperii culmen te uexit/tantam in te infudit ſapientiam/& animi fortitudinem/ut ueram & ſacram militiam ad noſtra tempora reducas. ſicut id maxime ad tuam maieſtatem pertinere/ita neceſſarium fore putamus. nam nihil eſt ꝙ magis officiat reip. regno/imperio/urbibus/quam neglectui habita militia. ueteres noſtri plus opæ ad cõparandã uictoriã in cõſilio/diligentia/ordine ponebãt/pluſq; ſpei inibant in ueris militandi inſtitutiõibus/quã in multitudine bellatorũ. Nã imperii Romani ſi regimen rectũ effulget/cæli non habent ꝙ maius in terra reſpicere poſſint. Idq; non aliter magnum effici poteſt/quã per ſacram militiam/quæ uniuerſalis uis quædã eſt/& in ſe continet omnes uirtutes & omnes humani ingenii artes & ſolertias. a Deo immortali in terris diſpoſita eſt ad cuſtodiendum fidei & iuſtitiæ ſplendorem & pacis & communis uiuendi uſus conſeruandum bonum/& Barbarorum & hoſtium inſidias depellendum. Quid enim maius habet in terris imperator Romanus/quã per ſacram militiam populos regere imperio/& paci imponere morem/& parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. parit ſacra militia pacem. expellit ab omni rep. iniurias. reddit Barbaros obtemperantes legibus. & eos qui aduerſus leges ſanctas caput extollunt/proſternit & confringit. ſed neq; noſtri milites ſe ueram acturos militiam putant dum arma gerunt/ſed dum ſe numinum contemptores oſtendunt/dum diris cælum lacerant/dum per nemora latrocinantur/dum obſident uias/dum ex rapto uiuunt/& ſanguine pauperum fœdant manus. Audiant quibus cõſtet ſacra militia/& quibus emineant uirtutibus ii/qui ueræ militiæ incumbunt. nam quum natura ſit comparatum & euidentiſſime cognitum/quæcunq; agunt per rationem/ſpectare finem (non enim quicquã rite dirigi ac prodire tenus poteſt/nullo præfixo fine) quanto is aliis præcellit uigore/tanto illud ipſum quod talem prætendit finem nobilius habetur/quum habeat ſacra militia finem pacem/& ea quæ ſunt ad pacis limina complectatur & retineat/ſequitur ueritatis explicatu ex nobiliſſimo fine ſacram militiam præ cunctis rebus eminere. eſt enim pax qua cũctæ uirtutes coaluntur & pinguent. qua uitam mortales ſanctius uiuunt ſuam. qua illud ineundum hic initiũ noſtræ fœlicitatis auſpicamur. erudimur ab oraculo/qui poſuit fines tuos pacem. tantum & tam excelſum finem/qualem ſacra militia poſſidet/haberi non poſſe remur/niſi ſummæ præcedant uirtutes & animi & corporis elaborent uires. omnia proinde contineri ſub ſacra militia uidentur. a qua omne emanaturũ bonum putamus. quum uirtutes cunctæ ea ſe ratione concinnant ut in bonum tendant. Prudentia quæ maxime in ſacra militia uiget/cuius ſedes in excelſo eminet intellectu/regit actus & quæ egregia opera auſpicamur in bello. regit/uelut magiſtra/iter uirtutum quæ a moribus nomen habent. non enim quæuis uirtutum eſt/

Carolus imperator.
Militiæ neglectus.
Victoria quibus comparetur.
Victoria nõ in multitudine.
Imperiũ Romanum.
Militia ſacra continet.
Imperatoris officium.
Milites noſtri.
Ratiõe agẽs ſpectat finẽ
Militiæ ſacre pax ẽ finis.
Pacis bona.
Prudentia.

quæ dimēſum ſuũ ſciat paſſũ ad officii munia/niſi a prudentia ingrediendo
erudiat̃ ſemita.aberraret tēperātia in q̄bus cōtinentia locũ quærit.ubi ſobrie

Temperātiæ partes.

tas/modeſtia/pudicitia/partes habēt ſuas/niſi prudentiæ dirigant̃ metros̃
Ideo ſacra militia hanc ſub ſe trahit uim egregiā & primariā pediſſequā.acci
pit hæc ſuos a uirtutibus fines/atq; ꝑ ea media/quibus cōmode deduci poſ
ſunt/ad ꝑſcriptā deducit metā.Iccirco prudētia ſub ſacra militia ſudat/quia
dirigendo cōponēdoq; uirtutũ officia ad finē decretũ impellit.recte Socra
tes putās dicebat nullas eē uirtutes ſine adminiculo prudentiæ.habet ſacra

Militia ſacra a prudentia.

militia ex prudētiæ miniſterio quoties aliqd ad auſpicādũ tētat/arduũq; mo
lit̃/primũ ut inueniat/inuentũ examinet/examinatũ mature præcipiat exe
quaturq;.Neq; hæc ſine magno ingenio ꝑſcrutata deduci poſſunt.inueniē
di ſolertiā natura adiuuat/& lōgus in rebus cōparatus uſus.Iudiciũ in exa/

Solertiā natura adiuuat. Prudentiæ examen.

minādo pollet ſi oēs circũſtātias enumeret/& utroq; uerſũ ꝑpōderet.an uti
lius/honeſti⁹/glorioſiuſue exuperet.an uni/an plurib⁹ cōmodius.alienis/an
amicis/an ꝓximis/an patriæ magis cōducat/poſtquā idē iudicio d̄cretũ præ
cipit/q̄ ꝓpriũ prudentiæ officiũ habet̃/quo magnus militiæ Antiſtes uti
tur.Qui poſtq̄ a ſũmis & uniuerſis extructus ē ratiōibus/atq; ꝑ ueterũ exē
pla cauēs/ad hæc paulatim deſcēdēs priuata/& ſũmũ cũ medio/& mediũ
cũ infimo metitus nihilo negligētiæ relicto exq̄ſita agibilia preſtat.nō eadē
ſciētia militaris & quæ de neceſſariis inbibit̃.ſortit̃ hæc imutabilē ſubſtāti

Scientiæ de neceſſariis. Sciētia militaris.

am.illa uero cōſiliis/uſu/patiētia/occaſiōe munitior actus humanos & rerũ
cōtingētia uerſat.neq; iſtud artis prudētiæ incutit̃ nomē/quũ ars infactibi/
lia ingerat manu/neq; præſupponat uolũtatis rectitudinē.at prudētia agibi
lia præhēſat quaq; parte uolũtatē recto excultā gerēs.Hinc ē illud in ſapien

Artifex ſpōte peccans. Prudens uoluntarie delinquens. Prudentia quid ſit.

tia ueterũ repetitũ/q̄ artifex ſpōte peccās melior ē/q̄ is q per ignorantiā de/
linqt.Cōtra prudens q uolũtariæ cōmittit peior/q̄ q per imprudentiā fallit.
His rationibus prudentiā enucleatā a ſapientibus eſſe arbitror uirtutē intel
lectus/quæ dirigit humanos mores.quæ præcipit ab iuentis & iudicatis ſe/
cundũ uniuerſalia poſita dimetiens particularia cōtigentia/& agibilia cũ re
ctitudine uolũtatis.Quæ pars quũ ſit potiſſima ſub ſacra militia/ex eo dici
pōt q̄ maxime deceat egregios milites/duces/imꝑatores eſſe in bello prudē
tes.Tũc prudentes & ſacra militia decorati imperatores exiſtimari debent/
qui ſibi & aliis ſuis cauere ſciunt.habet militaris prudentia quaq; parte ar/
gutos oculos qui uelut ſcopon finem cernendo ſemper hauriunt.ſed præci/
pue imperator in ſacra militia cōſtitutus metiri ſibi debet ne imperiũ in tyrā

Tyrannus.

nidem deflectat/quāq̄ nomen tyrāni apud uetuſtiſſimos in bonā capieba/
tur partem ut Trogus Pōpeius.boni reges q ob fortitudinem Tyrāni dice/
bantur tamen creſcente mortaliũ malitia quũ cæpiſſēt reges ſuperbe regere/

Speuſippus philoſoph⁹. Carolus imperator.

rapere/occidere/uiolare/apud hos nomen remanſit/qui ꝑ inſolentiā impe/
rii uiribus abutebantur.unde Speuſipus philoſopus Tyrānũ diffiniens di
xit eſſe imperantem ciuitati ſecundũ ſententiam propriam.Magna tibi & ꝓ
pe diuina conſuetudo cæſar ineſt q̄ propria ſententia non abuteris.& licet
ſanctior & irreprehenſibilis ſis/tamen ſapientiſſimos habes & ſecretos ui/
ros.tibi tute ipſe in cunctis eminens tam profunda cōſpicuus memoria/tam

decoratus ꝓuidētia/tā munitior itellectu/rōne/ſolertia/docilitate/expiētia/
cautiōe/ut nemo ſit qui exactius ſacrā repreſētet militiā/ quā tua maieſtas.
Illud mirabile quantū in te lucet.nihil habes ꝙ uanis ſit addictū uoluptati/
bus.ſemp alta præmeditaris.quæ regnis tuis/populis/urbibus/militibus cō
ueniāt/ euoluis/examinas/explicas.ecce his modis & progreſſibus emergit
ſacra militia.neq; hæc a latere diuellit iuſticiā.nā quibus tā altius incedit ſa/
cra militia/quā ſanctis legibus.portāt hæc añ tribunal ſacræ militiæ exqſita
ꝑcepta.lex eni excutit actus oīm uirtutū.Ideo pfecta uirtus ē legalis poten/ Lex militaris
tia.Q uid enī p hāc magis ſacra militia ꝑcipit/quā ī bello nō đrelinqre aciē/
neq; fugere/ñ abiicere arma/fortitudie uti/q̄ ꝑcipue ſacra militia habet & p
amat/ñ deſidia & luxu obrui/nō dolo/ac malitia reſidere.Q uū ergo ſacra
militia alterū reſpiciat ad tēp.ad populos/ad ciues/ad oīa q̄ ſub lege uiuūt/
præfigit imptimis cōmūe bonū legalē ſcilicet iuſtitiā deinde priuatū bonū. Legalis iuſtitia.
res eni publica/ciues/milites/exercitus legibus ornatus cōibus/oīa meliori
auſpicio diſponunt.legalem iuſticiam quam ſacra militia præſcribit impleri/
omne bonum ſequi eſt/& fugere omne uitium/& habere omnes uirtutes.
Ideo ſacra militia omnes uirtutes habet/quia omnium uirtutum exercet a/
ctus.per hæc miles efficitur ſacer/quoties ea obſeruat quæ per leges ſacra Militia ſacra uirtutes ocs.
militia imperat.& priuatum & particulare diffunditur bonum/ſiue commu
tando/ſiue diſtribuendo partiendoq; ex æquo & bono perpenditur.neq; ſta
tus/neq; regna/urbes/reſp.ſine ſacra milita ſatis tuto cōſiſtere poſſunt/quæ Bonū particulare.
utrunq; inter maximas uirtutes coalit.Tolle ſacram militiam/tunc omne in
troducis malum.paſſimq; furor uagabitur.hinc regna cadunt/quia malum
ſeipſum deſtruit.ut enim exiſtere non poteſt integrum corpus abeunte ani/
ma/ſic urbes corruere uidemus pereunte iuſticia/quam ſacra conſeruat mi Malū ſeipſū deſtruit.
litia uirtutem ſane lucentibus ſtellis pulchritudine æquipollentem/ quia bo
ni appellantur reges/quum in alios bene merendo ſeſe diffundunt. Ideo im/
peratores & qui præſunt in ſacra militia omnium uirtutum ſtudioſos eſſe Militia iuſticiā cōſeruat.
decet/ut ſubditi/populi/Ciues/ nobiles / cæteriq; reguli ab iis conſiſtendi Imperatores boni.
quando opus eſt/in ſacra militia pro communi bono formam capiant.nam
paſſim circa unum quodq; contingit errare/& rite agere.hanc ob rem ſacra
militia quid cauendum/fugiendumue/aut præhenſandum admonet. nam
bellatores ſæpe in timorem incidunt/ſæpe in audaciam. utrunq; ſacra mili/
tia a ſe abdicat/& explodit.quidam tam puſillo animi uigore pi æſtant ut au
ras motantes arborum folia paueant.quidam tam præt upro mentis impe//
tu audent ut numinum fiant contemptores.non hoc hominum genus ſacra
admittit militia.Iccirco ut ab his utriſq; in medium contrahatur/porrigit ex/
cellam uirtutē quā tātope Romāi bellatores extollebāt.quæ mōſtrat qd ti/ Fortitudo.
mendū.qd ue audēdū.uirtus eſt hæc in ſacra militia illuſtris fortitudo/quæ Timor & audacia.
reprimit timorē/moderat audaciā.ſed qa timor & audacia reſpicit picula(nō
eni quis timet/niſi præſignet eminere ſibi proximum periculum/neq; quiſpi
am audax niſi arduum & pernicioſum diſcrimen inuadat)ideo ſacra militia
quot & quæ periculorum genera ſint/circa quæ uirtus hæc uere dignoſcat/
ligdo explicat/ut ſciant partes quas tenere debeant q ſacræ incūbūt militiæ.

Etſi alia quamplurima ſint pericula/quam quæ in bellicis rebus exurgunt/
Virtus circa bonum & difficile.
ut mari ægritudinibus/e ꝓlapſibus/e laboribus/aliiſq;/tñ q̄ bella faciut/ma
iora ꝑſtāt. Ideo circa hæc magis fortitudo laborat/qa uirtus circa bonū & dif
ficile inſudat. ad bellica diſcrimina uario hoíes ſe cōponūt animo. nā quidam
ſunt timidi/quidā audētes. de audētib⁹ aliq ſūt q ſubitario ípetu ꝑicula bel/
Bellica picula maiora. Fortitudo magis i bello. Mors in bello ſemper præſens.
lorū íuadūt/ſed íuaſa atq; reſiſtētia nō ſuſtinēt/at retrocedētes i fugā ſe de/
dūt. quidā cūctātius belli ꝑiculū aggrediunt̃/ſed aggreſſi íſiſtūt & ſuſtinēt.
& qa uirtus magis eluceſcit circa difficiliora & difficilius eſt reprimere timo
res/quā moderate audacias/& ſuſtinere/quā aggredi/& bellica pericula ma
iora ſūt quā alia íccirco ſequitur ꝙ fortitudo magis dignoſcit̃ i bello/quā in
aliis ꝑiculis. in bello eni ꝑſēs ſemꝑ mors ꝑ oculis gerit̃ dū inſtrā militaria &
arma cōflictu feruēt. nō ſic dū lāguemus/quū ægritudines íntrorſū lateāt. nō
ſic in mari/& ſi ille dicat. itētāt oia mortē/quū ex tractu aquæ nō tātā leſio/
nē ſentiamus/q̄ntā ex ui ferri in ꝑſciſſu corpis. Magis itē í reprimēdo timo/
rē/quā in moderādo audaciā. magis i ſuſtinēdo/quā in inuadēdo. quū diffi/
Velites milites. Statarii milites.
ciliora uirtutē illuſtrēt/& íuadētes ad debiliores cōparent̃/& ſuſtinētes ad
robuſtiores. Hinc uelites leuioris armaturæ milites/& ſtatarii grauiori præ/
ſtāt. tū aggrediētes futurū imaginant̃ malū. ſuſtinētes cōtinuo ꝑſens expiū
tur. & lōgiori nixu certāt/quā qui ſubito inuadunt. Icciꝛco fortitudinē ſacræ
militiæ inſeruientē ſuſtinere triſtia dicūt. Neq; ſe uni ſoli opponit ſicut cæte
Liberalitas & prodigalitas. Fortitudo quibus opponatur.
ræ uirtutes utrinq; certāt. ſingulæ quæq; duas habēt oppoſitas malitias/qua
rū una ſupabundat & altera deficit. ut liberalitas/quæ opponit̃ ꝓdigalitati q̄
effluit/& auaritiæ quæ deficit. Sic fortitudo & audaciæ & timiditati opponi
tur. illa ſupabūdat/hæc deficit/ſed in alterā magis innitit̃. plus opæ ponit in
metu pellēdo/quā in audacia moderanda. plus timor fortitudini obſtat/quā
aduerſet̃ audacia. & quia in his cōflictióibus neq; ſatis exacte mediū meti/
Fortes qui.
mur/ſi deflectēdum ē ad alterutrum/magis ad audaciam íclinādum/q̄ ni/
nius fortitudini repugnat/quā ad timorē/ſi fortium uirorum nomē nanciſci
uolum⁹. Neq; eni quēuis iure fortē appellabim⁹. ſed quē ſacra militia diiudi
Pericula quæ ſubeunda.
cat. uita hoí data ē quādiu pōt cōſeruāda/neq; oibus diſcriminib⁹ opponen
da. ſed iis í quibus ſalus tua. in quib⁹ patria laborat/ubi fides xp̄i euocat/ubi
honeſtas. Multi eni appent fortes apud eos quib⁹ timidi neglectui habent̃.
Hector.
ut in uulgi ore ſua ponāt nomina/inuadūt ꝙ terribile ſpectātibus uideatur.
ſic Hector apud Homerū reformidās increpationes Polydamantis ꝑiculo/
Pugnantes timore.
ſa aggrediebatur. ſic aliquis inter ciues cupidus honorari terribile aliquid in
uadit/ꝙ inter ignotos homines non attentaret. ſunt qui/nō ut euitēt oppro
Veterani milites.
bria/nō ut conſequant̃ honores/ſed timore ſupplicii pugnam íncunt. ii mi/
lites ſeruili conditione habentur a ſacra militia/neq; hos reponit inter ſacros
milites. non enim id uirtutis quicquam gerit ꝙ fortitudine excitatur. Maius
illi fortitudinis ſignū oſtendunt ueterani milites/in quibus lōgus belligeran
di uſus cōualuit. ii eni multa confici aggrediūtur terribilia. ad quæ nō adirēt
niſi expiētia ꝓnoſcerēt. Eſt in hoc Vegetii in re militari dictū. Null⁹ attētare
dubitat ꝙ ſe bñ didiciſſe cōfidit. nōnulli cōtra íeruditi & qui modo rudes ad
militiam accedunt/ut ſentiunt aliquē armorū ſtrepitū concurſum ue ílico

tremeſcunt

tremeſcunt neſcientes diſcernere quæ periculoſa/quæue tuta ſint. At ii bel/
lis aſſueti/lõgo armorũ uſu cauti cognoſcẽtes quæ poſſunt uinci/aggredi/
unt/ut iudicent eẽ fortes.q̃ ñ facerẽt niſi expiẽtia de uictoria ſuaſiſſet. Hos
tñ ſacra militia ad uerũ fortitudinis nomẽ nõ recipit.ſicut nec eos qui iracun
dia/& furore pciti terribilia aggrediunt.nõ eni uera fortitudo ob furorẽ pu
gnã capeſſit.ſed ob publicũ bonũ.& ex electione nihil cãdidiꝰ/quã q̃ amat
ſacra militia.neqꝫ ẽt eos ſacro militantiũ libro aſcribit libẽs/qui cõſuetudine
quadã reptæ iduſtriæ uictoriolas nõnullas idipiſcunt.appent ii fortes/quia
id forte euenit ad uotũ/& ex iprouiſo ad fuit fortuna.ſicut his proximis an/
nis in Gallia ciſalpina ubi tã miſere ſeuierũt Eumenides/ubi nõ bella fuere
ſed inſidiæ & latrocinia. Milites eni multi frequenter noctu exeũtes iterula
ti intra mœnia redeũtes uelut ouãtes cũ p̄da onuſti/quã ſæpe ab amicis ra/
piebãt/& proximis ruſculis pauperes colonos diſpoliabant. Abſunt ii a ſa/
cro militantiũ ordine/ſicut & illud exploſũ ẽ genus hoim.q uelut beſtiæ &
urſi in ferrũ ruũt.ii ſine ſenſu aggrediẽtes pugnã facile obſtãtibꝰ aut cedũt
aut oppetunt. At illos ſacra apꝓbat militia. Hos uere exiſtimat fortes quos
uirtute aĩ intrepidos/quos nõ coactiõe/nõ furore/nõ expiẽtia/nõ ignorãtia
militantes/ſed ꝓ bono publico/ꝓ ſalute patriæ/pro iuſticia/pro fide/digno
ſcit & approbat. His reges & pricipes ſi caſtra muniũt/ſi regna/prouĩcias/
urbeſqꝫ repleant/nõ procul abeſſe uictoriã exiſtimamus.ſed quæ præcipue
gerat ſecũ ſacer miles cum armis iuncta ad uictoriã plurimum cõferẽtia hæc
ſunt.ſobrietatis & abſtinentiæ mũera.uere ſacrã & fœlicẽ militiã exiſtiamꝰ/
ĩ qua milites abſtinẽt prauis uoluptatibus/a qua abeſt nefanda libido & ſce
lus ebrietatis.illi tibi o Cæſar Germanice ſint canditati milites qui obſcœna
uoluptatis crimina ſciunt uincere.ſi hæc ſciunt pedibus conculcare/ſciẽt &
hoſtes fortius ĩfringere. Quid deteſtabilius in ſacra militia/q̃ intẽperatus mi
les? deterior ſane intẽperãtia/q̃ timiditas. Quid enim nõ cõmittit intẽpera/
tus homo.qui ſpõte ruit/q uolũtarie peccat/magis peccat. Tolerabilius eſt
peccare ꝑ timorẽ/q̃ per intẽperãtiã. Quæ præcipue prona in terrã occupat
aliã. Ideo uiciũ intẽperãtiæ ſapiẽs puero aſſimilat.ſicut enim Puer licentia di
ſcinctus rectore indiget/ſic uis hæc depratiata mẽtis per ſuperiorẽ rationem
corrigit. Exploſum eſt genus hoc hominũ iandiu a ſacra militia.quod uete/
res/ut eam ſignificãtius exprimerẽt/Caſtra quaſi Caſta eſſe uoluerũt.q̃ ſi ca
ſtũ/ſobriũ/modeſtũ/cõtinentẽqꝫ ſacra militia requirit militẽ/tãto magis im
patores & pricipes. Maior.n.ĩ his ꝑ oĩa requirit uirtꝰ.nã excellẽtis ẽ uirtutis
totũ exercitũ regere.& de ſe cũcta ſpecioſa exẽpla ſemp exhibere debẽt. Spe
cioſæ.n.ſũt uirtutes/q̃ in exercitu reſpiciũt exteriora bona utilia/aut exterio
ra bona honeſta/quas præcipue in magnis bellatoribus ſacra poſcit militia/
liberalitatẽ.ſ.& magnificẽtiã.illa in mediocribus militibus magis reſidere de
bet.hæc ĩ illuſtrioribꝰ certatoribꝰ.utraqꝫ tñ & auaritiã & ꝓfuſionẽ ĩ ſectato
ribꝰ ſacræ militiæ dãnãt exceſſus.benignꝰ miles ñ rapit/nõ uiolat/nõ furat.
ſed uult uincere/hoſtes fugare/cape/in cõflictu occidere.ii/qui auaritiæ ſtu
dio militiã exercẽt/peſſimi oĩum mortaliũ efficiunt.raro auarꝰ exercitus ui
ctoriã cõſequit/nihil imbecilliꝰ auaro militantiũ aĩo.ꝓinde in caſtris ſacræ

Fortes vere ;

Milites a prauis voluptatibus.

Milites candidati.

Intemperantia timiditate deterior.

Peccat ſpõte

Peccare per timorem.

Intemperantiæ vicium.

Caſtra quaſi caſta.

Auaritia & profuſio in militibus.

militiæ hoc genus hominum non permanere debet. fœneratores/lenões/uiuentes ex meretricio quæſtu/cadauerum ſpoliatores/aleatores/ & qui turpia exercẽt lucra. Nihil enim tam nephandum/tam peruerſũ tã aborrens natura/ꝙ pro luco non exequi tentent. q̃ nobilis/q̃ illuſtris ille liberalis & magnificus miles eſt/qui ſuis eniret ſtipendiis/& non rapit unde non oportet. Sed quæ haber per beneficia partitur. nihilq; ꝙ honeſto uſui ſit ſibi/ſuiſq; & amicis & patriæ ſeorſum abſcõdit. nihilq; ꝓ cõſequẽda uictoria negligit. ii ſũt quos ſacra ãplectit̃ militia/quos optat/quos ꝓ firmamẽto uictoriæ ꝑſcribit. q ſemp mai⁹ eligũt bonũ. mai⁹ ẽ aliis adeẽ bñficiis/mai⁹ bonũ ẽ bñ facere/q̃ bñ pati. bñ & rite opari/quã turpia ñ exercere. ſed neq; ob hæc paup ſacræ militiæ abſcluditur limine/ſi ſecũ cãdidũ gerit animũ. accipit enim liberalitas menſurã ex ꝓportiõe uolẽtis. põt eni paup/niſi ſe ignauiæ dedat (qua ſi retẽtus eſt cãpeſtribus abſtineat armis) ĩgeñ ĩduſtria & ſolertia ſe redimere. fiet omnino per animi uirtutes & fortitudinis conatus uere ſacer miles. Neq; enim ſacra militia originem ſpectat generis/ſed præclara facinora/quæ uerũ repræſentant nobilẽ. ſic oli in illa remotiſſima uetuſtate/ubi natura magis uigebat/quã fucatæ artes/ſolebant homines ſibi reges creare eos q plura de ſe exẽpla fortitudinis ꝓ cõi bono oſtẽdebãt/ipſoſq; magnificos appellabant/ſi ex partis per ꝓprios labores exercebãt in alios/in cõſpectu oim magnos ſũptus edebãt. unde magnificẽtia nomẽ ĩditũ/quæ circa magnos rerũ apparatus uerſatur/ſicut liberalitas circa mediocres/& tenues. Princeps nedũ liberalis/ſed uere magnificus eſſe debet. nõ eni paup miles uti magnificẽtia põt/quæ decẽtes appat⁹ & magna opa ſpectat/magna rẽpla in honore deũ/& ĩ ornanda patria magnos ſumptus/theatra/porticus/aquæ ductus/ſtratas uias. Tãto ſacra militia pollet/quãto uiris magnificis abundat/qui ſenſu/qui maxime ratione rerũ pſtẽt. & ſcientia & eruditiõe ſint cõſpicui. qui in rebus magnis ſe ſe immiſceãt/paruaq; cõtẽnãt. quiq; excellenter liberales exiſtãt. ex his eni pricipes militãtes in ſacra militia undiq; immortale nomẽ/honores/& gloriã cõſequũtur. & merent̃ effici magnanimi ſi in tãta geſtarũ rerũ celebritate non deſideãt animis/& ſiãt imbecilles/minoreſq;/aut effluant iactãtia. ſed cõtinuo magna & ardua exerceãt/unde magni pariant̃ honores. qui inter bona externa primariũ obtinẽt locũ. ex hoc genere hominũ optimi ſiũt exercitus/duces/& imperatores/quos ſacra approbat militia. Q ui parua cõtẽnẽtes excelſa p uirtutes exercẽt/& faciunt/& fortunas aduerſas magno ſuſtinẽt pectore. neq; in parua pericula ſe obiiciũt. ſed in magna pro cõmuni patriæ uictoria. & in eos qui egregie pericula ſuperant/maximis liberalitatis officiis utunt̃. Hos ſacra militia ĩtuet̃ ueritatis ſtudioſos nil mẽdacii effutiẽtes. ſed ut a probatis uiris uere laudent̃/ea exercent quæ uirtutes inhiẽr nihil ſibi cõparãtes ꝑcibus honorũ ſtudioſi nõ ambitioſi/ſed ut illis digna gerãt. Nã ſi qs miles ſacratæ militiæ deditus opera fortitudinis exercet/aggrediturq; pugnam/cæteraq; nauet ꝓ uictoria patriæ fideiq; & in his delectet̃/fortis miles & ſacer efficit̃. ſi uero hæc agit/qa hæc magno honore & gloria & noĩe digna exiſtimat/fit magnanimus/quia obiectum magnanimitatis honor & gloria eſt. Iccirco ornamentũ omnium uirtutum magnanimitas

Liberalitas accipit menſuram.

Nobilis verus.

Vetuſtas.

Reges quales veteres.

Magnificentia.

Liberalitas.

Honores inter bona externa primi.

Imperatores optimi qui ſint.

Magnanimitatis obiectum.

gnanimitas eſt.honor enim excitat uirtutes/& magnanimitas reddit eas illu/ſtriores.& qa maxime decet ſacratos milites magnanimos eſſe/cauendū eſt dum id conantur ne ultra terminū proruāt/quū præcipue magnanimitatis ſit impellere/ne impulſus ſit ſine ratione.quū de uictoria deſperant milites/omnē magnanimitatis amittunt uigorē.quū magnanimitas ſit uirtus/neceſſe eſt abhorreat exceſſum/abhorreat & defectum.ille temeritatem attingit/hic deſperationem.q; ſi ad alterū flecti cōtingat magis eundū ad exceſſum ē. nihil in toto militātiū opere pernitioſius/quā proiicere omnē ſpē uictoriæ. fugam reſpicit/qui uincere deſperat.At qui liminarē magnanimitatis tranſgrediunt͂ lineam/in furorē incidūt.damnant exceſſus liminarchæ uirtutes ut tantillo magnanimus miles ne ob excellentiā honorū tumeat/inſoleſcat/furiat.accedit egregia ſoror humilitas/quæ nihil effluit.ſed ſacratis militibus ſenſim humanæ conditionis caſus explicat/ne in honoribus & rerū geſtarū gloria fœlicitatis terminū ponant.ſed ad īmortalē Deū referāt factū.fœlices milites tunc/uere ſunt/quum per uirtutes ſibi metiuntur.quā in ſuis caſtris ſacra haber militia humilitatē Romani proceres ut admonerent triūphatores/ne magnanimitatis gloriā ſublimi effunderent curru/ſeruū poſt humeros apponebant ut colaphū incuterēt.Neq; ſacer miles uere dici poteſt niſi has & cæteras uirtutes ſecū gerat/quæ ueros pariunt triūphos.ſæpe militātes in externa incidūt mala/quibus aut perdite iraſcuntur/aut ſenſu cadūt. affert his remediū ſacra militia.expromit enim ex penu uirtutē manſuetudinis/quæ militarē iracundiā cōplanet/quæ inſenſibilitatē uſtulet.Nā milites qui iuolucro iræ ſe implicant uix quicq̄ aliud cernere poſſūt/quā uindictā. hinc iniuriæ/obprobria/& cædes/q; ne quid perperā fiat/ſacra militia p mā ſuetudinē prohibet.nō enī in oībus uindicta emergere debet.Iraſci enī & tēpore/& loco/& qbus cōuenit uirtutis ueſtigio inſiſtit.Nunquā iraſci neq; ullis cōmoueri iniuriis prope ſtolidū ē.hos hoies a ſuis caſtris ſacra militia expellit.appetere alioq uindictā propter iuſtitiā & bona Reip.uiri probi eſt. neq; enī irā a ſacris militibus detruncandā penitus eē dicimus/quatenus ea incitent͂ cōtra iniquos hoſtes/q patriæ qetē turbāt.ſed tūc abeſſe uolumus quū iracundiæ caligo offuſcat rōnis iudiciū.ſæpe milites p iracūdiæ flāmas in maxima incidūt ſcelera/& magni imperatores & Duces neſciētes iracūdiæ aculeos reprimere ea ppetrarūt facinora/ut pœnituiſſe prope mortē cōpulſi ſūt.Illoſq; probat ſacra militia qui ſe ſe aīs nobilibus ubiq; oſtētāt.amabiles/hilares/iucundos/& ueridicos milites ſacra militia requirit.non eſt proba tū cōtuberniū militare/niſi inſit cōuēiētiū ciuilis affabilitas/niſi iucunditas morū/niſi rñdētiū ueritas.Milites oēs utriq; cū alteris cōuerſant͂ uerbis/militiæ laborib⁹/cōuiuēdi uſu.abſit a ſacris militibus ināis iactātia. nihil enī tā futile bellatorib⁹ nr̄æ militiæ/quā ea feciſſe dicere q̄ ñ fecerūt.Ciro denudat͂ q aliēa ſe ueſtit laude.locutuleios/deriſores/mēdaces milites ſacra nō audit militia/ſed ueritatis amatores/q̄ iactantiā reprimit/quæq; deiectionē excitat.declinare tamē ad minus/& dicere de ſe minora/quā ſit opus/prudentis ē.hoies enī plerūq; de rebus propriis decipiūtur.ideo prudenter facit/q ma gis ad minus deflectit/quā ad maius.aliqd enī ultra quā patiat͂ ueritas fado

Magnanimitas exceſſum abhorret & defectum.
Spes a milite nō abiecāda
Humilitas egregia.
Milites fœlices.
Romanorū mos.
Manſuetudinis uirtus.
Miles iracūdus.
Vindicta nō in omnibus.
Iraſci & lo co & tēpore
Iracūdiæ caligo.
Iactātia ināis.
Miles verus.
Homo de rebus propriis ſæpe deceptus [illegible]
Fari ad minus, q̄ ad maius.

ſolet auribus moleſtiam afferre.ſic erant olim in ſacra lege conſtituti milites.
q̃ ſi ſacra militia tales requirit milites/qui omnibus his uirtutibus præſtent/
qui omni tempore ueracem militiam explicent/quid in ipſis imperatoribus
eſſe debere exiſtimabimus? qui ſuis ueſtigiis alios inhærentes continuo ne/
ceſſe eſt habeant.ita debent omnium uirtutum ſplendore imperatores abun
dare/ut cæteri qui ſub ſua militia minus poſſident ab eorum lumine/uelut
paratas ſuppetias recipiant/& ſupplementum.Hi dum in uita manent/non
alio pabulo alendi ſunt/quã honore & gloria.nam imperatores/qui gloriæ/
qui honoribus non acquieſcunt/in tyrannidis labem incidunt.Nam præ/
mium illis ob tantos exanclatos labores non par eſt in terris/ſed in cælo con
ſtitutus locus.ueteres quia præmium hic bõis principibus coæquatum me
ritis reperire non poterant/ſtatuas illis erigebant/& templa.honores & glo
riã per orbem diffundebant/ut q̃ homines poſſent/id ex animo propenſe ef

Valerius valeſii filius.

ficerent.Valerius Valeſii filius/quia ex reip.conſeruatoribus unus extitit/
ea conſeruata lege & popularibus exemplis ſtabiliuit/ut perpetuo eſſet ho

Marcus marcellus.

noris & gloriæ nomen/publicola cognominatus eſt.ſic Marcus Marcellus
ob fortitudinis & inuicti animi exemplum/qui contra Pœnos/unde quadra
gies dimicauit collatis ſignis/afflictam Remp.bellica & ſacra militia reſtitu

Fabius maximus.

ens contentus fuit hoc honore & gloria/ut Gladius populi Romani appel/
laretur.ſic Fabius Maximus/cuius arte reſp.ſtetiſſet contentus præmio ho/
noris & gloriæ Cunctatoris cognomen accæpit.quia pro patria multi in ſa/
cra militia egregiam quum nauaſſent operam/neq̧ hic ſatis idoneum anti/
quitas reperiret præmium/honoris & gloriæ ꝑpetua cognomina recipiebãt.

Ariſtides iuſtus.
C.marius.

ſic Ariſtides apud Athenienſes Iuſtus/cognomen.&.C.Marius qui Cym/
bris/Theutonis/Ambronibuſq̧ duplici prælio cæſis/rep.in priſtino con/
ſeruata ſtatu tertius eſt urbis conditor nuncupatus.Hinc pluribus nomen

Alexander magnus.
Pompeius magnus.
M.tullius pater patriæ

clatura ingens/& Alexandro Philippi filio/Magni cognomen inditum/&
Pompeio Romano/&.M.Tullio uendicata a ſcelere patria/curiæ decreto
fuerit appellatio honoris pater patriæ indita.Iniquã de ſe exiſtimationẽ impe
ratores & Principes illi præbent/qui honoribus & gloria non contentatur.
neq̧ hos ſacra militia ueros reputat imperatores.Qui enim rapacitate cap/
ti/& uoluptatum illecebris uicti/haud quæ ꝑcipit ſacra militia retinere poſ/
ſunt.Quibus ſi contigerit dominari/male meherclc habetur cum populis/
cum urbibus/cum exercituq̧.Hinc omnium ſcelerũ cateruæ & doli/& fur
ta/& rapinæ/& ſatellitum intemperies.latrocinia potius/quã exercitus ſunt
illæ copiæ/in quibus tales dominantur principes/qui cuncta ſui animi cupi
dine metiuntur.Tum nullus fidei præſtatur honor/nullum integrum iu/
ſiurandum/quod quãta religione apud ueteres reſeruabatur incorruptum/
argumento eſt/q̃ poſt uictoriam Annibalis in prælio Cannenſi omnes illi/
qui dimiſſi ſub ſacramento/nec fidem repræſentantes omnibus odio in pa/
tria adeo deſpecti erãt/ut tandem tedio uitæ mortem ſibi conſciuerint.ſacra
militia non habet eos imperatores in obſeruantia/qui iuriſiurandi & ſacra/
menti militaris ſunt neglectores.hoc enim amiſſo fundamento quid poteſt
laudabilis ſupereſſe in militia? Habes Regulum Attiliũ in ſacra militia præ/
cipue

cipue uenerandum. Qui ne quid perperam offenderit quod fide militari promiſerat/ad infœliciſſimos cruciatus Carthaginem redire maluit. Nã qui Dei nomen in mendacio & ſacramento & Blaſphemia coinquinant/extra militiã ſacram ablegandi ſunt. hoſce Plato homines iubet impune a quolibet cædi/ & magiſtratum qui hos non punit/ proditorem legum exiſtere ait. Proinde Moſes ſacræ militiæ acerrimus cuſtos/lapidibus hoc genus hominum obrui iubet. Sed quid dicam O Sereniſſime Cæſar/quod tantum hoc inualuit ſcelus/ut hac tempeſtate pauci reperiantur milites/qui hanc deteſtandã conſuetudinem iurandi & blaſphemandi & numina in contemptum ducendi non habeant? Tantam ob hæc in Chriſtianos exercitus calamitatem uenturam exiſtimo/ut non alios/qui peſtem hanc e medio tollant/q̃ Turcas putem. Vtinam ſim falſus uates/ueniet gens Barbara ſuper noſtra ſcelera/non ut Chriſti pium cætum ſuperet/ſed ut caſtiget/& Dei nutu hæc nephandæ blaſphemiæ crimina deradicet. Permittunt (fateor) iuramenta leges/ita tamen ut uera prædicent/aſſerantq; & iudicium & iuſticiam. neq; iuramentũ diuellitur a uiro & iure. Quia q iure pmittẽte iurat/impune iurat. Sunt quædam uoluntaria quæ ſponte extra iudicium efferuntur. quædam neceſſaria/ quæ a iudice defferuntur in deliquium probationis. quædã metu excidunt/ quæ licet in uirum conſtantem cadere poſſint/non tamen obligant. Tametſi iuramentum quo quo modo fiat/regulariter obſeruari debeat/niſi tendat contra ſalutem animæ. illicitum enim haud obſeruari debet. ea uero/quæ in diuinum ius & in catholicam emittuntur eccleſiam/non iuramenti nomen ſubeunt ſed periurii. Hac lege militari cuncta metimur/ut ſacra & uera militantibus fiat militia. Iurantibus iis fidelitatem principi/eius quoq; filiis legitime ſuccedentibus iuſiurandum habitũ eſt. quum dicimus militiæ & alibi ſtare dicto alicuius/intelligitur ſi iurauerit. neq; inopina iuramentum tangunt. neq; frequens dandum/niſi quum aliæ probationes defecerint. iuramentum obligat minorem. Tum illud a ueteribus obſeruatum. Iuramẽta reſcindi poſſunt pro eccleſiæ emolumẽto. & perualent matrimonii ſacra contra iuramentum. tametſi late pateat periurus/& pro periuro puniri poſſit. Neq; milites noſtri putent/quum inter arma uiuunt/ſe aliqua parte abeſſe a magni Pontificis ſceptro. poteſt enim ex cauſa a ſupremo Antiſtite iuſiurandũ remitti. Poſtremum milites uerum exercent iuramentum/ſi illud e corde manans par ori correſpondet iuſtum/licitum/& nullo complicatum ſcelere. Mutat utiq; forum & conualidat contractum. Tam potẽs tamq; ualida ſubnititur ratione/ut plus ualeat/q̃ res iudicata. Illud etiam pauore extortum/ eminentiq; pœna diffuſum/gerit ſecum obligandi uinculum/ſi poteſt adimpleri ſine animæ præiudicio. Toties ueterum monumentis eſt expreſſum numina iuraſſe. Quid illud uatis ſublimis proloquio? iurauit Dominus & non pœnitebit. Vnde militantibus iuramentũ nõ prohibet tanq̃ ſcelus/ſed eius uſus ne ſeneſcat/& in periurium incaute corruat. cauſa inſtituti iuramẽti eſt/ut omnis iurans ad hoc iuret/ut iurãdo magis uerum exprimatur quãdo illud præcipue expoſcit/ut conceptus uerba potius ſequatur/q̃ uerba intentioni ſeruiant. Multi apud milites iurandi ſunt modi. Multi perperã & ob

Marginal notes: Blaſphematores impũe offendi. — Moſes. — Milites blaſphematores. — Turcæ perflagellũ Dei. — Iuramenta permiſſa. — Iuramẽta voluntaria & neceſſaria. — Iuramenta meticuloſa. — Iuramẽtum regulariter obſeruandũ. — Iuramenta quæ non obſeruari. — Periuria. — Iurans fidelitatem. — Periurus punitur. — Iuramẽtum remitti poteſt — Iuramẽtum pluſq̃ res iudicata. — Iuramenti vſus. — Iurandi modi multi.

ſcœnæ profluunt/quæ ſacra depellit militia. quū uerū fatemur utiq; licet iurare per crucem/per euangelia/per ordines ſacros/per myſteria/ per ſalutē principis/per ſanctas diuorū aras. falſo uero ea accire iuramento/ præter immortale numen deierare eſt/aut ſi quis per lapidem iuret/aut capillū uene/ris/inter impios connumerari debet/aut igne purgari. neq; miles ſacratis diebus ſolemniter iurare poteſt niſi pro paciſcenda concordia & pacis fœdere. plura tamen ſunt/quæ iuramentum abſcindunt illicitumq; reddūt. perſona iurantis ut ſunt impuberes. haud iurare poteſt ſimul cui iuratur/ut ini/tiatus ſacris layco. res quoq; non ſacra non recipit ſupra ſe & iuramentum. ex modo itidem iuramētum ſpectatur/ut ſi temere iuratur. recipit tamen iura/mentum locū pro pace/pro fide/pro fidelitate/pro obedientia/ pro expurgāda infamia/pro ueritate inquirenda/pro deſtinato dāno. prohibere poſſunt ſi lubet/iurare/Pontifex & ſeruos Domini/uxores mariti/& monachos abbates. ſolus tamen ſupremus Antiſtes a legitimo iuramento abſoluit. Qui etiā abſoluere ſubditos a iuramēto fidelitatis erga principē poteſt/qui neglectui eccleſiæ iura habet. iurabant ueteres in ſacra lege. uiuit Dominus/uiuit ani/ma mea. At in eccleſiæ primordiis ita modeſtius cōſuetudo protulit. teſtis eſt mihi dominus/teſtis eſt mihi cōſcientia mea. humaniora & illa dici poſſunt. ſic me/uel te Deus adiuuet. Sed quid hæc ego cōmemoro ſi iam pro labente diſciplina adeo milites noſtri fœdis ſunt aſſueti iuramentis/ut iam nulla ſit lex/quæ corrigendi locū habeat? honeſtius olim Romani milites & Græci/qui per Herculem/qui mediuſſidius/per Caſtorem iurabāt. Noſtri in tā fœda proruūt uerba/ut obſcœnius dici poſſit nihil. neq; illi militis nomen ſortiri uidentur niſi blaſphemiæ deteſtanda uerba in ore paſſim habeant. Dolen/dum nobis ſupra modū chriſtianis eſt Sereniſſime Cæſar/q; nulla apud nos reluceat militia/in qua non ſit dirus blaſphemandi ductus. Ideo non mirum eſt ſi ſanctæ cōtra hos iraſcuntur leges & cōtra hæc flagitia pœnā ſtatuunt ſanguinis. deteſtātib⁹ tā dire aqua & igni eſſet īterdicēdū. ſanctiora i lege ueteri mandata erant/ut qui Deo & Pontifici & eccleſiæ maledixerint/lapidibus obruerētur. eā ob rē militia noſtra iacet Sereniſſime Cæſar/ quia ob tā diras deteſtationes numina aduerſa habebm⁹. blaſphemia tā horrēda auditu erat olim patrib⁹/ut quoties aures cōtingebat/pſcinderēt ueſtē/& capillos. Nos uero/q aut ſi in caſtris ſum⁹ militiæq; arma exercemus/aut domi/aut in foro uerſamur/tantas ubiq; etiā puerorū blaſphemias & truculenter dicta in Deos immortales audim⁹/ nō modo nō proſcindimus ueſtē/ſed tacem⁹/nullūq; coarguendi ſignū oſtendimus. Qua apud Deum gratia milites noſtri merere putamus/qui nullū proferunt uerbū niſi mixtū cū blaſphemia? ingratum & impiū genus/more gigantū in terris uiuēs/deteſtantiū Deos. O infœlix ſæculū diris blaſphemātiū linguis obnoxiū. Auiculæ ſuis uoculis laudant Deum/homo pditus blaſphemat. Habes Cæſar quid cogites/ſi to/buſtā militiā cupis/ſi inuictos milites tuis adeſſe caſtris deſideras. Corrige militiā. nutri milites ueris iſtitutionibus. uis cōtra Barbaros & crucis Chriſti hoſtes uictoriā conſequi/dele e caſtris tuis blaſphemiam. prohibe rapinas/ſtupra/intēperantiā. exēpla ueterū tuū moueāt aīum. Quid. n. nos ſcimus/

Deierare.

Iuramenta quæ abſcindunt.

Iuramenta abſoluere.

Iurandi mos veterum.

Iurādi mos in eccleſia.

Iuramētum ueteris romanorū & græcorum

Blaſphemantium pœna in lege veteri.

Blaſphemat homo.

Carolus vt victor ſit.

niſi

niſi in illis ſpeculemur moribus? Scipio ille maior/qui omni fœditate morũ
Scipio maior
purgatis caſtris facile uictoriam contra hoſtes conſecutus eſt/uirginem ex
captiuis unam ad ſe perductam/eleganti facie puellam iuſſit ſancte cuſtodi/
ri/ac reſtitui adoleſcẽti marito ſine auro/nec ſuæ pmiſit cõtaminari militiæ.
ſed mala noſtros hos/qui in militia primores ſunt/conſuetudo perdit. primũ
Duces præſentis militiæ
ante omnia intemperantes ſunt/impudici/rapaces/uinolenti. qui quum neq;
ſibi ſciant imperare/alios bene regere nõ poſſunt. Militia uitiis fœdata ubiq;
Cor mundũ.
pauet. Cor mundum reddit militẽ fortem/& prudentẽ. Quid enim dici po/
teſt fœdius illa militia/quæ proximis menſibus ſub tuo Sereniſſimo nomi/
Militia pſens Cæſaris.
ne/& te inſciente in Italia deſæuit? Quod genus omnium ſcelerum reliquit
intactũ? Ciuilia cuncta/& ſacra deturparunt. Tuæ erat imputatũ maieſtati/
q; ita licentioſe uiuebant milites/ita auare/ita ſuperbiter/ut nihil magis opta
retur/q̃ uitæ exitus. furta/latrocinia/rapinæ/uiolationes/ſceſtus/ſtupra ita
dominabant/ut amiſſa penitus ueræ militiæ diſciplina/aliud non ſpectaret
niſi populi gemitus/iniuriæ/deſpectus/furiarũ ſæuities. & tamen tua maie
ſtas nihil ſciebat. longe aberas/& prudẽtiæ tui exercitus ductorum confide
bas/qui nihil de his ſcribebant. aut ſi ſcribebant/oppoſitũ ſcribebant ma/
læ & peruerſæ illorũ mentes. Qui peditũ erant capita/qui cohortes regebãt
impii/perditi/nequiſſimi. qui de honore maieſtatis obliti omnia impune age
bãt. Quibus nulla iuſticia/nullaq; pietas. quod libitũ erat faciebãt/& quod
facere uolebant nemo uetabat/& quod nemo uetat/licentioſe fit. & ubi licẽ
Licẽtioſe fit
tioſe uiuitur/penitus ueræ militiæ ſplendor extinguitur. Quæ res ſi a princi
pibus/ſi regibus/ſi ab imperatoribus non uindicatur/non longe abeſſe po/
teſt diuina ultio. libido & auaritia duæ humani generis peſtes ſæpe ab imor/
Libido: & auaritia.
tali Deo atrociſſime flagellantur. Tot ex illis copiis & tãta multitudine pau
ci nunc ſuperfuerunt. alii morbo/alii ferro/alii aquarum uorticibus/alii pe/
ſte periere. proinde Sereniſſime Cæſar non omnibus fidendũ eſt. oculus im
Fidendũ non omnibus.
patoris purgat exercitũ. omnes digni ſacra militia eſſent/ſi tua maieſtas præ
Imperatoris oculus.
ſens foret. es enim humanus & mitis tẽpore pacis/in bello ſæuus/magnus/
fortis neq; uoluptate/neq; metu neq; deſidia uinceris. es in aduerſis conſtan
Carolus imperator.
tior/in rebus ſecundis modeſtus/in opinatis & ſubitis caſibus non minus
Caſibus ſubitis.
prudens/q̃ diligentior/in cunctos iuſtus/placidus/pius. Iccirco inuicte Cæ
ſar ſi uis tuos exercitus ad ſacrã reducere militiam/frequẽter copias luſtra/
de ſingulis inquire ductoribus/ſtipendia ſolue/ne retentis occaſionem latro
cinandi præbeas. aut pacis/aut belli tempore ne ocio torpeſcãt/exerce uariis
laboribus. Scipio corruptum apud Numantiam exercitum demiſſo ingenti
Scipio:
lixarum numero quottidiana exercitatione fatigabat. frigora & hymbres pa
Imperator. bonus.
ti/uada fluminum pedibus traiicere aſſueſcere coegit. Imperator bonus bo/
nos & fortes milites reddit. Pyrrhus rex delectori ſuo fertur dixiſſe. tu grãdes
Pyrrhus rex. Miles grãdis
elige. ego eos fortes reddã. Neq; dedignabere Sereniſſime Cæſar iter milites
adhibere conſilio tuo illos/qui longa experientia rerum pollent. Nemo ſibi
Sapit nemo tantum.
tantum ſapit/ut quandoq; alieno conſilio non egeat. Scis tu imperator opti/
Julius Cæſar quare v. ctor.
me cur eſt/q; C. Iulius Cæſar/cuius repræſentas nomẽ/tot & tantis potitus
eſt uictoriis? quia continuo præſens aderat. continuo milites in fortitudine

exercebat.omnes beniuolentia & liberalitate ſibi deuinciebat.ſic tibi faciun/ dum eſt Carole Auguſte.uniuerſi orbis imperator/cui fuit & eſt fortuna co/ mes/cui maxima uirtus contigit ante diem/quiue talis es iuuenis imperator qualis nullus in matura cōſtitutus ætate ſimilis repiri poſſit. in ipſis ꝓpe cu nabulis oſtendit per indolem natura te fore ad tanti imperii maieſtatem a deo immortali præſcriptum/& ad pacem Chriſtianorum decretum patrociniū. Neq; in hoc tacēda laus.propterea poſtq̄ animaduertiſti quid ĩ Italia tui mili tes perpetrarint/non ceſſaſti curare diligentius/ut omnes a tāto flagitioſorū crimine releuarentur.beatos illos eſſe exiſtimo & fœlicis eorum animas/qui rem tibi probe aperuere/ut ad tanta ſuccurreres mala.Fuit hic præcipue uir tanta ſapientia & ingenio præditus/omni humilitate/& liberalitate cōſpicu⁹ illuſtris Marinus Caraccius/cui tanta eſt inter inſubres parta gloria ob eius ſingularem uirtutem/quanta alii nemini.Hic quo ieūq; flectat fortuna rotā/ prudentia ſuperat.Hic tibi pace/belloq; fidus.utinam in tuis caſtris mille ſi miles haberes.& ſi huic mille ſimiles habes/mille Catones habes/mille Sci piones/mille Marcellos.uiuit uigetq; ubiq; prudentia tua Cæſar. non enim ſine magna animi tui ratione tantum in Italia uirum retines/ut quum abis & longe ſis remotus/habeas per quem cuncta exactius componas & regas.

Marinus caraccius.

Equidem multa ſunt quæ principes acriter infamant/licentia impune pec/ candi/improbitas amicorum/auari Magiſtratus/& ignoratio rerum publi/ carū.Sæpe rex/ſæpe quiuis Princeps in occulto a ſuis uenditur/dum curas imperii in manus improborum relaxat. Tolerabilius expromit ratio ut mali ſint prīcipes/q̄ mali principū aſſiſtāt amici/q̄ mali cōſultores/q̄ mali magi ſtratus.Si quidem unus malus a multis poteſt bonis corrigi ſed multos ma/ los non poteſt unus bonus ad metrum redigere rationis.Hæc quum ſcribo Cæſar ſapientiſſime/omnibus principibus ſcribo.Debet enim qlibet rector regere non regi/ductor ducere non duci/dominus dominari nō ſeruire/prin ceps imperare non ſuis male conſultoribus parere. Vis Cæſar militiam tuā reddere ſacram/noſce frequenter milites tuos/& Veteranos tuis adhibe cō ſiliis/qui probe rem militarem norint.Nam tunc mentis oculus acute inci/ pit cernere/quum primum corporis oculus defloreſcit.Probabat Iulius Cæ ſar milites a uirtute fortitudinis. Tu eadem ratione proba. ſed adde ut ſint continentes/ut ſint ſtudioſi pro patria/pro Romano imperio/pro fide Chri ſti.Hos quum habeas liberalitate & affabilitate demereri neceſſe eſt.Nocet frequenter imperatorum nimia ſeueritas.Nil turpius imperatori/q̄ auaritiæ ſtudiū.nil pernicioſius/q̄ abſentia imꝑatoris ab exercitu. Quid.n.ꝓdeſt ſi extremos equites habeas/ſi promptos pedites/quū relangueant remoto du ce/& exemplo ad præclara facinora non excitentur/plus imperatorum egre gia exempla militum animos mouent & auctoritas/q̄ ſtipendia. Quū enim Macedones uidebāt Alexādrū in hoſtes præeuntē/alacriores procedebāt. Hoc Cæſari tātas cumulauit uictorias.hoc Marcello/quorum uirtute ante oculos militum cognita/auctoritatem cognominabāt.quæ quanto maior in eſt/tanto fortior ſpes bene gerendæ rei aderit.Nihil peritia militum/nihil cō ſilium/nihil uigor/nihil fœlicitas ualet/ſi imperatoris auctoritas aberit. Tra

Imperatores q. æ inficiāt — *Rector regere.* — *Ductor ducere.* — *Domin⁹ dominari.* — *Imperator imperare.* — *Oculus cernit.* — *Milites quales.* — *Impera'o'is ſeueritas nimia.* — *Imperatoris auaricia.* — *Imperatoris abſcentia.* — *Imperatoris exempla.* — *Imperatoris auctoritas.* — *Marcelli auctoritas.*

xit Moſis auctoritas innumeras Hebreorũ copias per diſerta uiarum/ & per medios undarũ fluctus. Tanta in uno Themiſtocle apud hoſtes fuit aucto- ritas/ ut Xerſes rex quũ illum extorrem patria accepiſſet/ exclamaſſe dicatur habeo Athenienſes. Tanta Annibali Carthaginenſi/ ut in tam longo bello/ quod cum Romanis geſſit/ nunq̃ ſit paſſus in exercitu ſeditionẽ. ſic erit tua auctoritas Cæſar noſter. ſic mouebũt exempla tuarum uirtutum animos mi litum/ quum contra communem hoſtem explicabis ſigna ut nunq̃ ſine ui- ctoria redeas. Quis te in rebus militaribus peritior/ quis ad urbanas uirtu- tes accomodatior? equitandi/ atq; inſtruendi aciem/ conferendiq; manus tan tam calles artem/ ut Pœnus/ aut Romanus Scipio/ aut Marius Arpinas ce dere poſſit. ipſo quoq; primo intuitu pernoſcis/ qui idonei ſint ad militiã/ & qui non. Quæ cuiq; conueniant. equi quo cælo optimi naſcantur. Et quod maxime in admirationem cadit/ habes quæ maximo imperatori conueniunt quæ. M. Tulli⁹ in magno Pompeio diſertiſſime collocauit. ſcientiam rei mili taris/ uirtutem/ auctoritatem/ & fœlicitatem. Quis enim ubi agitur de bello prudentius diſſerit? quin quum res geſtæ ſunt cum acerrimis hoſtibus/ qua arte/ quo conſilio/ quibus uiis/ qua prudentia & ſcientia milites uictoriam conſecuti ſunt/ niſi tuæ? uirtutes quas in te eſſe ſitas cernimus/ non huma- nas modo ſed diuinas/ ut de his ſileam/ quibus plurimi gloriantur laboribus pro Republica & imperio/ fortitudine in periculis/ induſtria in rebus agen dis/ conſilio/ & prouidentia/ per quæ omnia emines. uerum ad altiora cæli ꝓ ximior accedis. Quantos erga Deum immortalem cultus exerces? Quan- tas res graues pietate perpendis? a qua non diuitiæ/ non priuata commoda/ non honores/ non noua regna diuellere poſſunt. Ideo non mirum eſt ſi tuas res Deus fœlicitat. quod Deus odit/ profanum eſt. quod amat/ ſanctum. re- formidant mehercle inimici & hoſtes tui neſcio quid ſupra humanum/ quod in te lucet. Nomen tuum diffuſum per omnes mundi partes ita reges temo- tiſſimi uenerantur/ ut uelut ſentiant numen. Quoties uidimus fortunam perinde ac ad tuos pedes pediſſequam? Quoties res/ quæ erant in maximo diſcrimine conſtitutæ/ uidimus emerſiſſe ad inſperatam fœlicitatem? Quis crederet terra mariq; periculoſiſſima bella/ & cum potentiſſimis geſta regi- bus eum conſecuta exitum fuiſſe? uictoriaſq; innumeras adeptas/ niſi prius tuam contemplaretur fœlicitatem? Cuius ductu cuncta in imperio tuo ſecũ dis peraguntur uentis. Multi ſunt infimæ ſortis homines ſub unius fœliciſſi mi protectione/ magnaſq; conſecuntur commoditates. ita longe lateq; pro- pagari imperium credimus/ quamdiu ſub tuo fœliciſſimo ſceptro conſiſtet. conſiſtere autem per longiſſima tempora certiſſime exiſtimamus. Nam bo- ni imperatoris uitam curæ Deo eſſe haud dubitamus. Vicit Theodoſius im perator iniquiſſimos hoſtes/ quia manus imperatoris Dei tam prope aderat/ ut etiam uenti magno turbine obſecũdarint. proinde coniicere licet nullam alicubi prouenire uictoriam ſine immortalis Dei nutu. Iccirco debet Chriſtia nus imperator non modo inclytus uideri/ ſed ſtudere inter mortales eẽ opti mus/ & præcipue apud maieſtatem retinere faſtigium in rebus humanis ſacram militiam qua ſalua cunctas res imperii Romani integras fore non du

Moſis aucto ritas.
Themiſtoclis auctoritas.
Annibalis au ctoritas.
Profanum.
Sanctum.
Bonus impe rator Deo cu ræ eſt.
Theodoſius imperator.
Victoria nõ ſine dei nutu

Militiæ ſacræ integritas.

bitamus. Integritas autem ſacræ militiæ utiq; conſtat tum ex parte imperatoris, tum ex militum ſtudio. unam iam ſpectamus ſolidam & perfecta uirtute conſtantem. alterã tuæ curæ eſſe dicimus Cæſar Carole ut milites chriſtiani nominis ita componas reformeſq;, ut tibi animoq; tuo & moribus correſpondeant probe. debes Cæſar moderari perinde ac periti Gubernatores nauium ad undarum incurſum firmiter obſiſtendo tum cedendo, tum ſubmilitando. quum milites eas fuerint conſecuti uirtutes quas tu per te conſecutus es, tunc ſplendor fortiſſimæ militiæ apparebit. tunc innumeræ ſubſequentur uictoriæ. non habebit Turcanicus furor quo contra nos præualeat. fortitudo uera in illis apparet qui bene ſunt in ſacra militia aſſueti. olim priſci Romani quia ueræ militiæ erant ſtudioſi, hoc ſibi aſciuere peculiare fortia facere, & pati fortia. ſic illi priſci patres paruo militum numero freti ſacræ militiæ uiribus ingentes copias profligabant. an deſedit Abrahamus Chananeæ terræ incola ad Aſſyriorum incurſus? Qui collectis ex omni familia robuſtiſſimis ad Iordanis fontem hoſtes adortus, uictoriam amiſit? Dauid adoleſcens admodum ſacra militia auctus quum nemo ex prouocatione auderet cum Golia gigante Philiſteæ gentis uno cõgredi, detractauit pugnam? An conticeam Iudam Machabei filium qui paucis copiis munitior plures ſuperauit, quã cæteri iudeorum duces? Quantum in ſacra militia Rolandi uirtus emineat, fides eſt de illo mille fortitudinis edita exempla. & quamuis multa fabulis ꝑpiora uulgo referantur, tamẽ non dubium eſt quin huius nobiliſſima militia Caroli cognomento Magni gloriam & fœlicitatem auxerit. uis Cæſar militiam tuam efficere ſacram, ut dixi, ut repetam, certatores habeas fortes, prudentes, continentes, qui ſuis acquieſcant ſtipendiis. propulſa e caſtris tuis nefanda uitia, blaſphemias, turpitudines, molles uiros, ſcorta maſculina, dolos, & furta. Ingere inde æmulationes uirtutũ. præpone præmia fortioribus. Inſtitue iaculationes, curſus, concertationes, paleſtram, ad palum exercitamenta. & præcipue certis diebus ſtata ſacra celebra. & Deo matutinis horis ſuper aras imponantur honores. Quid enim operari poteſt militare robur niſi propitium ſpectet e cœlo numen, quod eſt ſummum in natura bonum, & abſolutum, & perfectum, & totius naturæ principium? Valeant illi qui exercent impia arma, qui cum furore cuncta tentant, qui in contemptum numinũ ſine religione aliqua res omnis promiſcue uoluunt, qui in Deos dira iaculantur uerba. Nos tura imponimus aris Cæſar optime, ꝙ talem nacti ſumus imperatorem, qui omne a ſe propulſat ſcelus, qui omnium uirtutum radios emittit, qui tanto prudẽtia, iuſticia, clemẽtia cõtinẽtiaq; maior eſt oĩbus mortalibꝰ, quãto dignitas cæteris illuſtrior. noſce locũ quẽ obtines Cæſar. redde locatum loco dignũ, & ita effice ut cæteri, qui militiam ſequuntur, ſe tibi effingant ſimiles, tu uero Deo. an aliud illa ſumma mens effundit a ſe, ꝗ miſericordiam, ꝗ immenſam bonitatem. Sic animum compone tuum. prouincias, populos, urbes, & loca omnia, quæ poſſides, conſperge tua bonitate, demereteq; amantiſſimis beneficiis. Tuam adæqua uoluntatem cum eccleſia. Quicquid enim hæc decreto patrum ſancit, tene, animoq; hauri. hæreſes & quæ Lutheri euomunt

Fortia facere & fortia pati

Abrahamus

Dauit rex. Golias gigas

Iudas machabei filius.

Rolãdꝰ caroli

Impaᵗor vt victor ſit.

Carolus imperator.

munt impii a tuo ſacro ſancto pectore pelle. Tot filios creaſſe Romana
eccleſia gaudet. Te imprimis tegem regum & ſanctum imperatorem, in- Franciſcus
de Chriſtianiſſimum regem Galliarum, & sereniſſimos Angliæ & Luſita- Rex Gallia-
niæ reges. neq; ſileam diuinum iuuenem Ferdinãdum Romanorum regem rum.
Vngariæ, & Boemiæ tuum dilectiſſimum fratrem. Adde meum inclytum Henric⁹ Rex angliæ.
Franciſcum Sfortiam, & Sabaudiæ ducem. Hi omnes Lutheranæ inſaniæ Emanuel
non adhæſerunt. ſed mente præſtantes catholica ſe ſe omnibus uiribus op Rex luſita-
poſuere. Ad te Cæſar ſpectat hæc diſcutere, aureatumq; e uagina enſem eri- niæ. Ferdinand⁹
pere pro eccleſia Romana, & iſtos comprimere expuentes uenena. ad te auguſtus.
quoq; ſpectat cæteros reges tecum una in amicitia amplecti pro bono pu Fráciſcus ſf. Dux ſab-
blico. Tunc enim erit uera tibi ſacra militia quando hi omnes Chri- audiæ.
ſtiani nominis reges circundabunt latus tuum, & tua ſequentur ue-
ſtigia. Tunc beatæ prouinciæ, tunc ſæcula erunt aurea. Nam uo-
bis diſſidentibus atrocia nobis & crudelia pati neceſſe eſt. Q uid enim
peius, quam tranquillos hominum ſtatus commutari in diſcordiam?
nihil ſane mortalibus funeſtius ac deterius contingere poteſt. Tunc e-
nim diripiuntur urbes. oppida, & rura deſeruntur. incendia paſſim
fiunt, rapinæ, cædes, adulteria. ſtuprantur uirgines. dehoneſtantur
ephœbi. omne nefas committitur. iuſq; paſſim in ſcelus abit. Hæ tibi
Cæſar erunt artes in ſacra militia excolendæ, ut uera in eccleſia fides ex-
colatur, amicitia inter Principes & Reges celebretur, iuſticia paſſim
reluceat integra, rerum copia conſeruetur, itinera tuta fiant, milites
coherceantur ſacræ inſtitutis militiæ, & tyrones ea condiſcant, quæ ad
optimos concertatores pertinere ſtatuta ſunt. Neq; ultima laus eſt ſcire
inſtruere adoleſcentes ad ſacram militiam & exercere iuuenes ad tra-
ctanda arma. non alio maiori ſtudio Romani Gentes omnes uicere, Militaris ex-
quam armorum exercitatione. exercitatio autem quantum a teneris annis ercitatio.
habita ualeat, teſtis eſt totus orbis, qui uirtute armorum a Romanis
uictus eſt. ii uero non multitudine, non opibus, ſed ſumma arte mi-
litari undiq; triumphos adepti ſunt. Tyrones probabant a fortitudine cor- Tyrones.
poris ex his populis, qui ad ſeptemtrionalem plagam uergunt, quia a Milites ſeptẽtrionales.
ſolis æſtu remoti ſunt, & cæli ſunt regionem temperatiorem nacti. re-
dundantes enim largo ſanguine ad bella capeſcenda ſunt aptiores. Con- Milites oriẽ
tra in locis ſole æſtuantibus homines minus ſanguinis habentes non li- tales.
benter pugnant. Ex agris magis utiliores tyrones ad bellum ali certum eſt. Milites ex a-
quia hoc genus ſæpe ſub diuo & in labore aſſuetum, ſolis & umbræ negli- gris.
gens, balneorum delitiarumq; ignarum, paruis contentum, & ad tolleran-
dos labores aſſuetum. olim idem bellator idem agricola habebatur. is minus
timet mortem, qui minus delitiarum nouit in uita. proceritatem tyronũ Ma- Militis ſtatu
rius malebat. ſed non tamen ſtaturæ ratione conuenit habere, quã uiriũ. Ty- ra & pceritas
deus enĩ apud Homerũ paruus quidẽ corpore erat. ſed fortior animus præ- Tydeus.
cellebat. Sit tñ is quacũq; formatus ſtatura adoleſcẽs, q ad ſacrã militiã dpu-
tãdus ẽ uigilãtib⁹ oculis, erecta ceruice, lato pectore, hũeris muſculoſis, Militis deſcri
ualẽtibus digitis, largiorib⁹ brachiis, uẽtre modicus, exilior cruribus. putat ptio.

Vegetius piſcatores/aucupes/dulciarios/linteones/& his ſimiles e caſtris eſſe pellendos. At fabros ferrarios/carpentarios/macellarios/ceruorum aꝑrumq; uenatores conuenit ſociare militiæ. Cæterum quocũq; hominum genere/quocunq; cælo/quacunq; forma aſpectuq;/quacunq; conditione inſima/rureſtri/nobili/Tyrones habeas/imprimis eorum animi tentãdi ſũt/an habeant confidentiam militarem. pleriq; quamuis cuncta habeant tamen experimentis comprobantur indigni propterea ꝙ in omni conflictu nõ tam prodeſt multitudo quã uirtus. exercendi ſunt Tyrones in omni armorum genere ad miſſilia iaculanda/ſagittaſq; emittendas. ita fient idonei ut ad illud quod feriendum eſt oculus pariter & animus conſentiat. Pondus quoq; baiulare uſq; lx. libras. & iter facere gradu militari frequentiſſime cogendi ſunt. iuniores imprimis in munitione caſtrorum debent condiſcere. nil tam ſalutare tam neceſſarium reperitur in bello. quippe ſi recte ſita ſunt caſtra intra uallum ſecuri milites dies noctesq; degere poſſent/etiam ſi hoſtis obſideat/quaſi muratam ciuitatem uideãtur ſecum ubiq; portare. ſed tuto ſemper facienda ſunt loco/ubi lignorũ/pabuli/aquæ ſuppetat copia. nec refert quacunq; forma quadrata an trigona conſtituantur/dummodo locus requirat.

Caſtra rite ſita.

Ordines in militia.

Conſtitutis caſtris nihil magis prodeſſe conſtat/quã ut aſſiduo exercitio milites in acie cunctos ordines indeſinenter obſeruent ne ultra magis/q̃ expedit aut conglobent agmen/aut laxent. ſæpe nimium cõſtipati perdunt ſpatia pugnandi & ſibi inuicẽ ĩpedimento ſunt. De militia ueteri sereniſſime Cæſar pauca noſtris temporibus obſeruantur. ſicut cæteræ res/ita & militia in deſuetudinem cadit. ſed te hæc manet gloria Cæſar/ut omnia reducas ad ſplendorem ſacræ militiæ expurgatis caſtris uitio blaſphemiæ & omni ſpurcitia/qua numina abeſſe coguntur. datis iure ſacramentis ita inſtituantur milites/ut ſub nomine chriſti militiam agant. Ideo præualent Turcæ hoſtes eccleſiæ ſanctæ/quia milites noſtri continuo ore polluto in contemptum Cæli & terræ nomen chriſti & uirginis Deiparæ blaſphemant. Tempore diui Conſtantini ceptum eſt chriſti nomen contra hoſtes inuocari/& innumeras habebant uictorias. & (ut refert Vegetius) iurabant p Deum in ſacramento militari/& per chriſtum/& p ſpiritum ſanctum/& p maieſtatem imperatoris/quæ ſecundum Deum generi humano diligenda eſt & colenda. nam (ut inquit Vegetius) imperatori quum Auguſti nomen accepit/tanquã præſenti & corporali Deo fidelis eſt præſtanda deuotio. Iurabant ergo milites omnia ſe ſtrenue facturos quæ præcipiebat imperator/nunq̃ deſerturos militiam/nec mortem recuſaturos pro Romana Rep. Hæc eadem facienda te auctore Cæſar. Sed imprimis ut tui milites iurent abſtenturos a blaſphemia/a ſpurcitia uitiorum/a latrociniis/atq; tantum ſuis acquieturos ſtipendiis. hic reducentur ueterum Romanorum legiões/quæ ſanctis informatæ moribus in hoſtem ꝑcedentes nunq̃ ſine uictoria retorquebant ueſtigia. Tanta in illis erat ſacræ militiæ obſeruatio/tanta præliandi ars & fiducia/ut duæ legiones ad quoduis grauiſſimum bellum ſufficere poſſe crederentur. Ideo ueteres illi inuictam conſeruabant Remp. propterea ꝙ uolebant omnes certatores ſacræ militiæ præcepta colere. Quiſq; quod oportet fieri/rite norat/quod

Chriſti nomen inuocandum.

Sacramentũ militare.

Imperatoris maieſtas.

Legiões due.

Militaria officia.

officium

officiũ p̄fecti legionis/quod p̄fecti caſtrorũ/quod fabrorũ/quod & Tribuni militũ. Illud imprimis ueteres pro maximo præſidio habebant ut commiſſa pugna milites grauis armaturæ ſtarent parati/ut ſi quando certatores referre pedem cogerentur/haberent quo ſe tueri poſſent. Mirum ordo cuſtoditus quantum uirtutis in bello habet/quantum rei frumentariæ curare ante tempus iuuet. Quanto ſtudio debet exercitus ſanitas cuſtodiri/præcauereq; ubi/quo exercitio/quo pabulo alatur/ne militiæ deſiderẽtur medicinæ. ita dari continuo operam ne milites in ſeditionem currant. In traiecendis fluminibus mutandiſq; caſtris non parua conſideratio eſt. Imprimis ante cuncta præuidẽda & locum ſi futurum eſt prælium/ducem noſſe cõuenit/quãdo primum auxilium capi neceſſum eſt e loco/qui tãto utilior iudicat̃/quãto eminentior. unde in ſubiectos hoſtes tela proiecta maiorem uim inferant. & ii qui aduerſo nituntur cliuo duplicem ſubeunt laborem cum loco & cũ hoſte/uerum ſi uictoriæ ſpes tibi in tuis peditibus collocatur/cõtra equites hoſtium debes loca aſpera/inæqualia/montuoſa eligere. ſi uero d equitibus tuis fiduciam habes cõtra hoſtium pedites paulo editiora loca eligas/ſed plana/atq; patentia neq; ſiluis neq; paludibus impedita. & in ordinanda acie ex ueterum inſtitutis tria perſpiciuntur. ſol/puluis/uentus/ut hæc occipitium noſtrum percutiant non oculos. acies uero exercitus qui inſtructus eſt in frõte contra hoſtes debet habere optimos bellatores & expertos peditum principes/qui omnem militiæ peritiam teneant. Inde in cornibus ualidiſſimos equites ſolent ſagaciſſimi ductores oportunum interdum capere prælium ex improuiſo inuadentes/quum hoſtes aut itineribus ſunt fatigati/aut in fluminum tranſgreſſione diuiſi/uel in paludibus occupati/uel in iugis montiũ laborantes/in campis ſparſi & ſecuri uagantes/aut in manſione dormientes. ſi uero circunſeſſi anguſtis locis hoſtes/ne ex deſperatione creſcat audacia/utemur Scipionis ſententia/qui dixit uiam hoſtibus/qua fugerent/non eſſe muniendam. patefacto enim abſcedendi aditu omnes fugam conſpiciunt/fugientes more pecudum trucidari poſſunt. Cæterum Dux callidus ſi pars ſui exercitus fugam corripuerit/non debet animo frangi. fortis ille eſt quem aduerſa non perturbant/ſed maiori audacia obnititur. reuocet ſi poterit fugientes. ad proximos ſe reducat colles. clamore & buccinis & tubis oſtendat ſpem redeundi ad uictoriam. ſæpe in reparatione mulris non defuit fortuna. bellorum euentus & humanæ ſortis ſemper uarius. ſæpe exultantibus maius ſolet aduenire diſcrimen. ſed quocunq; caſu recolligẽdi ſunt ſuperſtites/bello reſumendo erigendi congruis adhortationibus/& armorum inſtauratione refouendi. Tunc noui delectus/noua quærenda ſunt auxilia. ſæpe iuuat in ea uictorum ſecuritate captatis occaſionibus per occultas inſidias impetum facere. ſolent incautius agere mentes humanæ in ſecundis fortunæ rebus. uerũ in oĩbus bellis illa tibi axiomata præpone. quod aduerſario prodeſt/tibi ſemp obeſſe. neq; concedas q̃ ille ſuo arbitrio ue[...] in bello qui plus in uariis laboribus ſe exercet/minus periculi adibit. mi[...] ptimarios in aciem non producas/niſi prius experimenta eorum ca[...] Melius Cæſar hoſtes inopia aut terrore frangere/quam prælio ex[...]

Milites grauis armaturæ
Ordo cuſtoditus.
Exercitus ſanitas.
Militaris ſeditio.
Fluminis trã ſitus.
Locus præliandi.
Aciei ordinãdæ quæ.
Hoſtes ex improuiſo.
Hoſtib⁹ uia facienda.
Fugiẽtes hoſtes.
Bellorum euentus.
Victus qd.

Fortuna in bello. Consilia hostis ignotum. Occasio in prælio. Transfugæ. Virtus plusquam multitudo. Locus plus uirtute. Industria quã natura. Exercitus ocio & neglectu. Dimicandũ quando. Hosté sequens inconsulto. Militia uet⁹ abolita. Bombardæ. Falconetum. Spingarda. Canonum. Colubrina. Serpentina. Sclopetum. Archibusiũ. Machinæ ueterum neglectui. Arma ueterum. Milites nõ cõ sordidi.

in quo fortuna ſæpe iocatur. nulla meliora ſunt cõſilia/quã ea quæ antequã facta ſint/hoſtis ſcire non potuit. ſæpe oblata occaſio in prælio plus ualet/ꝙ uirtus. Nulla maior fiducia uincendi/quã in ſollicitandis tranſfugis. plus uaſtãt milites tráſfugæ/quã perẽpti. plus uirt⁹/quã multitudo ſolet adiuuare. interdũ locus plus prodeſt/quã uirtus. plures induſtria fortes/quã natura reddit. nulla re plus deperit exercitus/quã ocio & neglectu. non committas manuſq; conſeras/niſi uideris exercitũ ſperare uictoriã. qui inconſulto inſequitur/hoſtibus uictoriã portat. quiqꝫ ante pro exercitu neceſſaria nõ parat/ſine ferro uincitur. ſed quid ego hæc refero/quũ cõſidero ꝙ pauca ſuperſunt de ueteri militia: nõ poſſum nõ dolere. Cunctæ res/quæ ad bellũ ſpectãt uidentur noſtris tẽporibus nouã induiſſe faciẽ. In defendẽdis atq; muniendis urbibus atq; abſcidendis/alio & alio noſtri procedũt ductu. ſum qñq; miratus unde eſt/ꝙ uetus militia penitus abolita eſt. nõ ille legionũ ordo/nõ obſeruatio/nõ ea maturitas/nõ ea fiducia/nõ ea fides/nõ eadẽ acierum inſtructio. puto nõ alio hæc mutata infortunio/quã unius inuẽtu æneæ machinæ/quã nři appellãt Bõbardã a bõbo ſonitu. Inde ex hoc genere maiora/& minora/& longiora iſtrumẽta/ex ferro/& ex ære/quæ igne/& puluere ſulphureo cõflata tremẽdũ cũ ferrea pila emittũt ſonitũ. uulgo falconetũ dicimus/ſpingardã/canonũ/colubrinã/ſerpentinã/& minora humeris apta ſcloperũ & archibuſiũ. quibus nõ alios citabo reptores/quã ſagaciſſima dæmonũ ingenia ad pniciẽ humani generis. Tantũ hæc in belli uſum a noſtris congruũtur/ut cæteræ ueterũ machinæ neglectui habeanť. Nihil iã cũ ariete/falce/teſtudine/pluteis/uineis/muſculis/cæteriſq; quibus priſci bellatores tanto pere utebanť. Hanc ob rẽ nunc bella nõ ferro agitanť/ſed igne. non comin⁹ enſibus/pilis/lanceis. ſed eminus ac longe emiſſis e ferro pilulis homĩes interficiuntur. & ꝙ deturpat omnẽ ſacrã militiã/eſt quod ſordidiſſimũ hoĩm genus exercet nunc bellũ. nobilitas & uiri illuſtres/quibus olim erat decori militia/deſiuêre nunc arma tractare/quando neq; uiribus/neq; ingenio/neq; iduſtria/neq; arte aduerſũ unius fuſilis ænei & quidẽ puſilli/furorẽ præualere poſſunt. uno de repente ictu miſeri mortales cadunt. Cæterũ quia imperiũ Romanũ/quod ab initio armorũ uirtute creuit/nõ poteſt ſine militari induſtria cõſiſtere/curandũ eſt sereniſſime Cæſar oĩbus uiribus ut ſacra ſuſtineatur militia tum terra/tum mari. ne inimici crucis Chriſti nobis præualeant/retinendus ſemper eſt belli ſtatus. copiæ terreſtres etiam pacis tempore conſcribantur/& continuis induſtriis exerceantur. olim Romanus populus pro decore magnitudinis ſuæ claſſem/ut ſi qua neceſſitas alicunde emergeret/qua uis fieret/paratam ſemper habebat. non facile quiuis in alterum infert iniuriam/quem uidet promptum ad reſiſtendum/uindicandumq;. Iccirco tui Romani Cæſar olim apud Miſenum & Rauẽnam ſingulas legiones cum claſſibus tenebant/ut quum ratio poſceret/in omnes mũdi par[te]s ſuccurrere poſſent. nam Miſenatium claſſis Galliam/Hiſpaniam/Mau[rita]niam/Aphricam/Aegyptum/Sardiniam/Siciliam in proximo habebat. [Clas]ſis uero Rauẽnatium Epyron/Macedoniam/Achaiam/Propontidẽ/[...]m/Cretam/Cyprum cuſtodiebat. id ſumma ratione faciebant/propterea

Exercitus & pacis tẽpore. Claſſem ro[...]

ꝑterea ꝙ in rebus bellicis plus ſolet celeritas prodeſſe/quã uirtus. Ideo paratos illi nauarchos habebant/ſicut neceſſe eſt Cæſar ut nunc habeas/& naues bellicas/& liburnas/& machinas/& tormenta. Crudelior quandoqꝫ in aquis/quã in terra conflictus accidit. ſed præcipue tibi illud inuicte Cæſar robur ineſſe debet bellicum/ex Italo/Germanico/Hiſpanico. non ſunt aliæ nationes/quæ his uirtute armorum & fortitudine reſiſtere poſſint. Ad hæc neceſſe eſt habeas equorum parata equitia/& magiſtros & equiſones in diuerſis locis. ſed præſertim in Apulia/& Calabria/ut quũ uis accidat explicatis copiis cohortibuſqꝫ inſtruẽdis/habeas paratos equos & optimos/qbus ſtrenuiſſimos tuos & principes & milites condonare poſſis. Tum illud foret curæ optimũ mittere idoneos/qui ſciant cognoſcere & eligere equos. nõ enim infima laus eſt in re bellica hæc ex arte percallere. ſcribit Plato in dialogo de pulchro ꝙ ille eſt excellens ſi eſt ſpecie tectus/articulatim diſtinctus/ardua ceruice/aquilinis naribus/nitido colore/nigris oculis/palmæ cupidus/nullis ſtimulis indigens ſed ſola cohortatione regitur. At ignauus intort⁹ eſt/& multiplex/temereqꝫ delatus/rigẽti & dura ceruice/demiſſo collo/ſimo uultu/fuſæ colore/oculis cæſiis/ſanguieqꝫ ſuffuſus/moroſus & cõtumax/hirſutis aurib⁹ atqꝫ ſurdis/uix flagellis ſtimuliſqꝫ obtemperãs. Hæc ego apud diuũ Maximilianũ Cæſarẽ perdidici/ut nõ magis ſim Hieronymus/quã Philippus. An quicquã debet præterire in ſacra militia eos/qui exercitus alunt? nedum ſola equorum ſit electio/ſed adoleſcentium/qui ſint idonei/quiue magis apti ut militiæ aſcribantur. atqꝫ ii in Gymnaſiis pugnare utriqꝫ cum alteris perdiſcant. per eam enim exercitationem non ſolum corporis habitus robuſtus acquiritur/ſed animi uigor. non poteſt dici quantum/ipſa militaris peritia in bello ualeat. Excellit Italus miles iudicio meo iter omnes in his perdiſcendis dexteritate corporis/animi promptitudine/calliditate ingenii. Ex Italis optimi ductores copiarum fiunt. foretqꝫ Italia per eos ab omnibus externis armis tuta/ſi conſulerent patriæ/niſi in diuerſas factiores abirent. Hinc noſtri cauſa mali. hinc furores in Italia frequentes/urbiumqꝫ excidia/& perturbationes. utinam Cæſar imperii maieſtatis ſedem in Italia uel Romæ in præſentia teneret. reſurgeret uirtus Italica/& illa Romanorum gloria reuiuiſceret. non deſunt iuuenes/non ingenia militaria/non opes/non deeſſent magiſtri/qui omnia quæ ad ſacram militiam pertinent/in publicis & priuatis locis edocerent. quibus modis ponenda caſtra/quo uallo & foſſis muni enda/quo hoſtium itinera & conſilia capiamus/quæ loca uictui & ſalubritati militum/quæ arma/quæ inſtrumenta cuiqꝫ militum conueniant/quibus apud ueteres nominibus/quibus apud nos his temporibus appellentur. quid nam ſit galea/quid thorax/lorica/clypeus/ſcutum/parma/ocrea/tragula/gladius/uerrutum/pilum/pugio/ſcorpius/lancea/falces/bipennes/framea/uenabulum/ſariſſæ/& alia quæ in ueterum libris reperiuntur. & quamuis hæc ad militiam conueniant/eſt tamen unum aliud inſtrumentum & occultum/quod ſupra cætera parit uictoriã. Hoc tibi potiſſimũ Cæſar acqrendũ eſt/hoc oibus habẽdũ.

Celeritas in bello.
Nauarchæ & Naues bellicæ.
Cõflictus in aquis.
Nationes q bonos milites.
Equi bõi deſcriptio.
Equi Ignaui deſcriptio
Hiero. factũ nomen.
Philippus amator equorum.
Electio adoleſcentium i militia.
Miles exercitatus.
Militaris peritia.
Miles italus.
Factiones oim malorũ
Militaris ſcientia.
Arma antiqua & noua
Victoria quo maxie.

ſine quo neq; uictoria potiri poſſumus/neq; Turcaīcas copias uincere. Hoc
ſancto e cælo pendet. hoc ab imortali Deo/a quo bona cūcta procedūt/da/
tur. neq; quiſquā ſibi perſuadeat illud ꝙ quidam inſulſi aiunt/ milites Deo
Qui miles deo placet. placere non poſſe. utiq; milites Deo placere poſſunt ſi in ſacra prius mi/
litia inſtruantur/ſi bellum ex iuſta cauſa ſumatur. ſcribit eni diuus Au/
guſtinus ad Bonifacium imperatorem. deus apertis cælis reſpicit terram/&
ubi uidet iuſticiam/iuſtamq; belli cauſam/dat uictoriam. Cauſa iuſta eſt ut
Imperatori non dolo agere. conſeruetur fides xp̄i/ut patria defendatᷣ/ut pax populo retineatᷣ. ſi qs do/
lo malo bellū excitat perturbatq; pacem/haud diutius gaudere pōt. nā do/
Imperatori fidem non fallere. lo agere/& fidē fallere/ nullo pacto imperatori licet. uincere uirtute armorū
nobiliſſimum eſt. ſequitur fortitudo iuſticiam. Qui iuſta bella tenent/opta/
Imperator deum. tū conſequuntᷣ finē. nihil ille agit ſine ratione in bello/qui inſtrumentū di/
uinū ſibi præponit fore auxilio. Ideo Dei nomē nunquā a milite blaſphemā/
dū eſt/ſed continuo benedicendū. Ipſū quoq; impatorē præcipue numē in
Milites pro imperatore. ſuo pectore ſemp gerere dcet. Cū eo ſecreto alloqui. ab eo cōſiliū petere. Tū
ille is uerus eſt impator ꝓ quo nō debent milites oūcta non ſubire pericula.
Tūc milites fortes/magnanimi/ſtrenuiq; habentᷣ/quū ad iuſſum ſtati impe
Coronæ militares variæ ratoris præſto ſunt. hinc eſt antiqtatis more uarias eē militibus coronas præ/
ſcriptas/uallarē/muralē/ciuicā/triūphalē/grāmieāq;. ꝓpterea ꝙ ea perage/
Corona Caroli imperatoris. bant/quæ ad gloriā impatoris & Rep. erant. uere dixit ille. nō coronabitᷣ niſi
q legitime certauerit. Te Cæſar maiora manētᷣ/quā ſit corona triūphalis. Ti
Ferdinādus Romanorū rex. bi in cælo poſt pactā uitā deſignatus eſt locus ob ea/quæ tā mirifice & pro
xp̄i fide/& ꝓ eccleſia Romana laboras. Tu & ſereniſſimus frater tuus Ro/
Imperator unus, Pōtifex un⁹. Deus vnus ſolus. manorū rex/duo lumina chriſtianæ Reip. bn̄ nūc agitᷣ cū chriſtiana repu. ꝙ
te unicū Cæſar impatorē cernimus oībus impatoriis uirtutibus præditū. ſi/
cut unus eſt ſolus Deus/ita unus in terra debet eſſe impator/& unus ſolus
Carolus imperator. ſūmus pontifex in eccleſia chriſtiana. ſicut in uno quoq; genere cōuenit eſſe
primariū ad ꝙ oīa referantᷣ/qualiter oīa mēbra ad cor ipſū dirigūtᷣ. Iuſtus
ꝙ es Cæſar & boni tenax ꝓpoſiti/hoc te inter diuos referet. ꝙ certas/ꝙ defē
dis/ꝙ hoſtes uincis/ꝙ ignoſcis/ꝙ pacem amas/maximū eſt. ſed multo ma/
ius ꝙ nūquā a chriſto abis remotus. Imperator es non ſolū armorum/nō ſo
lū gentiū/prouinciarū/urbiū/militū/ſed uirtutū. Maxima illi tibi & fortūæ
& prudentiæ tuæ datur laus/ꝙ in tātis bellis nūquā paſſus es in caſtris ſedi
Victoriam tria pariunt. tionē. Neq; tibi deerit de hoſtibus uictoria Cæſar ob ea quæ facis & ſancte
cuſtodis. Etſi tria ſunt quæ uictoriā pariāt uirtus imperatoris/militū peri/
tia/pecuniarū magna copia/quæ oīa uberrime tibi ſuppetunt/tamen eſt ne/
ſcio quid aliud a conſpectu mortalium remotum/ꝙ omnia quæ auſpicaris
tibi ſecundiora præbet/atq; multo melioribus ſucceſſibus/quam exiſtimari
potuerit. & quod maximam admirationem facit/ꝙ quum multi & plurimi
& fortaſſis maior pars militum tuorum maximis coinquinētur ſceleribus/
multaq; mala egerint paſſim/& agant/rapinis/furtis/latrociniis/blaſphemi
Caroli deus victoriam. is/uiolationibus/inceſtibus ꝑditi. nondum enim ad legitimam ſacræ militiæ
lineam omnes a te reducti ſunt/tamen Deus ob te ſolum/ob tuæ mentis de
creta ſancta nobis dat uictoriam & ſuſtinet multa. diuinum numen ſcelera

hominum

hominum ſimulat ob paucos. Hæc tua ergo pietas animiq; candor/ uelut ſe nobis offert ſcutum contra Dei eminentem iram. Imples tua bonitate cun/ cta & nunc uniuerſa per te ſaluãtur. ſperamus ob fortunam tuam quicquid contra nos perſidus molitur Turca/ retro relabi. non enim multitudo uicto/ riam pollicetur ſed fœlicitas imperatoris/ & fortitudo certatorum. de fœlici/ tate tua non dubitamus. Quid enim tua cogitauit mens quod maiora non fueris fortius? bellatorum uero tuorum fortitudo tunc fiet inuicta/ quum ſe tuis illi conformabunt moribus. non enim cum uera religione ſuperſtitio cõ/ mune quicq̃ habet/ neq; cum fide perfidia/ cum pietate crudelitas/ cum ueri tate mendacium/ cum optimo imperatore improbi milites. Proinde Sereniſ/ ſime Cæſar da operam ut milites omnes tui ad ueram & ſacram militiam con uertantur. nihil illis deeſt niſi cuſtodia ſacræ militiæ. quum latrociniis abſti/ nent/ quum uetita intacta relinquunt/ quum Cæli obſeruant numen/ quum militari ſacramento præſtant/ quum a blaſphemiis abhorrent/ quum pro iu ſticia & fide pugnãt/ quum ſuis acquieſcunt ſtipendiis/ quum pro patria/ & ſtudio ueræ gloriæ laborant/ tunc uerã poteris ſperare uictoriam. tunc mili/ tes in ordinem diſpone tuos. ſcribe uexilliferos/ inſtrue cohortes. legiones/ equites/ cataphractos/ uelites quouis modo diſpone & habe/ omnino uicto ria tua eſt. Tunc ſedere uere altius poteris inter ſeptem Germaniæ proceres tres illos Illuſtriſſimos & Reuerendiſſimos Antiſtites Manguntinum/ Treuerenſem/ Agrippinenſem/ & inter quatuor illos heroas ſapientiſſimos Principes Brandeburgenſem/ Palatinum/ Rhenenſem/ Saxonium. Tũc ue re auream poteris capere coronam/ tũc aureum manibus gerere pomum/ in quo Aſiæ/ Aphricæ/ & Europæ inſit breuis deſcriptio/ & in medio ſit crux aurea ſita. Tũc uerte arma in cõmunẽ hoſtem/ & erunt parti quacũq; uexil la uolueris triumphi tibi. Hoc cæli/ hoc uates/ hoc ſacra militia ſpondet. Nã quamdiu in hoc præſenti ſcelerato militandi inſtituto noſtri milites perſeue/ rant/ nunq̃ de Turcis uictoriam conſequemur. non milites ſed latrones/ nõ certatores ſed inſidiatores/ non bellatores ſed uiolatores/ blaſphematores/ corruptores/ ſtupratores/ nobis appellare liceat. Quid enim poteſt dici peius aut excogitari/ q̃ quod is proximis annis in Inſubria perpetrarint? an flagitium/ an ſcelus ullum a condito æuo dæmonum induſtria confictum eſt/ quod ii non exercuerint/ non auxerint? Sperabamus hæc aurea uidere ſæcula & uidimus omnium rerum in hanc miſeram patriam omnes conie/ ctas calamitates. Paucis ante annis cuncti exoptabamus Cæſaris nomen/ & poſtq̃ tui huc aduexere nomen expulſis hoſtibus/ & ducem noſtrum huma niſſimum Franciſcum Sfortiam ſecundum tãto honoris apparatu intra mœ nia recœperimus. Quo poſtmodũ a tuis expulſo/ quid hic nõ paſſi ſumus? Quæ pericula abfuerunt? Quod ſcelus non introductum? Memorem ne extorſiones/ an rapinas/ an urbium incendia/ inceſtus/ ſtupra/ ſacrarũ ædiũ profanationes/ an crudelia mandata? & ad primum mandatum/ quæ miſe/ rorum ciuium obſequia/ & quod iuſſum erat ſubito uolebant/ etiam lac gal linaceum. & tamen antea pro tua maieſtate/ pro principe noſtro/ qui tuæ cel ſitudini addictus eſt/ legitime certauimus. Tot ſubiuimus labores/ diſpen/

Militum fortitudo inuicta.
Superſtitio cũ religione.
Milites ſint.
Vexill ferï.
Cohortes.
Legiones.
Cataphracti equites.
Velites.
Electores imperii ſeptem.
Imperiale ſceptrum.
Milites præſentes.
Franciſcus ii. dux recept⁹.
Militum Cæſaris admiſſa
Lac Gallinaceum.

dia/pericula/ut uictoriam conſequereris. Quot nobiles quod illuſtres uiri ſuomet Marte & impenſis pro ſacro imperii nomine bella geſſere/ expulim⁹ hoſtem. defenſa eſt Ciuitas. in aperto ſtructa acie fortiter ſtetimus. fuimus uictoriæ & gloriæ participes. quid in agro Alexandrino geſſerit inclytus Gaſpar Maynus uir & armis & ingenio pollens/ & antiquo ſtemmate clarus/ & uirtute propria Illuſtris nobis cōpater amantiſſimus/ inter Ouilias & Caſtellatium? nempe omnibus manifeſtum eſt. fuit namq; incredibilis/ & quaſi uictoria ope diuina parta. Is enim uix quadringentis militibus & cum paucis admodum meis Ouilienſibus munitus/ quatuor milia hoſtiū ſignis quatuordecim captis partim fugauit/ partim cœpit/ partim occidit. Quæ res cauſa exſtitit/ ut tuus poſtmodum exercitus memorabilem apud poſteros uictoriam habuerit. & tamen quæ pro his fuerit remuneratio/ ſilentio prætereundum puto. utinam non inde nobis maiores fuerint inguſſæ clades/ non maiora mala per tuos milites illata. Nunc extortis undiq; pecuniis/ & exercitu noſtrum ingreſſo & deuaſtante agrum. Noſtri omnes in lachrymas & luctum & ſqualorem conuerſi ſunt. Minus profecto hæc grauia forent/ ſi hæc nobis ab hoſtibus inferrentur. Sed ab his miſere affligimur/ quos inſubria pauit/ ſuis protexit armis/ intra domeſticos lares ſuſcepit. Quod ſi tu es ille Cæſar tam ſacræ militiæ cuſtos/ tā iuſticiæ tenax/ tam ab omni labe alienus/ qua ratione potes pati hanc prouinciam de te bene meritam a tuis miſere deuaſtari/ patriam non ſolum totius Italiæ ambitu/ ſed orbis Florentiſſimam. Cur ob tuorum ſæuitiem Cæſar inultam iacere/ deſertam & ſqualidam/ accolis & uomeribus uacuam permittis? Oppidanoſq; non tantum priuatos bonis & mercibus exhauſtos aufugere/ ſed requiri ad excidium. fœlices iuuāt cineres diui Maximiliani tui aui. Qui quum eſſet cum fortiſſimis copiis auctus prope mœnia/ maluit Mediolanum integrū fore/ q̄ diruto potiri. Quapropter Cæſar inclyte in ſacra militia eminentiſſimus fulgur hoc tam egregium officium deſtitui noli. exercitum tuis ærariis ale. comprime horum aurum audaciam/ qui iam allecti hiſce rapinis neq; ueræ militiæ præcepta obſeruant/ neq; norunt infimi atq; perditiſſimi omnium mortalium/ quum alibi nequeant/ neq; ſciāt aliquo naturæ beneficio & ingenii artibus uiuere/ ad hæc noſtra bona laceranda ſub umbra tuæ militiæ conuerſi ſunt. q̄ ſi obaudis/ & hæc ad tuæ maieſtatis aures mala non proueniunt/ actum de nobis erit. miſere cogemur alieno cælo nouas ſedes mendicare. Quod quantum nobis erit dolori/ tantum tuæ maieſtati dedecori. Hoc neq; ipſe immaniſſimus hoſtis faceret. non Maurus/ nō Scytha/ non Turca. Scribo hæc audacter Cæſar/ quia ille me amor immenſus cogit/ quo adhuc diui Maximiliani proſequor ſanctos manes. Qui me ſemper tam familiariter habuit. alioqui iure teneor pro ueritatis ſancto numine. neq; ab re nobis hæc repetita ſunt/ quando potiſſimum id præceptum in ſacra militia uiget/ ut miles ſit imprimis obediens/ præſtoq; mandatis reſiliat. quum uero abit diuerſus/ & quæ in ſacra militia cōtinent/ neglectui habet/ tū omnia in peius ruent/ omniaq; pro inimicis ſuccedent. nihil magis exaſperat cælum diuinumq; numen/ q̄ atrox inobediētia. hæc euertit principes. hæc imperia/ hæc accolas cælo deorſum

Gaſpar maynus. | Victoria inter ouilias: & caſtellatium | Mala a cæſaribus illata. | Inſubria. | Maximilian⁹ Cæſar. | Querela ad Carolum | Perbon⁹ maximiliano cæſari. | Miles obediens. | Inobedientia euertit.

ſum præcipitauit in barathrũ.hæc parentes amœniſſimo illo incolatu in erũ
nas coniecit . Cura proinde Cæſar ut exercitum habeas obedientem/& ſa/
cra militia eruditum.e caſtris hoc genus hominum detrude Cæſar/qui ſub
ueræ pretextu militiæ ad latrocinia currunt.non enim ii ſacram militiam de/
corant/ſed deturpant/omniq; contaminant ſpurcitia . Habe intra caſtra tua
fortiſſimos milites. Hos ego fortiſſimos appello/qui ſacræ militiæ præcepta
obſeruant. Habe in exercitu tuo homines ingenioſos/& architectos q̃ pluri
mos habere poſſis/ & egregiis honora ſtipendiis. Habe doctos & hiſtori/
cos excellentes/& ſapientes medicos/& operarios chirurgos/ & prudẽtiſſi
mos iuriſconſultos/& omnes poſtremo quorum ingenia militantibus pro/
deſſe poſſunt. Hæc & meliora imperatores pro ingenii ſui altitudine excogi
tare poſſunt. Nos hæc pauca ante genua tuæ maieſtatis/non ut cæteris mor
talibus in hac re plus uideã aut ſciam/ſed ut plus deſiderẽ. a Diis enim im/
mortalibus uehementiſſime opto/ut tua maieſtas his iuſticiæ radiis impe//
riũ regat/eo ſacræ militiæ ſplẽdore tales milites habeat / ut uniuerſus orbis
ante tuos pedes uictus iaceat. quod ut fiat/& q̃ breuiſſimo tempore fiat /cæ
lum quotidianis uotis petimus & fatigamus.

Milites praui deturpant.
Milites fortiſſimi.
Architecti & ingenioſi in caſtris.
Docti hiſtoriarum in caſtris.
Medici in caſtris.
Operarii in caſtris.

FINIS.

Illuſtri Domino De Granduelle Aimegallo: Et a Secretis Caeſareae Maieſtatis Digniſſimo Hieronymus Perbonus Marchio Foelicitatem.

NEMINEM puto poſſe tacere Illuſtris Domine / & ſapientiſſime quum tua auditur uirtus / & tam uiuendi inculpatus modus. ſi uirtutes (ut inquit Plato) ad maximos excitant amores / parata ſunt de te paſſim per Italiam magna præconia. & merito quidem. ut poſteritas cognoſcat quantum conſulendo profueris Romano imperio. quantum indecens uita. Exemplum illis dabis quid apud aures principum & imperatotum conſultando præſtant. mirum eſt quod de tẹ fama prodit nihil eſſe tam efficax / tam potens / tam periculoſum / tam minax / tam deſiderabile præmium / quod te / tuumque animum a recto tramite / ueraque iuſti lege tantillum dimouere poſſit / O fœlix pectus / in quo tanta conſtantia iuſticiæ uiget. quis dubitat partem id eſſe fœlicitatis Caroli Cæſaris? qui tanto conſilii numine annixus ea gerit / quæ immortalem / & fortunatiſſimum reddunt. proinde quum te magnanimum / excellentem / & uelut oraculum Apollineum habeam / cur de rebus meis deſperare poſſim? Ecce ſapientiſſime uir quantum Hieronymus Perbonus tuus ſeruus in excellentia tuæ uirtutis confidit. Ille olim diuus Maximilianus imperator / quem non ſine maxima reuerentia ob eius ſanctitatem uitæ nominare debemus / Marchionatu Inciſæ me honorauit. inſpectis enim meis ꝑ impio laborib⁹ & fide inuiolata / putauit pro ſua immenſa benignitate me eſſe aliquo priuilegio otnandum. quod factum eſt / & a magno Carolo & Sereniſſimo imperatore noſtro confirmatum. Et quia (ut in rebus cunctis ſolet accidere) multi alieni boni inuidia moti aduerſantur / neque ego par uiribus obniti poſſum / ad tuam præſtantiſſimam & ſanctiſſimam iuſticiæ dextram recurro nihil aliud expoſcens fore mihi conſeruatum / niſi quod diuus Maximilianus tam efficax ſemel cenſuerit. Hæc a te Sapientiſſime Domine ante genua pro iuſticia peto / ne alienæ iniuriæ plus in hac re ualeant / q̃ decreta diui Maximiliani / q̃ aſſertiones diui Caroli. Erunt hæc pro te beneficia nobis adiuta noſtris Ouiliis perpetuo ad poſterorum memoriam reſeruata. Vale iuſticiæ firmum præſidium. Ex Ouiliis.

ADAGIA TERTII LIBRI.

Quæ dulcia ſunt ex commixtione maris amareſcunt.
Impurus efficitur/qui in putrido degit loco.
Ad omnia plurimum confert oportunitas loci & tpis.
Res humanæ in ambitum deferuntur.
Ex decretis numeris ſeries rerum dependet.
Sæpe fœlicitatem coadiuuat infœlicitas.
Amici ficti non in aduerſis/ſed in florētibus aduolāt.
Amici beneficiorum frequentia comparantur.
Amicorum nulli unq̄ fuit ſatis.
Facile perit/qui perdite uiuit.
Edendum eſt quum iubet magiſtra fames.
Ridiculum eſt eandem ſemper cantilenam repetere.
Is mihi potior/qui prior ad donandum fuit.
Verus homo eſt/qui nullo tempore fallit.
Iuſtus non quieſcit/niſi extra.
Callidus in quo callet unico uerbo intelligit.
Sapiens non litigat niſi coactus.
Frequentius pecuniæ/q̄ capitis agitur.
Male narrando etiam ueritas deprauatur.
Cauet inſipiens poſt/uel ubi. nihil opus eſt.
Recte corripimur/ſi emendamur.
Conceptus in rem pronus uix retineri poteſt.
Omnis animi impetus tempore deſedit.
Inſipida ſunt remedia diu expectata.
Corona ſenum eſt temporum collectio.
Qui ſua damnatur lege/pœnas dat/quas excogitauit.
Cuncta ſtudio fouentur negligentia labuntur.
Turpiſſima eſt iactura/quæ fit per negligentiam.
Minus malum ſero bonum q̄ nunquā.
A Egeſtas bona eſt ſi ad bonum impellit.
Omnia rite facienda/uti tutius uiuamus.
Sæpe forte euenit/quod non audes optare.
Auctoritas auctoritate creſcit/decreſcitq;.
Omnia uincit ſtudioſa ſedulitas.
Nulla eſt tā magna potētia/quā non deſtruat tempus.
Conſuetudo res magna cuiq; eſt.
Sæpe accommodatio parit detrimentum.
Aulicistam dubia eſt fortuna/q̄ ſpes incerta.
Lucrum adiuuat & incitat induſtriam.
Meretrix euidens uenenum loquax.
Matronæ prudentis eſt iniurias uiri obaudire.
Candor ingenii parit amorem.

Supra crepidam ſutor iudicare non debet.
Tellus deſerta etiam aliquid producit.
Sanctis moribus nihil pretioſius cuſtoditur.
Nullum ſolum per ſe uitium.
Deus & natura neceſſariis non deſunt.
Nihil eſt cognita quod cauſa careat.
Lætitiæ & triſtitiæ ſecunda ſedes uultus eſt.
Virtute penitus caret falſitas.
Mala non omnibus mala.
Salutis ratiōnē qui nō habet, pluſq̄ ſtultus ē.
Boni patrii moris oēs actiones ad deū referre.
Conuiuia ſunt ſermonū gratia condienda.
Eumenis lectica erat inimicis formidabilis.
Lachryma cito areſcit.
Qui dedecoroſe uiuit, turpiter perit.
Optimum obſonium eſt fames.
Suauiſſima potio eſt ſitis.
Ingeniū durū eſt, quod miſericordia & precibus nō mollitur.
Non decet phaleratis dictis aliquem ſeducere.
Fatuo minus nihilo eſt.
Aequiſſimum eſt beneficium reddere.
Errant, qui eſſe morbum ſenectutem iudicant.
Iuſtus non quieſcit donec, id q̄ pollicitus eſt, effecerit.
Nunc quaſi in ſeruitute pauper ad diuitem datur.
Dies nullus prope ſine præſidiis reperitur.
Peruerſi difficile corriguntur.
Magna quies eſt ſequi deum.
Ingratus, bene quæ in ipſū feceris, habebit irrita.
Fac ut quod te ſit dignum, ſcias.
Mendax ſuo more dicit mendacium.
Olet homo ſæpe malo ſuo.
Sceleſta comprimenda eſt lingua.
Probo uiro iniurato plus credendum eſt q̄ malo iurato.
In oratore potiſſima pars eſt pronunciatio.
Mulier mulieri magis congruit.
Vbi opus eſt facto, uerba non ſufficiunt.
Hiis nunc pretium eſt, qui recta praua faciunt.
Argentum a multis curis nos expedit.
Alius alio ſtudio tenetur.
Gens humana ruit in uetitum nefas.
Nil mortalibus arduum eſt.
Vita breuis ſpem nos uetat inchoare longam.
Nil deſperandum eſt bono duce auſpice.
Scire nefas eſt, quem finem deus dederit mortalibus.

Carpe diem nil credens poſtero.
Tempus edax rerum eſt.
Ingenium ſuperat uires.
Nulla eſt tam magna potentia, quã non exuperet tempus.
Pudor eſt ꝙ ſeruus patrono locupletior ſit.
AEgrotantes uictu tenui ad ſanitatem reſtituuntur.
Non eodem iure uti ſenem licet, quo uſus eſt adoleſcentior.
Nullum uitium finitur unde oritur.
Verbum prouenit ex cogitatu cordis.
Semper neceſſariis deus occurrit.
Exemplo maximo commouemur.
Pugnantia inuicem ſimul ſtare nequeunt.
Remiſſio ſtudii ſæpe iocus eſt.
Res maximæ uerbis paucis concludi non poſſunt.
Lupo inimicus eſt canis.
Obliuio eſt memoriæ exitus.
Qui uacuus eſt impleri cupit.
Deceptor eſt patriæ, qui ea non dicit, quæ ſentit.
Defunctos nec inimici quidem iam oderunt.
Qui faciliter iraſcitur, faciliter rurſus ſolet miſereri.

FINIS.

Liber Quartus Guiliarū Ad Chri\ ſtianiſſimum Francorum Regē De Excellentia Chriſtianiſſimi No minis: Ac Ipſius Inclyti Re gis: Et Gallorū Virtu te: De Tertioqꝫ Dei Praecepto.



Ad Ampliſſimum: Ac Super Il luſtrem Incaſae Marchionem Hieronymum Perbo nũ Franciſci Giardi Epigramma.

Viuere iam credam ſapientum pectore nomen/
 Humana & ſorte hic altius eſſe aliquid.
His pietas mira eſt animis/& copia recti
 Conſilii/cunctis obuia criminibus.
Adde ꝙ oppreſſos fauor eſt hic mirus in omnes/
 Atq; quod eſt ſuperum/ſæpe iuuare homines.
Cernitur hoc in te/qui me non ſpernis amicum
 Hieronyme/& placido qui facis eſſe animo.
Sed mihi pro tantis quo ſoluam munere grates
 Optabo huc ueniat ſpiritus Antimachi.
Quod ſi continget/diſcet tua nomina dirus
 Sauromata/& Gangis cui leuat unda ſitim.
Sed quid proſiciam? cupimus date ſydera cælo.
 Gloria nam Ouiliis eſt tua clara tuis.

Reuerendiſſimo Joanni Langes Epiſcopo Parrhiſienſi Digniſſimo: ⁊ a Secretis Regiis Uiro Undecunqȝ Sapientiſſimo Hieronymus Perbonus Marchio Foeliciter Eſſe.

VEnere his paucis ante diebus Reuerendiſſime Lāges
fœlices in Italiam nuncii te eſſe conſtitutum loco om
nium conſenſu/quo paucos in uniuerſo orbe eſſe di/
gnos exiſtimare poſſumus. nemo eſt qui iuſticiæ/&
bonitatis/& ſapiētiæ ſit ſtudioſus/qui mirifice de tuis
hiſce honoribus non uehementer gaudeat. Imprimis
Ego/qui iam olim per longa tempora ſum factus tuo
nomini addictus/tantoqȝ propenſior ad te amandum
colendum/uenerandumqȝ/quanto præ cæteris aliis/qui ad ſimiles has di//
gnitates prouecti ſunt/eminentior appares. Quid enim dignitas Epiſcopa/
lis poterit maius præ ſe ferre/q̄ bonitatis dotes/q̄ ſapientiæ intimas opes/
q̄ prudentiæ rerum humanarum exactiſſima ſtudia/q̄ charitatis in cuſtodiē
dam plebem mirifica incendia/q̄ diligentiæ ſummas uigilias? Quæ omnia
in te maxime enitent. & propter has/& multo plures uirtutes dignus es ab
oībus ꝓclamatus populis/cui oīa/quæ ad ſalutē uniuerſæ ciuitatis ſpectāt
ſint optime uelut tutorio repoſita. Nos igitur & patriæ/illi. & tibi Reueren
diſſime Domine non ſolum gratulamur/ſed uniuerſæ Romanæ eccleſiæ/
quæ tantum e gremio alumnum edidit. utinam decem millia tibi ſimilium
Chriſti eccleſia poſſideret. utinam ubiqȝ præeſſe poſſes/ut non tantum res
noſtræ/quæ in catholico cætu labi cœpere/laborarent. proinde quum Ego
in Ouiliis meis in ſtudiis uirtutum & ſcientiarum cultu in hac ætate grauior
uitā excolam/non potui tacere quin de tua excelſa uirtute/de tuaqȝ immēſa
bonitate non ratiocinarer. dabis ueniam ſi quid in ſcribendo ad te homo in
cognitus audeat. tua hæc uirtus facit/quæ alios etiam remotiſſimos adama
re compellit. imo nedum adamare/ſed omnia etiam eniti/exequiqȝ/ut tan//
tum uirū demereri poſſint. Ita Reuerendiſſime Domine tibi perſuade quic/
quid hic Hieronymus Perbonus Dominus Ouiliarum & Marchio Inciſæ
poterit/non alia exiſtimare poteris/q̄ quæ tuo ſunt ſub arbitrio. Vale decus
præſulum/& ita perpetuo/atqȝ fœliciter uale/ut tuis qui nomini tuo affi//
ciuntur/ſemper prodeſſe poſſis. Ex Ouiliis noſtris.

Chriſtianiſſimo: Ac Magnanimo Franciſco Frãcorum Regi Bene Agere Hieronymus Perbonus.

Franciſcus Rex.

Chriſtianiſſimũ nomẽ.

SCripturi nos de Excellentia Chriſtiani nominis indignũ
fore exiſtimauimus/niſi ad partes tua ſacra maieſtas inui/
taretur Franciſce Rex Chriſtianiſſime. Ex omnibus enim
Regibus/qui tota Europa maximis ſplendoribus & uir/
tute armorum & potentia præſtant/ſolus es/qui fronte
geris excelſum & ſacrum nomen. Quod non ſolum ani/
mi candore & uirtute ſuſtines/ſed geſtis magnis per to/
tum orbem diffundis & amplias. Nec eſt quod quiſquam dubitare poſſit id
diuinitus inter mortales decretum/quod habeas/quod per te feras Chriſtia
ni nominis excellentiam. Nullum eſt in toto orbe regnum/quod tanta ſit
decoratum gratia/neq; quod maius dici poſſit/quod in omnibus nationib⁹
nunq̃ id accidit/quod præſtiterit in perpetua huius excellentiæ forma.

Gallia religionis ſtudioſa.

Aliæ namq; regiones mundi/regna/principatus/imperia ſæpe deſciuere ab
illo ſplendore nominis/præterq̃ tua Gallia/tuumq; ſacrum regnum/quod
nunq̃ a Chriſti nomine tantillum deflexit. ubiq; & paſſim auditæ ſunt hære
ſes & noua emergentia dogmata. nunq̃ in Gallia. quod potius diuinum exi

Gallia eccleſiam auxit.

ſtimo/q̃ humanum. Quodq; tui priſci reges tantopere pro Chriſti fide ela/
borarint/eccleſiam auxerint/imperium ſub huius excellentiæ uigore dilata
rint/non ne id fuit a Deo immortali donum excelſum & immenſum? Proin
de Chriſtianiſſime Rex ante tua genua flecto caput mentemq;/& perinde

Gallia oĩum prouinciarũ illuſtris.

ac ad præſidium totius chriſtianæ Reip. accedo libens/poſtq̃ tua Gallia Illu
luſtris & eminens præ cæteris alius fide intemerata/promptitudine parata/
armis inuictis/opibus innumeris decorata eſt/& tanta præcipue nominis
gratia effulgens. debes ſacratiſſime Rex præter cæteros alios reges hoc ani/
mo ſtatuere tuo/ut facta & geſta futura ſint/quæ nomen æquent tãtum. Pa
rata eſt quocunq; uerteris animum/egregia materies. Sed nulla maior q̃ con

Galli bellicoſſimi.

Gallorum arma inuicta.

tra inſidos fidei Chriſti hoſtes. Neq; enim habes q; excuſes. Gens eſt tibi bel
licoſiſſima/cui tantum tribuit Romana fortitudo/ut alia omnia uirtute ſua
prona eſſe exiſtimauerit præter Gallorũ arma. Cum quibus pro ſalute/non
pro imperio/non pro gloria certaſſe dicũtur. Et ſi illi pro re parua in hoc cæ
noſo ſæculo tantã effuderint diligẽtiã/qd exiſtimare debemus cũ pro fide &

Gallia pro Chriſti nomine.

excellẽtia chriſtiani nominis pugnabatur? Teſtes ſunt Europa/Aſiaq; quã
ta pro Chriſti nomine Gallia paſſa ſit incommoda/quantam nauarit operã
tui ueteres reges/qui chriſtianæ utilitati ac dignitati ſemper conſuluere ad
uerſus genus crudele & nefandum (pace omnium dixerim) neq; habuere

neq;

neq; habebunt per omnia ſæcula pares. Sed tu Rex Chriſtianiſſime qui omnes ueterum regum uirtutes in te collegiſti/ qui omnem bellicũ ſplendorẽ reſeruaſti/ omnẽ humanitatẽ excolis/ maiora efficies/ q̃ qui reges fuerint in uniuerſo mundo. licet maieſtati tuæ id omne mihi prædicere/ & uaticinari. quum Deus immortalis id nomen per tot ſæcula in tuo familiæ gremio conſeruarit/ fore exiſtimo ad hæc tempora perueniſſe/ ut tua inuicta dextra depoſitis ſimultatibus inter Aquilã & Lilia totũ quod aduerſum eſt chriſtianæ fidei ad ueram religionis normã traducet. Neq; tuũ excelſum perturbet animum q; paucis ante annis fortunã paſſus ſis aduerſam/ q; in bello profligatis copiis in maxima diſcrimina cecideris/ q; in manus hoſtiũ peueneris. Nõ enim ſunt hæc quæ excellentiã tui nominis obſcurent/ ſed multo illuſtriorẽ efficiãt/ ut cognoſcant uniuerſi mortales quantũ tua potentia in aduerſis reſurgat maior. neq; uictus es animo cũ potuiſſes icolumis euadere/ exercitũq; reddere itegrũ/ maluiſti uinci medio armorũ turbine/ q̃ fuga inglori⁹ haberi. neq; iſto immortali pectore aĩus uinci poteſt/ ubi reſidẽt omniũ uirtutũ ſancta numina. q; tanta ſit in te hæc reſurgendi potentia manifeſtũ eſt. Quis eſt tam imperio potens/ tam opibus munitus/ quis tã excelſus Rex/ qui hæc eadem fuerit paſſus/ & penitus non corruerit? & tamen tua maieſtas/ dii immortales/ quanta reſtitit excellentia & animo inuicta/ filiis cõſeruatis/ & tota Gallia incolumi. tanto præ cæteris aliis emines ſplendore/ quanto Sol inter cuncta cæli aſtra. Erit tibi apud poſteros maius & admirandũ ſpectaculũ/ q; uictus uiceris. neq; potuerit alia res in rerũ natura id efficere/ q̃ quod fecit ille unicus conflictus. Erant duo hæc lumina humani generis reges ob uerſis animis/ nũc ea affinitate coniũcti ut ſi utriq; ambo uolueritis in arma ruere/ nullo pacto uĩci poſſitis. Proinde placa atq; animũ ſerenũ redde tuũ/ quia diuinitus hæc nobis euenere. Sunt maiora quæ tibi capeſſenda ſe ſe offerunt/ quæ ad tui excellentiã nominis pertinẽt. Neq; aliud eſt cõmetiendũ tẽpus. Nũc præſens ad cõmunes hoſtes opportunũ inuadendũ habemus. uobis hic excelſus honor debetur. pulſis fugatis Turcis & deleta omnium barbarorum illuuie/ uobis glorioſa palma a Deo immortali reſeruatur. Alacris ergo exurge Rex inuictiſſime. nunc pulcherrima ſe ſe offert occaſio/ ut tantum excelſum nomen/ quod tui maiores uirtute armorum acquiſiuere/ debeas ſuſtinere/ ut tanti ſceptro imperii/ tanta gloria per uniuerſum orbẽ omnibus ſæculis dignus habearis. Nam nulla fama illuſtrior/ ac diuturnior a uobis expectari poteſt/ q̃ ſi fœdam hanc & peſtiferam Turcarum ſuperſtitionem uiribus & excelſa uirtute deleueritis. ſic tui ueteres nauauere egregiam operam/ ſic magnus ille Carolus/ ſic Pipinus/ ſic Diuus ille Ludouicus/ ſic cæteriq; tui. Surge Chriſtianiſſime Rex/ & animum mœſticia expurga tuũ. Nõ. n. ea aduerſa fuere (quæ fortaſſe infortunia putas) ſi in eo atroci bello ſuperatus/ non tamen uictus es. non enim tantus animus uinci poteſt/ qui ſe ipſum nouit uicere. Quid tuus ille fulgentiſſimus uibrabat enſis in eo pugnandi diſcrimine? quanto captus decore/ quanto tuæ fortitudinis experimento/ quanta Maieſtatis gloria? Neq; enim ipſe uictor exercitus potuit credere tantam maieſtatem capi. Sed poſtq̃ præſentem intuitus/

[Margin notes: Rex Frãciſc⁹. — Francisci Regis animus. — Vict⁹ uincere — Victoria contra turcas facilis eſt. — Carolus magnus. — Pipinus rex. — Ludouicus Rex diuus. — Inuictus qui ſeipſum uincit.]

ilico proſtratus ad terram uelut lumen adorauit / & conformi uelut o/re efferebant cuncti id eueniſſe / quia Dei dignus hic affuit. non enim humana potentia id factum / ſed diuina. Ita utriqꝫ alteri aiebant. hic eſt qui non ſolum militaris rei gloria / ſed omnium uirtutum cumulo Rex uerus / Rex florentiſſimus eſt. Sed Dei immortalis uoluntati reſiſti non poteſt. Tu uero Rex magnanime nihil a maieſtate tua inter hoſtes mi/nor eam reſeruabas auctoritatem / grauitatem / eminentiam / ſapientiam / quæ non aliis conuenire poſſet. Sed tibi Regi / tibi Chriſtianiſſimo / tibi qui Excellentiam Chriſtiani nominis reſeruas. Neqꝫ habes quod de cæleſti numine conqueri poſſis / ſi æquilibrio expendemus utra Fortu/na tibi fuerit infeſtior / an ſecundior in bello. hæc fuit aduerſa fateor / mul/taqꝫ præter uotum eueniſſe fatemur. homo enim es / & his oppoſitus ma/lis ſicut cæteri reges. Quot fuerant & reges & impatores / qui in manus hoſtium ceciderunt / ut uno ſim contentus exemplo? ille qui tantam reliquit in uniuerſum orbem hæreditatem Eminentiſſimus. C. Iulius Cæſar a Syllanis militibus captus & redemptus pretio / captus & inde circa Pharmacuſam Inſulam a Pyratis / neqꝫ propter hoc illam excelſam gloriam amiſſit. An hoc tibi / quod parum eſt / offuſcat excellentiam tui nominis? uide quanta ex alio latere ſuperſunt tibi immortalia geſta. quoties hoſtes fregiſti? An illud memorabile bellū ſileam quod contra fortiſſimos Heluetios confeciſti? qui quū eſſent pene inuicti per multos annos / tu tua egregia armorum uirtute adeo depreſſiſti / cōculcaſtiqꝫ / ut etiam nunc uix audeant hiſcere. Quid cō/memorē etiam in expugnatione arcis Mediolanenſis / cæterarūqꝫ urbium receptione in placanda Italia? etiam Pontificem ad te ueniſſe Bononiam / totūqꝫ orbem & tuam nominis excellentiam attonitum? Quid dicam de trium/pho cum urbem Mediolanenſem introiſti? qui apparatus / quæ digna tanto honore ſchemata? Inde in Galliam reuerſo non ne omniū appellatione indictæ ſunt deſcriptiones Franciſco Regi magno & cæleſti numini dilecto. An illud quoqꝫ pro tua fœlicitate poſt habeam / ꝙ tres filios natura dederit ueſtigiis tuis inhærentes / tanta excellentia nominis dignos / tāta indole a Diis immortalibus auctos / tanta ingenii ubertate decoratos / tāta corporis pulchritudine formatos / ut uideantur anteq̄ editi / Reges ſe eſſe per multum tempus ſciuiſſe / ſicut de Cyro uates prædixere? Quid de illa tua regina con/ſorte / quæ omnes uirtutes ſecum gerebat / omnia humanæ naturæ decoramenta Regina ſublimior filia regis / uxor regis. mater trium regum / altera Lampido Macedonica Leothychide regis filia / Archidami regis uxor / & Agidis regis mater. Et poſtq̄ ad cælos abiit / neqꝫ Deus uoluit te uiduum uiuere / ſed excelſa regina copulatum. illa ſoror Cæſaris non minorem fœ/licitatē tuæ familiæ apportabit. præter hæc ſancta matrimonii numina quid dicam de ea amicitiæ gratia / qua Sereniſſimus rex Angliæ tibi deuinctus eſt? atqꝫ de diuitiis tuis / de opibus / de tā amplo regno / de tot exercitibus / quos ſub tuis ſignis habere poſſes / de omnium populorum beneuolentia / de corporis tui præſtantia / de animi magnitudine / de uirtutum omniū congerie / quæ in anima tua reſident immortales? An omnia hæc quiſq̄ audebit

cum

Fräciſcus rex
Dei volūtati.
Iuli⁹ Cæſar captus.
Pharmacuſa inſula.
Fräciſcus rex
Franciſci regis victoria contra heluetios
Heluetii fortiſſimi & pene inuicti.
Pontifex ad Franciſcum regem.
Triumphus Regis Mediolani.
Schemata.
Franciſcus magnus.
Franciſci regis filii.
Cyrus.
Franciſci regis conſors.
Franciſci regis beneuolētia cū anglo rege.
Franciſci regnum exercitus: & opes.

cum illo aduerſo prælio/quod tibi contingit/comparare? Surge ergo inui/
ctiſſime ac magnanime rex/& nomen quod tibi cælitus datum eſt ſuſtine tu
is inuictis uirtutibus/cũ tuo ampliſſimo regno/cum tuis fortiſſimis totius
Galliæ militibus/quorum ætas aptiſſima ſemper fuit ad militandum/ Amia
mus Marcellinus dixit. Quibus etiam Marcus Cicero robur addidit/ ſi/
cut Pœnis calliditatem/Græcis artes/quibus poſtmodum Iulius Cæſar to/
tum deuicit orbem. An id tibi quandoq; defuturum ueteris? neq; ſubtexe/
re ſilentio licet/ quæ magni de te tetigere uates. cui uentura fœlicitas &
magnitudo rerum deeſſe non poterit. ita portendiſſe prædicant natales di/
es. neq; enim cæli neq; natura ſilere poſſunt quum aliquod immenſum par/
turire uolunt. ſicut de Auguſto fertur eius ex utero matris, ſomniauit illa
ſolis iubar exoriri. Neq; hoc deeſſe poteſt/quum illud ſolus geras excellen/
tiæ Chriſtiani nominis. cui omne genu flectetur cæleſtiũ/terreſtrium/& in/
fernorum. Mea hæc affectio præfata erga te Rex Chriſtianiſſime cogit loqui.
quid enim obliuiſci poſſum/quum meo ſubit animo illa tua diuina iuſticia/
illudq; patens liberalitatis gremium? obſidebas his præteritis annis Tici/
num/& omnia erant in Italia tuæ maieſtatis horrore proſtrata. metu cun/
cti pauere ob excellentiam tui nominis. Ipſi quoq; amici hinc & inde/qui ab
initio præſtabant officio uiſa magnitudine tuorum armorum timere cæpe/
runt/metuq; impulſi non ſine occultis induſtriis ſecretum condidere fœ/
dus. Cæterum (pace omnium dixeri) nihil reor obeſſe poſſe excellentiæ tui
ſacrati nominis. Cui id ſimile accidit/ quale fulgentiſſimo auro. quod quã
eo magis in fornace deuſtum eſt/tanto nitidius effulget. Ita (inquam)
te Ticinum obſidente & cuncta metu premente quidam alieno incom/
modo continuo ſtudentes ſummam quandam pecuniæ ſupra mille aureos
a ciuitate Mediolanenſi/ quam mihi deberi obteſtabas/ quando popu/
lo illi & plebi peſti belloq; conculcato mutuo dediſſem/a tua maieſtate ue/
lut inimici bona dono petierint/ etſi primis auribus conceſſiſſes/ ta/
men re poſtmodum intellecta per oratores ad tuam maieſtatem miſſos/
præſertim per Magnificum & Clariſſimum iuriſconſultum & ſenatorẽ Lu/
douicum a porro ilico pecuniam illam mihi deberi/non alteri decreuiſti. o
magnam & admirandam iuſticiæ bonitatem. Eram ego eo tempore apud Il/
luſtriſ. Principem quem tu tunc inimicum tenebas/ & tamen multo apud
te locum æquitatis uoluiſti præualere/q̃ tuorum militum quotidianã effla/
gitationem. An ſilentio ſubticeam tuæ liberalitatis officia/quando tantas mi
hi in Germania degenti cõditiones obtuliſti? ampliſſimis alioq uerbis con/
numerarem/niſi uiderer candidam fidem meam Illuſtriſſimo meo princi/
pi connumerãdo improperare. Deos immortales cogor ad hæc & alia/ quæ
de tua maieſtate audio uirtutum operoſa facinora/ frequenter uotis adire
precibuſq; fatigare/ut te & alios bonos principes & reges unanimes com/
ponant. ſic ſæcula aurea redibunt/ſic ſæcula te & ſimiles tui uideant regnan
tes. pro qua re & uirtute immenſa tua/& tanto ſplendore nois/pro tanta im/
mẽſa pietate/iuſticia/liberalitate/fortitudine/ſapientiaq; cogor aliqd ex meo
aio pmere/ut cognoſcat quãtũ tuæ celſitudini/& excelſo tui nois ſplẽdori

Gallorũ oĩs ætas belli/coſa.
Gallorum robur.
Pœni calliditas.
Græcorum artes.
Iuli⁹ victor gallorum virtute.
Franciſci Regis fœlicitas & magnitudo.
Franciſci regis natales.
Somniũ matris auguſti.
Perbon⁹ Regi affectus.
Aurum in fornace.
Franciſci Regis in pbonũ mira indulgentia.
Franciſci regis admirabilis iuſticia.
Perbono cõditiones oblatæ.
Franciſcus Rex ut conſſit.
Franciſcus rex.

afficiar. Proinde/etſi puſillũ munus uel qualecũq; ſit/ libellũ hũc de Excel
lentia Chriſtiãi noĩs numini tuo dedico/q quartus eſt a primo. Neq; ſine rõ
Numerus quaternari⁹. ne hoc numero diſpoſui quaternario. ſemp is apud præſtantiſſimos naturæ
ſtudioſos in honore habitus eſt. quatuor ſunt orbis partes. quatuor ſunt pri/
marii uenti. quatuor ſunt elementa. quatuor ſunt hoĩs cõplexiones. quatuor
anni tẽpora. quatuor hoĩm ætatis ductus. quatuor mũdi ſæcula. quatuor euã
gelia. quatuot eccleſiæ doctores. quarto igit̃ loco hic libellus tibi dedicatus
ẽ. tibi imenſo regi/& magno/& heroico. tibi oĩ uirtute p̃ſtãtiſſimo. tibi excel/
lẽtiã Xp̃iãi noĩs gerẽti/& oĩbus/q tua ueſtigia ſeq̃ntes chr̃i nomẽ corde ha
bẽt. Habẽt oẽs ii/qui q̃ in ſpeculo diuinæ legis ſpectant/aĩ nixu præſtãt/&
obſeruant. qui ſtatos dies & numini dicatos ſacris cerimoniis celebrant. q̃ e
Dies feſti obſeruandi. cælo lapſũ oĩbus corde inſerendũ tertiũ legis præceptũ ſabbata ſcifices/cẽſe
Decimæ ſoluendæ. mus. Corroborandũq; p̃ſcribẽdis decimis/eleemoſynis largiẽdis/ieiunii ma
ceratiõe/precibus/& uotis/& pietate in pauperes exercẽda. Quæ hæc oĩa
Eleemoſynæ Jeiuniũ. Chr̃ianiſ. rex apud te uigẽt/in tua familia maxime lucent/in tuo regno redun
dãt. & q̃a (ut audio) ubiq; pulcherria cupis/ubiq; p regnũ in eccleſiis ſacri
ficia celebrari affatim mãdas/an dubitamus. iſtic maxime geri excellẽtiã chri
ſtiani noĩs? Quã illi abeũt diuerſũ reges & principes q labefacti Lutherana
labe/uirtute/& ſapiẽtia alieni dñicũ diẽ obſcœnis deturpãt moribus. qui ma
xime ab his/qui excellentiã chr̃iani noĩs reſpiciũt/uenerat̃ & colit̃. Is ẽ quo
Dies domini exordiũ ſumpſit mũdus/quo Chr̃s ad lucidiorẽ redit plagã/quo ſacri Anti/
ſtites dedicant̃ Deo/quo ceſſãt iura/quo oĩa cõdidiora debẽt efferri. An du
bitãt illi expugnato aĩo feſtis ſacris diuorũ imponẽdo ſup aras ture nõ ad ex
Gallia felix. cellentiã ſacri noĩs acceſſuros? O beata Gallia rex Chr̃ia. tua ubi p uerã reli/
gionẽ/p ſcã hæc inſtituta ad excellẽtiã chriſtiani noĩs accedũt. btã inquã/
Gallia hoſpitalis. quũ illic nulla ſcateat hæreſis/ſed Romanæ ppetuo ſtet iuſſis eccleſiæ/pata
Gallia eleemoſynaria. quocũq; tpe obſeq̃o p̃ſtare/uirtutib⁹ oĩb⁹ emiere. Neq;.n. alibi maiorẽ au/
ſim dicere/q̃ eã benignitatẽ quã pegrinis/quã oĩbus effundit Gallia. quãtæ
Gallia Religioſa. paſſi illic extẽdunt̃ eleemoſynæ? quãta illic paupibus pata ſũt hoſpitia? quã
ta ſub xp̃i noĩe erecta tẽpla maxĩs cumulata beneficiis? quãtis itẽ mũeribus
extra & itra Galliã nobiles aliẽo ære opp̃ſſos ſubleuet Rex magn⁹ & Xp̃ia.
Reges Galliarum pii. ĩpoſſibile ẽ recẽſere. ſũt hæc peculiaria officia Gallorũ regũ/q oĩb⁹ Europæ
Italia a barbaris diruta calamitatib⁹ ſubuẽire cõſueuerũt/ſuccurrerẽ regib⁹/p̃ricipib⁹/& urbib⁹. An
cõmẽorẽ Italiã a Barbaris oli dep̃ſſã/dirutã pene totã/excidio datã/e merſiſ
Italia a gallis reſtaurata ſe pulchri⁹ magnis reædificatis urbib⁹ & ædificiis collatis paſſi euidẽtib⁹ bñ
Criſtianũ nomen apud gallos. ficio magni Caroli? & aliorũ regũ? qui in Gallia degerũt/ut mirũ nõ ſit/ſi ex
cellentia chriſtiani noĩs illic maxime reluxerit. mirũ quoq; nõ eſt ſi cæteræ p
Grecia iacet uinciæ ſenſerint pene interitũ/excidiũ/innumeraſq; uariationes. quãdo illic
non ſyncere/non integre ſit receptũ chriſti nomen. Iacet Bithinia Aſiaq; op̃ſ
ſa pede infideliũ/& Græcia proſciſſa omniũ regnantiũ feritate. nõ amplius il
lic ſapientia/nõ ſtudia legũ/non uirtutũ Achademiæ/ſed fœdata omniũ ui/
tiorum labe/propterea q̃ neſciuit retinere excellentiam chriſtiãi noĩs. Quid
de Macedonia dicam? quid de Epiro? quid de Theſſalia/cæteriſq; proxi/
mis prouinciis? An illic lucet aliquid de Chriſti nomine? Proinde uere fœlix

dici

dici poteſt Gallia ꝙ nunq̄ ſeparata fuerit a tāta Chriſti præſcriptione. Q uid — *Gallia fœlix*
de Italia dicā? quāuis caput eccleſiæ Romanæ/quāuis magni emineāt Pō — *Italiæ mala.* *Roma eccle*
tifices urbeſq; ueterū nobilitate & præſenti celebres/tamē nullibi firma reli/ — *ſiæ caput*
gio/nullibi excellentia Chriſtiani nominis retinetur.ſiue quia hominū animi
pcuſſi regētiū iniuriis ſint/ſiue unis poſt alias calamitatibus obſeſſi/opibus
priuati iniquitate exercitus & copiarū Cæſaris/nō eā excellentiam chriſtiani
nominis repreſentate uideant/qualē Galli tui Rex Chriſtianiſſime referūt.
Q uæ fœlicitas non ultima per totū orbem tibi habetur/adeo hic ſumus alie
ni ab omni ueri chriſtiani inſtituto ob impreſſas ab aliis calamitates / ob tot
illatas iniurias/ut præſentē adminiſtrationē homines oderint.nullibi ſpecta
tur benignitas .nullibi relucet charitas.mutua ſimultas/deſpectus ubiq;/cō
tēptus utriuſq; in alterū/nuſq̄ ſatis fidei/nullæ integræ pactiones . paſſim
ſcaturiūt mala/ſcelera inaudita · furta/latrociniaq;/ ut multi impiū & crude
le deſiderent imperiū . Proinde fœlix tua Gallia ubi hæc ñ audiunt/neq; ſen
tiuntur/ideo quia illic maxime fulget excellentia chriſtiani nominis. An illic
pauper abiicitur a benignitate nobiliū? An iuſticia fautoribus deſtituta? An
illic nō ſunt promptiores in egenos? ubiq; affatim & hæc & meliora cernun
tur. Tantū illic eleemoſynæ celebrantur/ut ſæpe audiui dici/malle eſſe pau
peres in Gallia/q̄ alibi mediocres diuites.non mirū ergo ſi illa prouincia tua — *Paup in Gallia quā alibi diues.*
Rex magnanime fulget inter cæteras/uelut inter lapides aurū. Eſt enim illa
benignitas huius gētis ppetuo amica / Dei propinqua/ ut facile quācunq; — *Gallia.*
uoluerit gratiā impetret.ſcā & immaculata uirtus nō iteritura unq̄.fugat .n. — *Galli.* *Benignitas.*
tenebras.ignē extinguit.ad libitū cæli portā apit . beneuolentiā ubiq; parit.
Eſt.n.hæc miſericordiæ uirtus quæ in Gallia regnat/ꝑfecto nō alia/ q̄ pleni — *Miſericordia*
tudo uirtutū.Q uin & aliæ multæ. Deus immēſus/uix abſtineo/ quin pro
ferā ſolā Galliā ſupeſſe/q̄ Chriſto ſeruit. An memorē quāta pietate/ quātis
lachrymis/elargitioīb⁹q; defunctorū manes ꝓſequant? quātā illic effundūt — *Chriſti cultus apud Gallos.*
miſerationē? quātis incūbūt in tēplo ſuſpiriis? quāto uoto ad cælū ſubleuāt
oculos? quāta obſeruantia/honore pietateq; religioſos uiros uenerant? quā
to ſtudio decimas eccleſiæ exhibent? quæ/Dii immortales/fiunt illic paſſim
ī tēplo cærimōiæ.ī ꝓferēdis diuinis officiis/ī cātādis pſalmis/celebrādis miſ
ſis/quāt⁹ illic decor? quāto ubiq; ſilētio ſacra audiunt? Nō alibi ſtare multi
putāt audiēdo cōcētus illos/q̄ īter accolas cæli.q nā illi habit⁹ & religioſorū
uenerāda facies/ut nō aliter appareāt/q̄ uenerabūdi ante tribūal maieſtatis
dum ſacra faciūt/dū ſuper aras imponūt holocauſta/ut uera ſit illic excellen
tia chriſtiāi nominis. Neq; rex magnus ille chrianiſſimus aliam degit uitam/ — *Frāciſcus rex*
q̄ conformem patriis inſtitutis . Q uippe qui ante oculos habeat ueſti /
gia ueterum regum / qui tantopere pro fide Chriſti elaborarunt/qui omni/
bus regibus regendi olim normam dederint.& non aliud ſpectandum nu/
men docuerint / quam Chriſti excellentiam . fateor mehercle maiorem u/
bertatem / maiorem copiam ſupereſſe mihi dicendi /quam ingenium ſub/ — *Gallia ditiſſima.*
ſit . Illud mirari non deſino / quum tantas opes / diuitias / nummos erro /
gent / multo maior eius ſupereſt . Regnum ditiſſimum / Regnum afflu/
entiſſimum /ut neſcio an cætera pars Europæ poſſit huic cōparari rerū co/

pia/ut mirū non ſit ſi Deus piis oculis patriā hanc reſpiciat/quādo non alibi
integriorē cultū excellentiæ chriſtianæ ſpectat & habet. Et ꝙ diuinū potius
Gallia a xp̄i religiōe nūq̄. haberi pōt/q̄ humanū/ex eo tpe/quo Gallia mala dæmonū ſuperſtitione a
Gallia a Romana eccleſia nunq̄. biecta recepit nomē chriſti/nunq̄ deſſiit a pposito. nunq̄ uariauit præcepta
legis diuinæ. nunq̄ a Romana eccleſia abiit diuerſa. ſed continuo ſollicita
in his/quæ eccleſia ſacris dogmatibus præfixit/obſeruandis/habendis/cu/
Gallia deo grata. ſtodiendis/læta/alacris/iucunda/Deo grata ſemp p oēs mundi partes fidē
Gallia nō extingui pōt. Chriſti profeſſa eſt. Iccirco ſi quid eſt/ꝙ quando uidemus rem huius puin/
ciæ ab aliis deprimi/nullo pacto uerendū ē poſſe penitus extingui/ſed ma/
Vandali. Oſtrogoti. iori emergere uirtute/& ampliorē fieri. ſic per oīa ſpectabimus ſæcula. ſi Vā/
Saraceni. dali magnis copiis pturbarint/poſtremo occiſi & repulſi ſunt. ſi Mauri/O/
ſtrogoti/Saraceni arma in hanc diuā prouinciā uerterint/& ſi eo tpe paruis
munita uiribus ita præualuit/ita ppetuis furentes affecit cladibus/ut parū
aut nihil poſtea nationes hæ auſæ ſint attollere caput. unde putamus hoc re
gnū tantas auxiſſe opes? tā magnos ampliaſſe terminos? niſi qa cōtinuo re/
ſeruauit Chriſti nominis excellentiā? Tanta a Deo immortali fuit poſtmodū
regnū hoc/quod poſſides Rex Chriſtia. gratia & amplitudie diffuſum/ut ci
mutatio nouitatem alibi etiam peperit. Huius fuere duo filii Bellinus & Brēnus. ſed Brennus Britannia fratri conceſſa in Italiam ueniens dux Gallorum & Senonum factus Romam cæpit. Subſequuti ſunt poſt Bellinum filii/ & nepotes/ & pronepotes/ & inde nati natorum uſq; ad Caſſebellianum cuius tempore Iulius Cæſar in Britāniam traiecit/ & tributariam redegit. ſed mox longo poſt tempore denegato Romanis tributo Claudius princeps bellum mouit. quo ſedato res quieuere uſq; ad Coillū. cui ſucceſſit nobilis ille rex Lucius/ qui primus fidem chriſtiani nominis recepit anno ſalutis. clyi. miſſis in Britanniam a Lutherio Pontifice uiris religioſis & ſanctis & doctis Fagaro & Damiano/ qui regem cum tota familia baptiſmati admouerunt apud Trinonuncium urbem. Quem ſequuta maxima pars regni eſt. Ea templa paſſim condi cæpta ſunt & ſacri ritus celebrari. tunc illud ſacrum & cæleſte mādarū iſula ſibi cæpit habere. Habeas ī honoř parētē. tūc cæpit eccleſiā mřem uenerari obſeqo. tūc cæpit noſcere hāc cæleſtē gr̄iā quā nemo ali⁹ illic neq; proxima loca agnoſcere potuerūt. fœlicitatis initiū tūc ī regno tuo Rex Sere. cæpit oriri. Qua gratia tāta auctū regnū multa p̄clariſſima geſta egit. Seuerū imperatorē magna illata ſtrage Britāni tui ex inſula expulere. ſed imperāte Antonino Baſſiano ſunt nōnulla cū Romanis reddita bella/ & Britāni ſterriti Aſclepiedotū e Romanis legionibus unum ducem Cornubiæ creauere ſibi regem. Is Alexium ducem Romanorū cū tribus legionibus deleuit/ quo tempore Maximilianus Herculeus miſſus a Dioclitiāo eſt/ ut rem ſuſtineret. Hic in Gallia/ in Britānia Chriſtianos quoſcunq; potuit habere/ uariis ſuppliciis affecit. nihilo tamen ex eo propoſito Britannicum genus/ dimouere potuit. fidem maiori uirtute auctam retinuerunt & defuncto Aſclepiedoto ſucceſſit rex Coel/ quo regnante maius Deus præparauit munus. ne dum fecit cum Romanis pacem/ ſed incrementum maximum & fidei & dignitatis/ ita ut diuina maieſtas in cunctis fidelibus diſponit. Conſtantius Cæſar ab urbe miſſus eſt in Britanniam/ qui adeo ingenii uiribus fuit prudentior ut Britāniam Romanis pacatam reddiderit. deceſſerat iam Coel. regnūq; p manus traditum maxima cū prudentia gubernauit ducta in matrimonium Helena Coel regis filia. Ex quibus natus eſt Conſtātinus cognominatus poſtea magnus. quo ciue etiam nunc non ſolum Britannia gaudere poteſt/ ſed tota eccleſia Chriſti. & Romanū imperiū cuius bn̄ficio poſt modum Anglici reges imperiali diademate uſi ſunt. uidere Rex Sereniſ. & p̱ſpicere potes/ quantū ſit Deo gratum honorare parentē/ honorare matrem eccleſiam. Cuius pro meritis non dedignatur deus gentes/ urbes/ reſpu. regna augere/ & tueri. Ex ueſtro iſto genere ſuſcitauit Deus magnum certatorem p̱ fide xp̄i Conſtantinum filium diuæ Helenæ. ex ueſtro Britānorū ſanguine iſte princeps uelut ſol alter in mundo reluxit/ qui Pontificiā dignitatem tot & tantis donis & decoramētis auxit/ qui eccleſiam propagauit & uenerabiliorē reddidit/ qui imperium Romanum in occaſu/ in ortu firmius renouauit/ qui fidem per totum orbem/ & gentes/ & imperia/ & prouincias regnare uoluit. o magnum ueſtrum ciuem. hic ē ille qui Romam deperditam & iā uelut ruinis obrutam reduxit ad pulchriorem formam hic eſt ille/ qui diuo Petro tā

excelſum

excelſum templum erexit.de ueſtro ſanguiue eſt/qui urbem miris ædificiis
Chriſti nomini dedicatis ornauit/baptiſmate renouatus tantum decoramen
tum & excellam dignitatem uoluit perſcribi eccleſiæ/ut pene pluſq̄ dimi//
dium Italiæ donauerit eccleſiæ. Tibi debemus O Britannia/quæ talem &
tantum produxiſti filium/qui fidem per Aſiam/per Africam per omnē Eu/ Donatio Cō imperatoris
ropam portaret inuictam.uide quantum eſt honorare parentem Rex Sere/
niſſime.Q uis enim ex tot regibus ex tot mū dıprincipibus/qui plus paren
tem eccleſiam honorarit/q̄ ueſtrum genus? Ex ueſtris deſcendit ille qui Ita/
liam totam hæreſi purgauit/qui omnem græcanicam ſuſpicionem deleuit/
qui imperiū Hieroſolymū repurgauit erroribus/q crucē Chriſti uoluit uexil
lum per totum orbem geri.O Beatam tellurem Britannici regni/quæ ſolet
hos producere filios/qui parentem honorent/augeant/illuſtrent/uiuificent
An nunc nos pertimeſcere debemus? & ſi uaſtæ unq̄ nobis minæ Tur//
canicæ inferantur/quin præualeamus? quum parens ſancta eccleſia habeat
te Sereniſſime Rex tam obſequentem filium/imitaberis o Rex ciuem illum Infideles cō
magnum Conſtantinum ueſtrum/& erecto crucis uexillo cum tuis fortiſſi/ tra.
mis Britannicis in Aſiam in Syriam & per totum orbem explicabis nomen/
Chriſti/ita ut tu hæres tantæ memoriæ tenèris.An maiorē ſublimioremq; in
armis ſperabit parens noſtra/q̄ te inuictum Regem? Ille ut memoriam æter
nam ſui nominis apud poſteros ſuos derelinqueret/urbem nobiliſſimam ex
ſuo nomine ædificauit.Atq; ut utrumq; imperium eſſet inter ſe connexum Conſtantino
illic conſtruxit ut ea urbs habenas orbis retineret.Et nunc (non ſine gemitu polis.
lachrymiſq; commemoro) eſt a fœdiſſimis Turcis fœdata/occupata/depreſ
ſa.O quæ noſtra hæc ignominia eſt & præſertim tuæ maieſtati pro ciue tuo/ Henricus rex
quæ non arma ſumat/non uires opeſq; & potentiam explicet/ut & ci// Conſtantino
uem patrimoniumq; tanti ciuis non uendiceta manibus impiorum.Proin polim.
de Rex Sereniſſime Conſtantine magne te exoratum uolunt/ut tantam ab
imperio Romano maculā deleas.te id quoq; tua ſancta parēs orat/cui tātū
tu/& maiores/& præſentes obſequium præſtant.te ipſa olim inuicta Italia/
te Europa tota rogat/ut arma capias uexillaq; tua inuicta explices. Nil tibi
maius poteſt accidere/q̄ eā redimere urbem/ubi tuus ciuis memoriam reli/
quit/q̄ imperium illud Hieroſolymum/ubi ueſtra diua Helena crucem ſan/
ctiſſimam e tenebris excauauit.tibi o Rex profecto debet eſſe hæreditarium Helena diua
Alii fortaſſe excuſationem aliquam nanciſci poſcent.tu uero nullam reperire crucem.
uales mari/terraq; potens/ingenii uiribus ualidus/præſtantia corporis for
tior/genere tuo munitior/gratia & precibus ad Deū continuo diffuſis tuæ
parentis eccleſiæ commonitus non aliud potes expectare/q̄ certam uicto// Henricus rex
riam.Meminiſſe iuuat quanta præclare geſſerint olim maiores tui magni re
ges longa ſerie uni poſt alios domi foriſq;.inter quos Arturus ille magnus in
genio & uirtute armorum/qui explicatis uexillis non ſolum Saxones fregit/ Arturus ma gnus rex.
ſed Nouergiam/Datiam/Galliæ partem/Pictus/Iberniam/Scotiā omneſq; Pictus.
adiacentes inſulas imperio ſuo adiecit. Lucium quoq; Romanorum ducem
in Britanniam uenientem cum toto exercitu deleuit/nec tantum hic erat a
morum excellentia ſummus/ſed liberalitate & magnificentia conſpicuus.

Q uippe domi luculentus inter proceres menſa utebatur rotunda/ne quid diſcrimen ex ambitione foret. Duas præcipue in his populis tuæ maieſtatis imperio ſubditis excellentias reperio celebrari/& in bello præſtantiã/& fide Chriſti pietatem/& utrumq; uſq; ad hæc noſtra tẽpora præſtitit incolume. quid illa animorum mirifica ſollicitudo? Miſerunt olim ad Gregorium Pontificem ut aliquem illuc mitteret/qui myſteria ſacra publice in templis enodaret. quum is Auguſtinum uirum ſanctitate & doctrina præditum miſit/quantam ea auxerit obedientiam erga parẽtem eccleſiam uis exprimi poteſt. Memorem ne eos qui hiſce affecti obſequiis erga honorem parẽtis eccleſiæ bonis omnibus relictis Chriſtum complexi ſunt? Ipſe Cadualdus rex magnus post tertium annum relicto regno Romam pietatis cauſa profectus/& a Cuniperto Longobardorum rege comiter ſuſceptus & Sergio Pontifice uoluit baptizari/& nomen Petri aſſumpſit/ac ibi ſanctus deceſſit/& in Petri baſilica ſepultus eſt. An memorem Iuonem illum regem parenti obſequentiſſimum? qui ſingulos Britanniæ lares diuo Petro Apoſtolo ſingulos denarios quotannis ſpondere iuſſit. Mox cænobium Glaſcon conſtruxit. Et quia neq; id ſibi ſatiſfeciſſe uiſum eſt/uoluit demũ imitari Cadualdum. ſuadente Entelburga uxore cõceſſit Romã ubi cultu Plebeio priuatus ac paup Xp̄i cauſa conſenuit. Q uid dicã de Colimpho? qui dum eſſet tam propenſus in obſequium parentis eccleſiæ relicto & ipſe regno Monachum egit. quod poſt longam ſeriem ſucceſſor Etelredus eadem ratione motus & ipſe ſe ad monaſticam applicuit uitam. quid de Offa rege ſubiungam? qui templum Batonienſe fundauit. ſancti Albani cænobium conſtruxit. An Entelbertum clarum martyrio coniugis iuſſu tolerato? an prætercam Endeulphum/qui omnia loca/quæ a proximis finitimis regibus ſubiugauerat/reſtituit? Et quod ſibi retinuit/etiam Deo ferre uoluit. qui decimas omnium fructuum Deo/beatæ ꝑ Mariæ ferri iuſſit. Romam deinde profectus ad Leonem quartum & ſecum filium Alphedrum minorem duxit. Et tributum duorum denariorum a ſingulis exactum domibus primus Beato Petro obtulit. Q uod hodie/pontificis Q uæſtoribus Britanni penſitant. An tacendus huius filius Alfredus? Q ui oxomæ literarum ſtudium inſtituit/cænobia plura conſtruxit. Q uid illam Conſonis regis pietatem aut potius pœnitentiam memorem? quum regnaſſet Londini annos uiginti/& uniuerſam Angliam/Scotiam/Datiam/Nouergiam obtinuiſſet/conuerſus ad Deum cænobia quatuor conſtruxit. Tria ordinis Sancti Benedicti/quartum Diui Enduardi regis. mox Romã ut obſequiũ parenti præſtaret profectus ingentia dona Petri baſilicæ obtulit. An ſilentio prætereã Enduardũ? qui ſanctitate & miraculis ſemper claruit. uxorem/quum duxiſſet/nunq̃ attigit. Q ui/quum matrem Euniam haberet ſuſpectam ob pudicitiam ex uictorienſis præſulis conſuetudine ablatis omnibus bonis/in Cænobiũ relegauit. uerum illa hanc infamiam miraculo deleuit nudis ſupra ingnitos uomeres plantis ambulando. quare Enduardus facti pœnitens eam reſtituit. unus Henricus ſecundus ex Auguſta genitus/etſi uir maximus/maculauit tamen illam obedientiam & obſeruantiam/quam alii erga parentem habuerunt. Q uippe poſtq̃ ſuo

Menſa rotũda.
Gregorius Pontifex.
Auguſtinus in britannia.
Cadualdus rex magnus.
Cunipertus rex lõgobardorum.
Sergius pontifex.
Iuones rex britanniæ.
Glaſcon cænobium.
Entelburga uxor iuonis regis.
Colimphus rex britanniæ
Etelred⁹ rex
Offa rex britannus.
Batonienſe templum.
Enſelbertus. rex Martyr.
Endeulphus rex.
Leo.iiii.P.
Alfredus. filius endeulphi.
Britanni penſitãt põtifici
Oxomæ ſtudium.
Conſon rex.
Cænobia.iiii. a conſone.
Enduardus rex ſanctus.
Eunia regina
Henricus.ii. rex angliæ
Auguſta mater henrici regis.

imperio addidit Scotiam/Iberiam/inſulas Orchades/Normandiam/Aquitaniã/Cenomanos/Pictauos/Vaſconiamq́/quam gloriam cæde diui Thomæ præſulis Cantuarienſis obſeruauit/quãuis facinus corã duobus legatis ab Alexãdro tertio miſſis excuſauit/tanq̃ minime a ſe iuſſum.uel ſi qd negligenter egiſſet pœnitentiam pollicitus eſt.Sed fœlix mater ſi cunctos quos generat filios ſpectabit ſapiẽtes & beatos.ager in quo plures & meliores fruges/q̃ perditas demetis ſegetes/etiam ab improbis laudatur/fœlix inquã illa patria tua Sereniſſime Rex/in qua tanti in uita proceres excelluere uirtutibus/in qua ita defuncti ſunt/ut præclariſſimis geſtis memoria hominũ uiuant. facile hæc & alia fœlicitatis uincula complicant mortales manibus/ ſi parentis mandata ſeruant. Immortalitatem tui patris maieſtas Sereniſſime Rex adepta eſt/ꝙ is dum uixit/uerum egit Regem. prudentia tanta/atq; ſapientia in rebus cunctis uſus regnum tam pacatum/tam floridum/tam tutum/tam omnium rerum copia beatum effecit/ut non alibi fortunatas eſſe inſulas homines putarent/q̃ illic ubi in medio Oceano Britannia eminet. hæc omnia maieſtati tuæ hæreditaria ſunt/quæ tui excelſitudine ingenii/ & tuæ ſanctiſſimæ animæ cõſilio ſuſtines/retines/auges/&maiora facis, Tuis omnibus & tuæ maieſtati iſtud ipſum bonum præcipue/quod parenti ſemper exhibuiſtis obſequium,pro quo tãtum per orbem uobis diffuſum eſt nomen/ut qui iſtic non fuerint/non ſpectarint/non uiderint/ſummopere tamẽ ament. hoc ego excitatus amore libellum hunc/in quo præceptum illud cõtinetur diuinum/quod tuæ maieſtatis familiæ maxime conuenit/ante tribunal tuæ ſerenitatis offero/proſtratuſq; ad terram oſculor genua/& ſummis precibus ſupremũ rogo Deũ/ut tuæ maieſtati æternã fœlicitatẽ condonet.

Thomas p̄ſul cãtuarienſis

Ager qui plures.

Henrici genitor.

Britannia in oceano.

FINIS.

Nil uoto ſuccedit/quod non annuat Deus.
Cor ueri regis diuinæ mentis ſacrarium eſt.
Nihil facilius/q̄ uerba pro uerbis reddi.
Facta pro infectis haberi nequeunt.
De mortuis etiam olim hoſtibus modeſte loquendum eſt.
Nil mortuo tacentius.
Non oportet quicq̄ legibus ſapientius eſſe.
Puſillæ uires interdum grauia mouent.
Nil fieri Deo licet inuito.
Iugum graue eſt iuuencis.
Inexperto omnia ſunt difficilia.
Mortales non eiuſdem ſortis ſunt.
Fortuna ſæpe in bonos furit.
Fortuna malis obſequendo famulatur.
Nil prius dictum/quod mente non ſit agitatum.
Ex abundantia cordis os loquitur.
Cor non habet/quod frequentius mutet/q̄ uultum.
Sunt qui maledicendo dolorem ſuum alleuient.
Difficile eſt iniuſte læſos ſemper tacere.
Iuſtæ querelæ tolerandæ ſunt.
Maximi momenti eſt conſiderare qui ſis/qui fueris.
Congruum eſſe debet habitantibus hoſpitium.
Longa oratio alienat animum.
Vir fortis haud minis tremeſcit.
Dulcis labor eſt poſt acquiſitam uirtutem.
Virtute comite nemo perit.
In humanis ingeniis debet eſſe manſuetudo.
Aduerſa patientiam oſtendunt.
Plus donat qui hilaris donat.
Non appareas coram principe uacuus.
Cibus cibo melior ſi prodeſt.
Fortuna non mutat genus.
Vetus canis non notos uexat hoſpites.
Sæpe decipimur ſpecie recti.
Primum ſignum ſcientiæ eſt/ſcire ſe nihil ſcire.
Scientiæ ſignum eſt ſcire alios docere.
Plurimum ſapit/qui ſe norit.
In cauſa propria homo ſe ipſum decipit.
Affert/& aufert omnia tempus.
Gratia principis flori comparatur.
Flos in mane lucidus eſt/in ſero tabeſcit.
Non omnia omnibus expediunt.

Abſtinens longæuus erit.
Nimis breuis obſcurus fit.
Propter crapulam multi obierunt.
Vnus quiſq; in arte ſua ſapiens eſt.
Vno tempore homo idem duobus locis eſſe nō poteſt.
Omnia opera dei bona ſunt.
Omnia in tempore ſuo comprobantur.
Melius eſt mori/q̄ indigere.
Non longe abeſt a uoluptate mœror.
Leue eſt hic uirtutis præmium requiri.
Sub fortunæ riſu latent inſidiæ.
Bonum nomen permanebit in æuum.
Nomen impiorum delebitur.
Mulierum nequitia eſt ut ueſtium tinea.
Improbus eſt/qui emit litigium.
Paruus ignis q̄ maximam ſyluam incendit.
Lingua mala ſimultates fouet.
Subita lætitia multos expiraſſe comperimus.
Meliori parendum eſt.
Non omnia data ſunt hominibus ſimul.
Sæpe homines ſpes/& opinio fallit.
Gradus condecet grandire.
Vacua non tolerat natura.
Indecens eſt ſeruo herum minis/aut dolis inceſſere.
Fames & mora detrudunt homines.
Mortui ex ſolo Dei uerbo ſurrexere.
Potentiam regum frangit deus.
Studendum eſt a noſtris amari.
Nudo detrahere ueſtimenta non poſſumus.
Non ualemus ſine pennis uolare.
Magis aliquando percipimus lingua dici/q̄ factis fore.
Non eſt accuſandus/qui facit officium ſuum.
Perdiſcimus ſæpe damno cum magno noſtro.
Quod certum eſt/non eſt arbitrarium.
Omnia pro dominatione fiunt.
Timidi eſt optare necem.
Robur membrorum/& uigorem mentis habere
ſupra mortalem eſt fœlicitatem.
Libidini & timori uix imperium eſt.
Omne generās generatū ſibi ſimile creat.
Melius eſt ocioſum eſſe/q̄ nihil agere.
Niſi ſapiens poteſt perſpicere ſapientem.
Inſectanda ſunt uitia non homines.
Officium perit/ſi gratia repoſcitur.

Bella & lites a cupiditate proueniunt.
Q ui omnibus horis ſapit/pluſq̄ mortalis eſt
Q ui male petit/a Deo non accipiet.
Omnium rerum uiciſſitudo eſt.
Amicus huius ſæculi inimicus dei cōſtituit.
Ex maſculis ortæ ſunt fœminæ.
Victoriæ Ciuilis bonum patriæ malum eſt.
Vanus non debet eſſe nuncius.
Vir galericulus non eſt probatus/nam tonſum magis eſſe decet.
Effœminati eſt quotidie radi & uti lacte aſinino.
Q uæ ſenſus mouent/opinione per ſeſum pcipiunt.
Q ui detrahit proximo/detrahit legi.
In communi mœſticia lætari non decet.
Inuidia quo auidi⁹ diuertat ñ habet/q̄ ĩ domũ pricipũ
Multa laudantur/quæ te improbata ſunt.
Meminiſſe ſe eſſe homines prudentiæ eſt.
Singuli ſingulas artes bene perficiunt.
Nullum bonum noxium eſt.
Q uod maximum eſt/nunq̄ nocet.
Ab impiis egreditur impietas.
Solicitius cuſtodiendus eſt honor.
Beneficium amici tuendum eſt.
Præuaricatio eſt tranſire dicenda.
Arbores dum ſint decoræ amplitudo commendat.
Vſus magiſter eſt egregius.
Pletunq; paruæ res maximas trahunt.
Varia ſunt hominum iudicia & uariæ uoluntates.
Suæ quiſq; inuentioni fauet.
Habet oculos iuſticia probos.
Mala emptio ſemper ingrata eſt.
Multo magis uiua uox afficit.
Rogat efficaciſſime/qui reddit cauſas rogandi.
In utraq; parte calculos pone eligens ubi uicerit ratio.
Senibus placida omnia/& ordinata conueniunt.
Q uibus induſtria ſera eſt/turpis eſt & ambitio.
Deus retribuet cuiq; ſecundum iuſticiam ſuam.
Varius eſt euentus belli.
Solus Deus eſt uerus legis lator & iudex.
Deus poteſt perdere & liberare.
Q uod ſtudioſe quis imitatur/in eius tranſit naturam.
Melius eſt incidere in manu dei/q̄ hominis.
Ferulæ aſinis gratæ ſunt.
Non eſt homo/qui non peccet.
Clare mingens non curat medicum.

Neceſſitati

Neceſſitati cedit pudor
Detur pauperi aduocatus a ſenatu.
Prauitas neq; ſe/neq; uirtutem cognoſcit.
Fallit uitium ſpecies uirtutis & umbra.
Frigida febricitantibus dantur.
Turpes ſtipulationes nullius ſunt momenti.
Virtus uirtuti contraria non eſt.
Quo ratio & ſors trahit eundum eſt.
Probæ imitationes a pueritia ſaluberrimæ ſunt.
Prohibitum eſt inſanire/& inſaniēti ſe ſimiles reddere.
Mulieres/nedum uiros/decet eſſe decentes.
Venena etiam aliquando proſunt.
Miſereri ſortis humanæ hominis eſt proprium.
Nihil magis eſt bene/q̄ bene tributa exigere.
Non omnis ætas ad perdiſcendū ſat eſt.
Sapiens nouit hominum mores.
Virtus eſt prædam a prædone capere.
Qui alterum incuſat probri ipſum ſe intueri oportet.
Conſumpta ſubſtantia pars uitæ exigua eſt.
Amic⁹ cōſiliarius bon⁹ eſt/uerū eſt optius auxiliarius.
Senatoria dignitas plena eſt moleſtiarum.
Generoſus animus contumeliam abhorret.
Ingenium potius ſuperat uerecundia/q̄ metus.
Multos uincit pudor/quos non uincunt tormenta.
Veſci cum principe honorificum eſt.
Picturam maxime umbra commendat.
Securior eſt qui innocentem agit uitam.
Anxius bene ualere non poteſt.
Quaſi in igne ſunt ſi quis cuncta habet in loco.
Habet multum iucunditatis ſoli/cæliq; mutatio.

F I N I S.

Liber Sextus Quiliarum Ad Sereniſſimum Luſitaniae Re gē Chriſtianae Religionis: ⁊ Ditionis Auguſtū De Quito Dei Praecepto: ⁊ De Clementia.

Bartholomei Contini Comitis Palatini Ad Illuſtrem Hieronymũ Perbonũ Inciſae Marchionẽ vt ſuũ opus Ouiliarũ iã edat in Lucẽ ode dicolos Tetraſtrophos.

Sæculi noſtri decus o labores
Iam tuos promas referentes æuum.
Quo magis prudẽs utriuſq; linguæ
Roma refulſit.
Prome non ultra teneas malorum
Principum culpas. trepident tyrãni
Iam ſibi uiſo lacerante nomen
Crimine multum.
Da ſimul cernam titulos in annos
Mille uicturos. Quibus æſtuoſæ
Diſplicent rixæ, fugiuntq; nubes
Criminis ultro.
Gemma quid nobis orientis affert?
Turbidus ſi quis fluuius, uel aſp
Occupat collis, uel auarus uſq;
Detinet arca.
Aureos mille cumulos in antris
Abditos quid mi renuẽs in uſus,
Eſt mihi quãdo caput ulceroſũ,
Copia confert.
Ergo q̃ primum merita fruantur
Luce fœcundi radiis honores.
Teq; iam clarũ ferat huc, & illuc
Fama per orbem.

Sereniſſimo Emanueli Luſitaniae Regi Religionis Auguſto Chriſtianae Hieronymus Perbonus Marchio Inciſae: Ac Dominus Ouiliarum Foelicitatem.

ALEXANDER Ille Macedo o Rex Sereniſſime Emanuel quũ imperii magnitudinem immenſam teneret, & ſui animi celſitudinem noſceret, ne omnibus liceret ſine decore tantã maieſtatẽ familiarius habere, edixit ne quis ipſum alius, q̄ Apelles pingeret, q̄ Pyrgoteles ſculperet, [Apelles. Pyrgoteles.] q̄ Liſippus ex ære duceret. quo oẽs admonemur exẽplo [Liſippus.] ut ſi qd ſtruimus, in quo regiũ nomẽ inſeri foret neceſ‐ [Regium nomen.] ſum, id ipſum conari debeamus fieri omni ex parte ſpectatũ, elegãs, abſolutũ ꝗ. Iccirco ueritus ſum, atqꝫ diu dubiꝰ mihi affuit animus an ſacrã tuã maieſtatẽ ad Ouilias meas uocarẽ? An tantũ excelſum nomen in his meis rudibus libellis ponerẽ? Non. n. uiſus locus cõdecens tãto ſplẽdori. Verũ. n. uero quãtũ ex alia cõſidero parte quæ tuæ maieſtati ſint or‐ [Emanuel luſitaniæ rex.] namẽta, tanto tu Sereniſſime Rex humanitatis uirtute plenus uiuis. nihil abhorres, nihil reiicis qd emanare ſcias ab affectu, ab aliqua humani animi beneuolẽtia. uſqꝫ adeo in tuo regno cũ tuis populis familiariter degis, ut nihil eſſe uideat̃ in cæteris differẽtiæ, niſi ꝙ tu uerũ regẽ magis tãta tibi i hoc [Regnũ ſummum.] p̄ſtet gloria, ut id ſummũ putes regnũ, populos, urbeſqꝫ cõſeruare in uita ſine cæde, ſine ſanguine, ſine armorũ pturbatione. Quã ob rẽ quũ hoc conſiderarẽ quãtã tua maieſtas p totũ orbẽ in cõſeruãda tuorũ uita ſit adepta laudẽ, opæpretiũ exiſtimaui libellũ hũc ad tuã ſacrã maieſtatẽ deferri. Et qa potiſſimũ eẽ mihi ſcribẽdũ tatꝰ ſum de p̄ceptis diuinis (ea. n. qcqd doctrinæ & eruditiõis i cõſpectu mortaliũ elucere põt, ãpliſſime explicãt) elegi qd tuæ [Vita conſeruanda.] maieſtati maxie cõuenire arbitratꝰ ſum qntũ ſcilicet p̄ceptũ. Nõ ſis occiſor. ideſt de cõſeruãda uita. tã tibi hoc ꝓpriũ aduenire putamꝰ, ut nõ magis cuipiã adhærere poſſit. laudent̃ alii ꝙ arma foueãt, ꝙ bella gerãt, ꝙ mari terraqꝫ cũcta pturbẽt. Tuũ tibi ꝓpriũ cõſeruare uitãqꝫ mortalibꝰ cuſtodire. ſanguinẽ ille maximꝰ impator Cyrus ſitiuit, poſtremo ſanguinẽ abũde bibit. C. Cæ‐ [Cyrus. Julius Cæſar] ſar excellẽti uir ingenio nil magis deſiderio coaluit q̄ uincere, q̄ armis cũcta ſibi ſubiicere. qua animi immẽſa cupidine & Rẽpublicã diſſoluit, & orbẽ ciuili ſanguine fœdauit. qd euenit propterea ꝙ is diuina uerba, quæ e cælo de‐ [Occiſor ne ſis o cælo.] ſcendere, non nouit. Ne ſis occiſor. Ideo mirandum non eſt ſi is illud, quod tantopere appetiit, exercuit, tractauit, in ſe poſtremum concidit. Dum Par

this frui poſſe ſperabat ferro undiq; petitus interiit. Non nouit itaq; / ut tua
maieſtas / conſeruare uitam / propterea q; altius non inſpexit. uitam enim con
Vitam conſeruare. ſeruare immortalitatem eſt adipiſci. quæ nam poteſt eſſe maior laus / q̃ re//
gnum conſeruare floridum? pace / iuſticia / rerum abundantia undiq; exu//
Regnum cõſeruare. berans? Et q; non minorem gloriam reddi poſſe arbitramur / in tãta tranquil
Ingẽia excellere. litatis fruge nihil ocii / nihil deſidiæ ſpectari. Sed cuncta ingenia præclariſſi/
Emanuel rex me in rebus cunctis excellere. O magnam & immortalem / quam tuæ ſa/
cræ maieſtati laudem poſteri recipient / q; cæteris neglectis / quæ bellico furo
rore inter nos ſæuiunt / quæ inter ſe cæteri reges diſponunt ad arma / tu no//
uos orbes requiris / tu nouas inſulas reperis / tu incognita uaſti Oceani dete
gis. O beatum tuum a Deo immortali tibi talem infuſum animum / qui ui/
res tuas / potentiamq; ad hæc peragenda pro uita hũmani generis / pro Chri
ſti fide / pro propagando ueritatis lumine / pro euitando illud horrendum /
& aſperum dictam ne / ſis occiſor / penetraſti ad Indos / & in Ethyopum re
ceſſus tua inuicta ſigna deportaſti / nomenq; Chriſti diſſeminaſti. Hæc ſunt
Sereniſſime Rex / quæ animum mouere meum / ut ne te meis præterirem
libellis. Et ſi tenui calamo mihi diuæ ad ſint camœnæ / tamen audebo pro tua
immenſa humanitate ad tuam ſacram maieſtatem adire. Quis hæc tam ob/
ducto ingenio paratus ſi norit / poſſit a calamo abſtinere / quin tui animi præ
clariſſimas dotes & corporis excellentiam non ſcribat / non laudet / non ad/
miretur? Qui tanto beneficio humanũ genus affeciſti reperto nauigandi
per Oceanum nouo ductu. Vnde tantæ opes / tantaq; rerum copia chriſtia
Nauigandi nou⁹ duct⁹. nis omnibus effluit. adde q; ex eo cum exteris gentibus & Barbaris cõmer/
tio incipit per ignotas mundi plagas / & remotiſſima orbis littora Chriſti fi/
des cognoſci / & haberi. hæc gratia & munus tam excelſum non aliunde ef
fuſum eſt tibi O Emanuel Rex q̃ a Deo immortali. Proinde ad te accedo
cum hoc munuſculo / uelut ad illum / qui ſupernæ gratiæ eſt particeps / ut
ad tantæ maieſtatis portum profectus gratiam & ego tuam / & beneuolen//
tiam indipiſci poſſim. Quæ mihi inter cæteras mundi res / quæ mihi con/
tingere poſſent / gratiſſima ſemper erit. Lege hilari fronte Rex Sereniſſime.
ſpectabis hic / quæ tuæ maieſtati maxime conformia ſunt / ut noſcant cæte
ri quantum Deo ſit gratum uacare his / quibus tua maieſtas cum maximo
beneficio chriſtiani generis uacat / Et ita lege ut Hieronymus Perbonus
cum ſuis liberis / qui tanto tuæ maieſtati afficitur ſtudio / quanto cuiuis al/
teri uiuẽti. bene & fœliciter ualeat tua maieſtas cum incolumitate regni tui.

Hieronymi Perboni Incisae Marchionis: Ac Domini Quiliarum Liber Sextus

Ad Sereniſſimum Regem Luſitaniae Emanuelem De Uita Conſeruanda: Hoc Eſt De Mãdato Quinto Dei imoꝛtalis. S. Homo Hominẽ Non occidat.

VANTO ſtudio humana uita ſit nobis cõſeruãda Rex Sereniſſime Emanuel ex eo coniici poteſt / ꝙ Dei prouidẽtia hoc inter cætera antiquæ tabulæ aſcribi uoluit. Scripſimus nos de optimo principe / de uera religione / de ſacra militia / de excellẽtia chriſtiani nominis / de honore parentũ / & ita ſcripſimus / ut ea quæ uiſa ſunt præmonẽda / non tacuerimus. Nunc de uita / quantum ingenii imbecillitate potero mei / ad tuam maieſtatem oſtendam q̃ inhumanum ſit / opus naturæ ſine ratione perdere. Quid principum optima ſcita / quid aræ / quid Deorum immortalium / & ueræ religionis cerimoniæ / & ſacra militia / & excellentia fidei / & apparatus honorum in parentes prodeſſe poſſunt / ſi uita non conſiſteret / ſi uita nulla foret? Ideo mandatum eſt homo hominem non occidat. An feræ ille ſimilis occiſor eſt? an peior quacunq; beſtia dicendus / qui ex compoſito uitã hominis abrumpit? Lupus inter rapaciſſima animaliũ prim⁹ a nece lupi natura impellẽte abſtinet. homo miſer hominẽ ꝑdit. Truculentior tigride / uiolentior torrẽte / atrocior leone / qui cõtra ius / faſq; craſſatur in humanũ ſanguinẽ. is profecto uiolatis naturæ legibus a mortaliũ fœdere abdicandus eſt / tanq̃ hominũ ſocietatis ꝑfidus hoſtis / naturæq; ꝑditor. nõ alio præcipitandus / q̃ in baratri profundũ / ſi obuerſa utrunq; alterũ diiudicant. cecinit ille ſummus uates / impollutos a ſanguine manibus eo aſcenſutos ubi ſacraria immortalis Deus poſſidet. Nil magis oculi / nil magis aures reformidant uiſu / audituq; / q̃ crudelitatis ſpectacula. An habet acerbius in ſe obuerſum humanitas / q̃ crudelitatem? ꝙ homo occidat hominem / quid dici poteſt ſceleſtius? Neq; tam paratũ ſcelera alia ha-

Vita conſeruanda.

Naturæ op⁹ perdere.

Homo non occidat.

Homicida peior.

Lupus a nece lupi.

Homo hominem.

Impi⁹ ad ſacra.

Crudelitas formidatur.

Humanitas crudelitatem

Crudelitas. bent ſupplicium q̃ crudelitas/ neq; ſentiunt promptius aduerſum numen.
Crudeles crudelitate ſua. ſæpius hoc iraſcente/qui aliis incutere crudelitatis facinus intenderant/in ſe
Megarenſes. ipſos acerbiſſime paſſi ſunt. Megarenſes a leonibus laniati ſunt/quos nimia
Perillus. crudelitate adacti in aduerſarios ut deuorarent/emiſerant. Et Perillus Athe/
Phalaris. nienſis dũ crudelitati Phalaridis Agrigentini ſubminiſtrare conat᷑/ fabricata
ex ære uacca in qua reus incluſus ſubiectis flammis torqueretur/ipſe prim⁹
Crudelitas uitanda. ſuæ artis experimẽtũ inuentæ crudelitatis paſſus eſt. uitandũ proinde nõ ſo
lum ipſum horrendũ ſcelus/ſed quælibet crudelitatis occaſio/ ne exinde ue
Homicidia diuerſimode. lut fœtus pullulet/aut ex radice ramificetur. multa contingunt diuerſimode
fieri homicidia/ſi quis ſpectet languentẽ/ac iam paulatim in mortẽ labi/nec
opẽ/ſi poterit/ferat/utiq; occidit. Durus mehercle/& atrox illi ineſt animus
qui nullo pietatis exẽplo mouetur. iam homicidã in ſe nutrit. pari ratione cõ
creſcit ille/qui materiã inſtruit/ut alii in crudelitatẽ exercendam cõcurrant.
Quod nullum ex induſtria animaliũ facere uidemus/ut iam illud uero ue/
Homo homini pernicies rius approbetur. homo homini pernicies. qui etſi nulla interſit occaſio/ ipſe
tamen aliquã excogitando præparat. Duo auaritiæ colluctationes maximũ
Meũ: & tuũ præbuere homicidii fomentũ. id meum/id tuum/quantas mali clades huma
no generi uix exprimi poterit. hinc bella exorta ſunt/& populi aduerſus po/
Homicidiũ introductũ. pulos inſurrexere/& reges aduerſus reges maximos edidere conflictus. his
aliiſq; modis homicidium introductum eſt contra immortalis Dei mãdatũ.
quare qui tantã effuſionem ſanguinis fecerint/operamq; ad perdendam ui/
Homicida non uno ſupplicio. tam dederint/non uno ſupplicio digni ſunt. ſed neceſſe eſt de culpam ſubeãt
pœnam propterea ꝙ id/quod uitã deſtruit/maxime reperiere. Iccirco ſapien
Emanuel rex tiſſime facis O Rex Emanuel Sereniſſime/qui poſt habita/& abiecta perdẽ
di uitam occaſione/& materia/ ad ea conuerſus es/ quæ tibi gloriam im/
mortalem pariunt/ & tuis populis ſecuritatem uitæ diſponunt. nemo eſt
tam excelſus Rex/ qui ad hæc tua officia quicq̃ habeat/quod conferri poſ
ſit. illi alia quæritant quæ fomenta mortis ingerunt. tu uero uitam auges/
uitã nutris/& omnibus quæ ad uitã conſeruandã faciunt/mirifice das ope
ram. Quid illa tua per omnes urbes populoſq; mirifica iuſticiæ norma?
ita paſſim & per cũcta loca uis iuſticiæ faſces uireſcere/ut nihil ſit quod exo
riri poſſit ad deperdendam uitam. Quid illa omnium tuorum magiſtra/
tuum in gubernandis gentibus modeſtia? Vis ſicut tuus eſt ab omni la
be remotus animus/ ſic alii per cuncta tui regni loca conſeruent omnia/
quæ uitæ monumenta faciant. Quid illa tuæ prudentiæ parata negotia/
quæ non ſolum intra tuas urbes magnifice eminent/ ſed per totum or/
bem diffunduntur/& explicantur? uere Rex magnus es/ qui his mori/
bus Deo immortali ſis q̃ ſimillimus/ ille enim uitam produxit donum
mortalibus pretioſiſſimum. Tu conaris omni uirtute/ omni ingenii indu
ſtria tuos conſeruare. Ille uetuit ne Homo hominis ſit occiſor. tu omnem
perdendi fomitem e regno tuo diuellis/ & extirpas. Sedas cuncta. pacem
corroboras. amicitiam undiq; conquiris. foris nulla bella moues. in excel
ſa tranquilitate regnum cuſtodis. O uere Dei immortalis imitator. Ita tibi
non forte ſed quodammodo diuinitus eſt ab initio inditum ſacratum no/

men

men. Deus enim tibi continuo adeſt/propterea ꝙ pacis fruges apud te cre/
ſcunt. iuſticiæ ſplendores undiq; fulgent. prudentiæ opera extant. fortitudi/
nis conamina eminēt. tēperantiæ firmamēta extollunt. in ore tuo frequenter
reuoluitur illud/quod antiquis dictum eſt. nō occides. qui autem occiderit/
reus erit iudicio. in multis locis decreta præſtant ꝙ pro homicida pene is ha
betur/qui nulla legitima poteſtate munitus in alterum euaginare enſem au/
Occidendi animus.
det/etiam ſi ſanguinem non effuderit. tantus ineſt ſuſpicionis uigor. Sic ille
hoſtis humani generis dæmon/qui etſi non gladio utatur/nec ferro ſit ac/
cinctus aliquo/nos ſuadendo in facinora & homicidia q̄ peſſimus habetur.
Homicida dæmon.
cui q̄ ſimillimi ſunt ii/qui proximos ad ſcelus impellunt. ita ſcriptum eſt. ho
minum dentes eorum arma/& ſagittæ linguæ eorum/propterea ꝙ omnis
iniquitas/& oppreſſio/& iniuſticia iudicium ſanguinis eſt. præſtantes cau
ſam homicidii pari pœna puniuntur. ita a ueterum conſilio occiſores circum
Iudiciū ſanguinis.
ſcribuntur. Si quis incitat iniuſtum bellum/ſi quis uiri generationem im/
Homicidio auxiliū præſtans.
pedit maleficio/aut præuerterit modum/ſiquis criminoſum occiderit/nō
habens publicam adminiſtrationem. At is ſane pluſq̄ homicidia eſt/qui ſi/
Bellum iniuſtum incitans.
bi ipſi mortem conſciuerit. Tantum diuina id lex abhorret/ut humana ſan
cierit/ut eius bona uoluantur ad fiſcum/ſepulturam in ſacro non ſortiatur/
Generationē impediēs.
pro eo eccleſia orando non laboret. ad iudex/ſi ſuis utatur faſcibus/ſi quē
Mortem qui ſibi.
ſuſpendio/aut aliquo mortis ſupplicio in necem dederit/homicida non eſt
propterea ꝙ non ipſe/ſed lex occidit. ꝙ ſi quis parcit/operamq; ſtruat/ut
Iudex non homicida.
ille e iuſticiæ manibus euadat/legum contemptor efficitur. neq; is homici/
Lex occidit.
dæ loco tenendus qui malos perdit auctoritate principis. patres noſtri amo
Homicida q nocentem.
re iuſticiæ occidendo merebantur. neq; is homicidii reus habetur/qui furio
ſus in dementiam decidat. Satis enim furore ſuo punitur/niſi interuallum
furoris habeat. Habet gradus ſcelus in pœnis. Si quis occiderit ſocium/ſi
Furioſus occidens.
ſacris initiatum/ſi parentes/ſi uxorem/ſi principem. At coacti pro tu/
Homicidii diuerſitas.
tanda uita/quia uim ui repellere licet/homicidii crimine non tenentur.
Vim ui.
Si quis infidelem occiderit iubente imperatore non efficitur homicidii re/
Occidens infidelem.
us. Imo ſi mandatum contempſerit/pro deſertore habetur. Homicidæ quo
q; maximi omni ſæculo tyranni & impii habiti ſunt/& direptores urbium e/
Homicidæ tyranni &.
uerſoreſq;/& templorum/ſacrorumq; ſpoliatores. Sic omnes/qui non
uitam non pacem/ſed belli furores/& hominum perniciem malunt. im/
Homicida annibal &.
pius & crudelis inter hos habitus eſt Annibal/qui multa fœde/immani/
Crudeles g.
terq; commiſit. Sic Dionyſius ob animi impietatem nihil nefandū aut cru/
dele ommiſit. Quæ peiora fuere monſtra q̄ Scylla/& Marius? Quid cru/
delius dici poteſt Marco Antonio/qui in caput Romanæ eloquentiæ ſæ/
uiit. Debuit hoc tantum non licuiſſe nefas. Incendium patriæ Catili/
na parauit. Quid Caius Fimbria/quid Tiberius/quid Domitianus/Ca/
ligula/Seuerus/Commodus/Heliogabalus? quæ tam ferina anima/
lia/his potuere reperiri ſimilia? quid de Herode impio dicam/qui cæ/
de & ſanguine tanto infantium fœdatus ut perderet datorem uitæ/an in/
ter homines connumerari debeat? Nero ſequutus eſt/qui Romæ pri/
mus chriſtianos atrociſſimo mortis genere/& ſupplicio affecit. duo lumina

noſtræ teligionis extinxit/ac per omnes prouincias tanta noſtros proſequu/
tus eſt clade/ut tellus pene cuncta ſit Chriſtianotum ſanguine oppleta. ho/
rum fortaſſe crudelia facinora uix fient nonnullis credibilia. neq; tanta fu/
iſſe animus quandoq; meus dubitaret/niſi hiſce paucis annis ſimilia/& ma
Odonus. iora hic proximis locis ſpectaſſemus. Odonus enim/qui Inciſæ tyrannũ ma
ximum agebat/neq; ſcelus aliquod horrendum/& immenſum/quod illic
non exercuerit/ommiſit. teſtamur conſcientiam/quum hæc reminiſcimur/
quæ a Chriſtiano homine aliena eſſe debent/ꝙ immanitatem eius/& ſcele/
ta piget referre. Tametſi non eſt adeo uniuerſi orbis tam remotus angulus/
tam puſillæ ciuitatum plateæ/tam remoti uiuẽtium receſſus/q huius plene
non hauſerint facinora. cuius ſcelerum magnitudine/& rerum crudeli atro/
Violentum ruiturum. citate non ſunt tam aſperæ & duræ aures/quin audiendo ad pietatem non
commoueantur. Sed nihil eſt tam crudele/tam uiolentum/quod idem non
ſit cito ruiturum. Ita eius crudelitas prouocauit Dei iram ad manifeſtatium
Crudelitas quid. excidium. Eſt enim crudelitas nihil aliud/q̄ atrocitas animi in miſeros mor/
Crudelis iudex non. tales. neq; iudex crudelis nomen nanciſcitur/ſi hos ſceleratos iugulat/& aſ/
pere punit. At is qui nutrit animum continuo nocendo/defraudando/hos
& illos deuorando pauperes fœnore/etiam tacendo uorax nomen crudelita
Fœnerator crudelis. tis ſubit. ſapienter ſcripſit diuus Hieronymus/ꝙ ſicut pietas ſurſum leuat ad
Pietas ſurſũ. Deum/ita deorſum crudelitas in tartarum deiicit. Iccirco q̄ maxime debet
conſiderare homo unde nomen traxerit. proinde ſcripſit Ariſtoteles Alexan/
dro. parce effundere humanum ſanguinem/quia hoc illius eſt qui nouit ſe/
Humanus ſãguis. creta cordium. non parcit crudelitati eruditorum hominum calamus. omni
Crudelitati calamus. enim tempore huiuſce genus hominum infamant/deturpant/proſcindunt.
uere crudelis erat Mezentius/cecinit Poeta noſter. Mortua quinetiam iun/
Mezentius. gebat corpora uiuis Componẽs manibuſq; manus/atq; oribus ora. Ideo ut
tantum ſcelus omni tempore euitare poſſimus/ab his quæ incitant crudeli/
Crudelitatẽ quæ incitant. tatem/cauendum eſt ira/commotio/iraſcentia/indignatio/fomenta crude/
litati ſuggerunt. Ideo præceptum ſcriptum eſt nobis. ſit omnis homo uelox
Homo ad audiendum. ad audiendum/tardus ad loquelam/tardus ad iram. punitur enim acerrime
Homo ad iram. a Deo ira. Non ea tamen/quæ eſt in iudicio rationis abſq; animi commotio/
Ira. ne. hac enim Dominus puniens malos iratus dicitur. Sed ea atrox intelligi/
tur ira/quæ refugit iudicium rationis/quæ frequenter in iniurias/in oppro/
bria/in contumelias/in homicidia ruit. hac præuaricauit Saul/qua inuolu/
Saul. tus nihil ultra cernebat/q̄ ultionem/q̄ cedem/q̄ homicidia. Sic enim ira dum
creſcit/dum fit diuturna/parit odium. odio uero parto iam incipit eſſe homi/
cida/quia ſe interficit/& ſpoliat ſe uera libertate. Sic magnus Auguſtus per/
Auguſt⁹ lites. ſcripſit in regula. lites aut nullas habeatis. aut q̄ celerrime finiatis ne ira creſcat
Trabẽ de feſtuca. in odium/& trabem faciat de feſtuca/& animã faciat homicidam. Proinde
Sapiens ad iram. ſapiens omnia præcidit/ne in iram cadat. Si tamen ad iram prouocatur/ſe ſe
componit cum manſuetudine/propterea ꝙ præmonuit Salomon/ut reſpõ/
Sermo mollis & durus. ſio mollis frangit iram/ſermo durus ſuſcitat furorem. Hæc eſt tua maxima
Emãuel rex. Laus Sereniſ. Rex Emanuel. Ita ad cõmotionem es remotus ut huiuſmodi
affectus tanquã mancipia uidearis defringere & conculcare duobus impri/
mis

mis uirtutum ramuſculis annixus iuſticiæ.ſ.& miſericordiæ. propterea neq; ira prope miſericordiam / neq; furor locum reperit. Quamobrem non ſolum ualetudo curanda eſt/ſed radici euellendæ bonus medicus incumbit. Eſt enim radix ira homicidii. Sic enim commotio/ſi fuerit feruentior/profecto ad iniqua/& flagitioſa nos rapit. uiolentior enim ignis plus inflammat/ exuritq;/q̃ calefacit/& pluuiæ immodicæ atq; intemperatiores demergũt ſata meſſemq; ac fruges plus corrumpunt/q̃ foueant/& corrigant. auget commotio in uiro doloſo/impio/& crudeli ſanguinem & humanitatem deperdit. & ſicut uapor & fumus præcedũt ignem/ita maledicta/& contumeliæ/ & iræ minæq; præcedũt homicidia. Iccirco apud ſapientes ſemper ſermo mitis eſt/grauis/conſtans/modeſtus/humanitate redundans. quæ aperte inimica ſæuitiæ habetur. quæ & grata Deo & hominibus ſemper exiſtimata eſt. Eadem eſt conditione/& maiore humilitas qua nihil eſt tam rigidum / tam crudele tam inhumanum/quod ad beneuolentiam non trahatur. illa nõ paruis laudibus extolit illuſtres uiros. hæc Paulum Emiliũ / hæc Cæſarẽ / hæc Cyrum/hæc Titum Veſpaſianum / hæc Traianum/hæc Scipionem illum Africanum. & poſtremum nullus tam uere rex fuit/& princeps/qui non fuerit humanitate decoratus. Sed quid hos ego commemoro/quum ueri Chriſtiani officium ſit meminiſſe de his/qui uera nobis uirtutum exempla reliquere? homo ſi decertatoribus noſtræ fidei oblitus eſt/ſi de Apoſtolorum ſapientia/& morte mentem alienam nutrit/ſi de redemptore humani generis obliuionem & tenebras in animam induxit/quis hoc miſerrimo homine crudelior/& ſæuior repiri poteſt? profecto homo inter cuncta animalia animal ſæuiſſimũ ſui ipſius generis extinctor & enectot omni ſæculo habitus eſt. in cæteris mirum eſt quanta diligentia utimur. ne ſemina degenerent/delectu/ & opera ſatagimus. ſimul/ut arborũ generoſitas conſeruetur / inſitione/& cultu procuramus. at in genus noſtrum ita ſæuimus/ita furore perciti utriq; in alteros irruimus/ut omnia inſtrumenta reperiamus/q̃bus ſtrages/uaſtitas/incendia/ruinæ/proditiones/& rapinæ in medio afferantur. quid/neq; parentibus filii/neq; fratres fratribus/affines affinibus tutam reſeruant fidem. & in omne crudelitatis ſcelus dilabimur. an peius dici poteſt/an ſceleſtius excogitari / quum neq; homo in eum rerum opificem / & uitæ datorem cæde potuit abſtinere? qui pro humana ſalute hac pelle circũcinctus ignominioſo mortis genere affectus eſt. & q; natura abhorret / inter ſceleratos reputatus/afflictus innocens in exquiſitis cruciatibus depreſſus ẽ/ut hominum lueret ſcelera/maculaſq; noſtras ſuo lauaret ſanguine. Inciderunt in hæc ſumma ſcelera Iudei impii & interfecere uitam uitæq; datorem. ꝓpterea q; obtenebrati ira & odio uicti ſupra omnes homicidas effecti ſunt peiores / atq; omnium mortalium deterrimi. Proinde ad clementiam & manſuetudinem natus per hæc ſcelera / quum homo hominis eſt occiſor / ſit beſtiis magis ſimilis / quam homini. Ira profundius ferit / quam ferrum. per hanc Saul qui primus rex in Iudea fuit / in filium Ionatham præceps ruit. per hanc in Danielem multifariam ſæuiit. per hanc & Abimalechus Gedeonis filius ſeptuaginta fratres crudeliter peremit. Sichemitas

Iuſtitia & miſericordia

Homicidii radix. Commotio

Ignis violẽtior. Pluuiæ immodicæ. Fumuſ ignẽ.

Homicidia quæ pcedũt. Sermo ſapientis.

Humanitas. Humani q̃ fuere.

Homo crudelior.

Chriſti paſſio ab hoĩe.

Iudei impii.

Abimalech gedeonis filius.

agreſtibus intentos operibus ſine diſcrimine paſſim trucidauit.urbē diruit
atq; in ea ſal ſparſit pro ſemine.profugos ad templum/uelut religione tu//
Ecelinus. tos igne uſq; ad unum necauit. His Ecelinus ſimilior. Etſi inter Chriſtia/
nos unus/oblitus tamen diuini mandati/homo hominem ne occidat/in Eu
ganeis circa Taruiſium ita tyrannide ſæuiit/ut caſtrandis pueris/uitiandis
uirginibus/ſuccidendis matronarum mammis/uteris prægnantiū exſecan/
dis/partubus extractis in ignem coniiciendis/non abſtinuerit.an melior hic
Diomedes. Buſiris. Diomede/& Buſiride? Qui humanis carnibus quadrupedes pauiſſe dicū
Phalaris. tur? an Phalaride cum tauro igne miſcente? Sed quid ego hec ueterum te/
ſero ad tuam ſacram maieſtatem.poſſet aliquis quando hæc remotiora ſunt
a præſenti memoria putare eſſe poetarum fabulis conficta/quum his pau/
cis ante annis/his ſimilia/& peiora uidimus/quæ patrata ſunt a ſceleratis mi
Milites nūc in italia. litibus in Italia.Qui ſub prætextu militiæ omnia crudelia facta & dicta ſu/
pra omnia ueterum ſcelera exercuere. Tanta ab his ſunt hic relicta ſcelerum
ueſtigia/ut nihil probitatis in Italia remanſerit.Et qui armis præualent eē po
tiſſimum tendunt/ut nihil priſtinum robur præluceat.& qui morbo/fame/
peſte/ferroq; non ſunt abſumpti/fiant imbecilliores ingenio/& rerum inſcii
pertremiſcant ad omnem belli motum.itaq; his/quæ a uario hominum gene/
re paſſi ſunt/depreſſi ad terram & omnibus ſpoliati opibus uix audent ocu
Emāuel rex. los ad cælum tollere.o fœlix tua patria Rex/quam tu tua ſapientia fœlicem/
& ab his ſceleribus tutam feciſti. Nos hic cauſa tanti ſumus mali. diuerſa/
rum factionum ſtudioſi alias & externas nationes ad noſtrum ruentes exci/
dium prouocamus.proinde beatos tuos populos eſſe dicimus/qui tanto re
Italiæ mala gimine tuti/qui ſub ſacra tuæ maieſtatis bonitate uiuentes/quæ ad uitam/
quæ ad diuinum ſpectant mandatum/potiſſimū procurant.Non iſthic hæc
ſpectantur monſtra/quæ per omnes fere Italiæ urbes.quotidie emergunt/
& uagantur doli/exactiones/grauamina/impietatis prodimenta/inſidiæ/re
belliones.in quas/etſi ſumma miſericordia fore exiſtimabitur/ſi in hæc/&
impios quoſq; ſubitum ſumeretur ſupplicium. tamen maior pars horum/
Luſitania fœlix. aliunde emanat.quod pro modeſtia tacendum arbitramur.Beati tui colles/
o Rex Emanuel Sereniſſi.beati montes/iuga/planities.beatæ urbes/oppi/
da/rura/ſyluæ/hortus/littora tua hæc quietiora/& illa finis orbis ora/ubi
Iacobus apoſtolus. uelut cuſtos numeri diui Iacobi incubat.In quibus nihil eſt ob tuam diui/
nam moderationem quod populi horreſcant.Et ſi quid quandoq; in pau/
Emāuel rex. Clementia. cis contingat mali flagitiiq;/tua ſedat clementia crudelitatis aduerſatrix.quā
in te præſertim uno admiramur & colimus/quæ te Deo maxime efficit ſi/
milem.cuius proprium eſt benefacere/& parcere.Inſitus eſt enim tuæ ſacræ
Dei propriū maieſtati ex natura miſericordiæ affectus.qui tum uidendo/tum audiendo/
maxime commoueris.ob quam diuinæ uirtutis gloriam magnopere princi/
Facinoroſi conuicti. pes hi laudādi ſunt.quæ & ſi aliquid detrahit fulgori iuſticiæ/ſeueritatiq; ob
publicum pietatis officium/ut facinoroſi conuicti ſcelere/poſſint quotum
uelint defenſione/& patrocinio uti/qui publice cauſam ſuſcipiant/ne inde
ſenſi perire uideant/uirtus tamen non alia paſſim eſt dicenda/q̄ diuina.quæ
etiam mandat/ut huic hominum generi in aliquo gratificemur/quando ꝓ

magno peccato / paulum ſupplicii ſatis eſt clementi. Iccirco ſapientiores re/
ges / ut tu es Sereniſſi. Emanuel / non ſæuiunt / ſed leuiter cum maxi/
ma grauitate puniunt delinquentes. Tam gratus eſt Deo miſericors / ut
non longe ab eo abſit unquā / qui miſericordiæ radiis ambitur. Iccirco præ
dicatum multis / non minus eſſe decorum / hoſtem clementia / q̄ armis
uincere. habet clementia partes / quæ ſemper maieſtatem cōſequantur quā
do nihil eſt / quod magis intueatur uitam / q̄ clementiæ oculus. Hæc eſt
dubio procul principi cuiuis tutiſſimum p̄ſidium. aberrant qui hac abiecta
diuitiis / & armorum potentiis confidunt. profecto nihil regibus conduci/
bilius ad tutelam urbium beneuolentiamq; populorum conſeruandam / q̄
ſecum continuo gerere clementiam / & pietatem. Mouent ſane hæ duæ ſo/
rores cælum / cæliq; numen. Hunc / uelit / nolit / ad terram trahunt. diuertit
Moſes ſua pietate excidium a populo / quod eminebat. eſſetq; ille medio de/
ſtitutus itinere / niſi magnus uates pietate motus repuliſſet impetum. plus
quandoq; retinet unius regis pietas / & animi intenſus affectus numinis be
neuolentiam / q̄ populi totius ſcelera uindictam prouocent. nō una ſūt Da
uidis exempla pietatis in ſuos / quibus ingentia ſunt a regno / aberuncata
mala. Sic iſte tuus pietatis tenor Rex Sereniſſi. tantum poteſt apud De/
um / ut non ſolum in regno tuo omnia Deus permittat / quæ ad copiam re
rum / quæ ad tutandam faciant uitam / quæ ad pacis / & tranquilitatis fir/
manda fundamenta ueniant / ſed immenſam diffundat gratiam / ut tui per to
tum orbem ſint uoti compotes in ſuperandis inſulis / in inuenieudis mun/
di nouis regnis / ædificandiſq; in remotiſſimo cælo urbibus. o fœlicem tu/
um iſtum affectum Sereniſſi. Rex quo terram gentes populos etiam ipſum
cælum in tui amore retines. Hæc eſt illa ergo pietas / quæ maximos regibus
parat theſautos / quæ ingentes ab omnibus excitat amores / quæ tutum ab
omnibus inſidiis reddit regnum. Proinde gaude Rex ſapientiſſime / quia il/
lic perſeuerat tutando deus defendendoq; / ubi pietas miſericordiaq; perpe/
tuo ſedent. & ſi hæ a latere lateant / memoria tamen pii principis animuſq;
oſtendit. nā ꝓcul abeſt / quū iniuriarū notā abiicit / bn̄facieṉdi / cōferēdiq; gra
tias cōuocat uſum. ſic ē ꝓfecto princeps māſuetudīe / magis & clemētia / &
miſericordia ſui incolumitatē adipiſcit / q̄ crudelitate / & ī ſæuitia / modo hūc
modo illū occidendi ſeuerus. Nihil ē quo nō penetret / & uincat pietas. reliq̄
nāq; uirtutes laudē cū admiratiōe / pietas uero nō ſolū admirationē ſed ma/
ximos excitat amores. Aeneas iſignis pietate fuit / ob ea magis legētibus opꝰ
illud Marōis p̄clariſſimū amorē acq̄rit / q̄ ob excellentiā armorū. prima / non
dubiū / ac optima rerū natura pietatis ē magiſtra. capiunt pietatis officis mi
rū īmodū animi populorū. crudelitate uero / & ui / & minis aſpitateq; regēdi
deuiāt ab amore. nō uerec̄ clemētiſſimus pīceps / ēt infimis / & ſordidis hoī/
bus pietatis officia diffundere. Tanta ē clemētiæ & pietatis fortitudo / ut per
hāc hō maxime mādatū hoc dei enixiſſime obſeruet. Ne ſis occiſor. quæ nā
poſſunt melius obſeruare / q̄ clemētiā / & pietatē? ille Rex magnꝰ ꝓfecto ē ha
bendus / q mandatū hoc p̄cipue cuſtodiēs / ab hūani ſanguinis effuſiōe ſum
mope abſtinet. Is uolēte ſūmo (ꝓpterea q hæc pietatis officia ꝓpriꝰ ſpectat)

Clementi ſa/
tis.
Reges non
ſæuiunt.
Miſericors
deo gratus.
Hoſtem cle/
mentia q̄ ar/
mis.
Clemētia tu
tiſſimū præ/
ſidium.
Principibus
conducibile.
Clemētia &
pietas.

Moſes.

Regis probi
tas q̄ popu/
li delicta.
Dauid.
Emāuel rex.

Deus tutat.

Princeps cle
mētia magis.

Pietas.

Aeneas pius

Natura pie/
tatis magi/
ſtra.
Populorum
animi.

omnium tranquilitate rerum.ſua regna poſſidebit/fietq; longa in filios ſuc/
Emanuel rex. ceſſio.longe aberrant illi o Rex Emanuel ſapientiſſime/qui potentia ſua fre
ti/conſilioq;/armis/equis/opibus/in grauiſſima facinora dilabuntur arbitrā
tes nihil ſupra ſe eſſe/quod obeſſe poſſit.ſed ſapientius lōge ab his remotus
es tu/qui cogitatiōes mētis tuæ in eum reiicis/qui regum corda ampliat/&
conſtringit.Beata tua mens/quæ ab initio adoleſcentiæ tuæ ita Deo iforma
ta/ut nil quicq̄ moliaris/quod prius non ſit reſperſum cōſilio diuino. Illud
tibi nunc proponis gaudium.illud tibi proponis ducem/datorem omnium/
Regib⁹ male defenſoremq;.male mehercle cum regibus agitur/qui parum/aut nihil in re
bus agendis de Deo cogitant.Ideo non miramur/ſi in eorū regnis multa fa
Vitam poſt hanc. cinora impune uagantia ſpectamus/quando non ultra cogitāt.ſint poſt hāc
uitā præmia uirtutum.ſint ſcelerum ſupplicia/ſapientiſſime facis/qui hæc e
tuo regno uitia propellis/qui præſertim occiſores hominum/nō alis/ſed cū
cta quæ uirtutū fomenta ſunt/conſeruas/& defendis.Iccirco propter hæc
tua ubiq; magnitudo animi/& magnificentia/laudatur. potentia/& gloria/
& uictoria/& pietatis actus ab omnibus memorantur.& quantum ſis acer/
rimus hoſtis uitiorum/paſſim ſcitur.neq; eſt quod ꝑpe te/aut in familia tua
Homicida ē ſodomita. ſcelus aliquod locum reperiat.non crudelitas/non impietas/non contra na/
turam ſcelus/quod homicidii ſpecies apud catholicas cenſetur.quippe non
minus is eſt homicida/qui hominem perimit naſciturum/q̄ qui natum e me
Crudelitatis impetus. dio tollit.audacior quidem/qui præſentem abrumpit uitam/crudelior au/
Regem infamant. tem/qui lucem inuidet naſcituro. Nobiliſſima prodidere imperia continui
crudelitatis impetus/qui neq; ſine maximo regum opprobrio exercentur.ni
Homicida afficitur. hil enim magis nomen regium infamat/q̄ exquiſita ſupplicia.ſat eſt cum me
rentur hominum occiſores/ea/quam ſanctæ conſtituere leges/pœna affici/
antur/licet maius reperiatur in his ſcelus/q̄ paria poſſint his acciri ſupplicia
Ingratitudo propter ingratitudinem/quæ omnium uirtutum fontes deſiccat.Homo enī
Homo hominem. quum a Deo factus ſit homo/& ea excellentia formatus deſtruit hominem
Dei opificii immemor/in omnem & extremam ingratitudinem incidit.Pro/
inde qui uitam fouendam ante oculos procurat/quod eſt exquiſitum man/
datum Dei/homo ne hominem occidat/mirificus/& gratus/& beneuolus
Homo deo gratus. Deo efficitur.multis enim modis miſeri mortales in nomen homicidæ dila/
Homicida multipliciter buntur:Qui enim non ſuccurrit quandoq; pauperi/& ea ceſſatione perit/
proculdubio interficit.ſic habet tua excelſa gloria Rex Sere.atq; per omnes
Emanuel rex. mundi partes diffuſa/q; mitis es/q; miſericors/q; beneficus erga pauperes.
Quapropter non mirum eſt ſi Deus/ſi quas habes labeculas/pro his tan/
tis uirtutibus negligit/& poſthabet.nec tantum ignoſcit ſed omnia tibi uo/
to ſuccedere ſinit.Sic uates ueteres cecinere.eleemoſynam ita cōcurrere ad
ſcelus abolendum/ſicut aquam ad ignem extinguendum.Te fœlicem regē
omnes habent/& exiſtimant in tuo regno ſedentem non ſine celi accolis cir
conſeſſum.Hi ſunt/qui regnum/qui tuos duces/qui tuas claſſes/arces/
urbes/latera tua a proditoribus defendunt.Hi pluſq̄ homicidæ/aut ſi ho/
micidæ ſunt/in ſupremo gradu exiſtunt/qui reges/qui patriam dolo/pro/
Homicidæ ſine ferro. dimentiſq; inuoluunt.Multi quoq; homicidæ ſine ferro quum perfidia lin/

guæ

guæ modo in hos/modo in illos opprimendos utantur. Sed quocunq; mo/
do homicidæ fiant ab omni Dei gratia exploſi ſunt. qui etiam natura iuben/
te/raro perueniunt ad ſenium. ſæpe is incidit in foueam/quam ipſemet fecit.
ſed regibus ea nihilominus præſtant imperia/quæ benignitate & clementia
ſint mixta. nam acerba/& crudelia/& impetu furentia nil aliud pariũt/q̃ pœ
Regib⁹ præſtant impia.
nitentiam. Temperat rex ſapiens quodcunq; iuſſerit clementiæ liquedine.
Tunc læta cuncta/& candida omnia floreſcunt. Bene cuncta in inſti/
tuto regno inuicem reſpondent/uelut ſcamata Harmoniæ compacta/quæ
Scamata harmoniæ.
ab omni parte ſuauiſſimum emittunt concentum. eamq; urbem fœlicem/&
Vrbs fœlix
uelut diuina gratia munitam eſſe exiſtimamus/ubi nunq̃/aut raro homicidia
ppetrant. quod maxime hoc dei præceptũ exquirit ab humano genere. Ho
mo ne hominem occidat. Proinde leges a ſapientiſſimis excogitatæ ſunt/qui
bus caueatur/nedum in regno & urbibus perpetrẽtur homicidia/ſed ne oc
Homicidia ne fiant.
caſiones propinquiores quibus homicidia facile euenire poſſint. Ideo monet
Furioſus cõprima ur.
Plato/ut nemo furioſus per urbem ſponte deambulare permittatur/ſed pro
pinqui/& affines domi quocunq; modo coherceant. quod ſi negligant im/
puneq; uagari ſinant/pœna non mediocri illi tenentur/propterea ꝗ hi de fa
cili in homicidia incidere poſſunt. ſed furioſi multis modis furore agitari poſ
Furioſi multis modis.
ſunt. multi in iracundiam tam aſperam ex uitioſa educatione incidũt/ut par
uis inimicitiis/puſilliſq; moleſtiis cõmoueantur. aliqui quandoq; continua
mouentur bili/ut de leui aſtus inclamitent turpiter/q̃ conuicientur. quos
minime decet in bene inſtituto regno tolerare. debẽt enim ciues/ſi in aliquo
inter ſe ambigunt/ab omni prorſus cõuitio abſtinere. pleriq; nouo quodã fu
roris genere perciti aliena ad iudicãdum fiunt promptiores/repræhenden/
Conuitio ab omni.
daq; facta aliorum/dictaq; mirum in modũ procliues. Quæ omnia & ſi ho
micidia non ſint/ſunt tamen fomenta quædam/quæ propinquiorem ad ho
micidia perpetranda locum obtinent. Noſtri/qui ex regno tuo in patriã no/
Homicidiũ fomenta
ſtram reuertuntur mercatores/miris Sereniſſime Emanuel tuum regnum
Luſitaniæ regnum.
laudibus extollunt/ꝗ bene legibus inſtitutũ ſit/pace/tranquilitateq; orna/
tum/artibus/& ingeniis bene cultũ/diuitiis & cunctis terræ opibus floridũ.
hæc omnia a tuæ maieſtatis ſapientia euenire arbitrantur/qui in omnibus tã
dictis/q factis decorem/ac grauitatem reſeruas. aiunt tantam in te eſſe mo/
Emanuel rex
derationem in reos animaduertendos/ut non homines/ſed crimina punire
uidearis. & recte quidem. nam maieſtas regis ex honore & reuerentia naſci/
tur/a qua tantæ eſt auctoritatis & excellentiæ/ut multa etiam ſanctiores le/
Regis maieſtas.
ges pro locis/pro rebus/pro temporibus mutari poſſint. Sed tu in omnibus
Leges mutari.
æquitatis naturam/quæ præ cæteris optima magiſtra eſt/tuo optimo conſi
lio adhibes. Dii immortales/quum & illud eſt quod etiam referũt/ꝗ paſſim
Aequitatis natura.
in oppidis/urbibus/ruſculiſq; tam modeſti præſident magiſtratus. nõ alii/
Luſitaniæ magiſtratus
niſi ii/quibus egregium percognitum eſt ingenium/& fides/& multarum
Emanuel rex
rerum experientia. Et quod maxime honorificum tuæ ſacræ maieſtati per to
tum orbem extat/ꝗ nemo ante tuam Sereniſſimam frontem habet ſermonẽ
ſiue barbaræ nationis/ſiue noſtratis chriſtianæ/cui non eadem reſpondeas
lingua/& eo præſertim aſpectu/uultuq;/quem maxime tantum decet regẽ/

a quo neq; puſillus motus corporis indecorus habet.ueſtitu pari modeſtia
omni tempore uteris/ut neq; alium ad primũ aſpectũ/quiuis oculus uideat/
q̃ te uerum regem eſſe iudicet.Ea continentia/& grauitate ſumme circunſpe
ctus/uoce admodum q̃ ſuaui/cunctis in actibus ſtudioſus decori/& ſcien
tia/& rerum cognitione ab initio tam bene coroboratus/ut regis officio ſis
nulli poſt habendus.quamuis recte regat rex ille/etiam ſine gentilium ſcien
tia/ſi modo chriſtianæ ſapientiæ ſit eruditus/atq; in ea ſenſu/& ratione pol/

Regia maieſtas.

lens.Tunc enim regia maieſtas ſummis eſt aucta dotibus/quum a doctrina
Chriſti non diſcedit.Sed id præcipue tibi conſuetudinis eſſe aiunt/ꝙ multi/
tudini nimium blandiris/neq; eandem aſpernaris ſuperbeq; a tuo conſpectu
repellis.propterea in media ſapientia uatum repertum eſt eſſe conſcriptum/

Adulationibus multitudinẽ capere.

turpe haberi adulationibus imperitam multitudinem capere/atq; eandem
deprimere/non ſolum turpe/ſed etiam iniuſtum eſſe/quod a te maxime alie

Tẽporũ vis magna.

num dicunt.qui rerum uarietates introſpicis/& tempora/quorũ magna uis
eſt/ad res in omni parte uitæ agendas lõge perpendis.& ideo raro (ꝙ ſciat)

Secundæ res

cadere uideris.ſecundas res/quæ maxime ſolent ſapientum animos fatigare
ita recipis ut parum aduerſæ/ſi uenerint/incautum offendere poſſint.neq;
in his quæ uulgo cæteri in hiant/te dicunt ſolitum admirari.ſed ita appetitus
perdomuiſſe/ut gloria ſit inde tua cum diuino mãdato/& lege Chriſti.ſum
mopere tamen amas/qui uirtute/& prudentia excellũt/optimoſq; ciues ho
nore/& dignitate auges.multitudinem uero non aſpernaris/ſed rerum om/
nium uſu/& copia auges/gaudeſq; eam tranquillo otio/& pace frui.hæc om
nia cum mihi relata ſunt Diis immortalibus egi gratias/ꝙ his temporibus
uerum & talem intuemur regem/qui ab omni chriſtiani ſanguinis effuſione
alienus ad inuenienda noua regna/nouos quaſi mundos/egregie occupa/

Luſitaniæ regis origo.

tur/ut qđ Deus ſacer per quadringentos annos tantũ conceſſerit regnum/
magnis rebus ornauit/tu ipſe ſua uirtute/& animi induſtria/omniũ rerũ co
pia/& ubertate/& iuſticiæ radiis retineret incolume & ut eſt huius familiæ/

Emanuel rex

quæ olim e Lothoringia nobiliſſimam originem traxerit/fideq; pro catholi
ca tantopere omnibus ſæculis elaborarit.non ad caſus/non ad fata/non ad
fortunam reiicit malorum cauſas/ſed ad priuata hominum facinora/ſicut de
cet magnum/& catholicum regẽ.Hinc eſt ꝙ in regno tuo Sereniſſime Rex
cuncta pacata uigent/nec ſuperne diffuſa aſpera mala ſentiuntur/quando
aperto cælo immortalis Deus tuam mentem ſpectat ſine labe candidam/pro
cliuem obnixe ad publicum bonum.Solet enim iratum numen ob princi/

Principis ob ſcelera.

pis ſcelera uaria populos afficere clade. Proinde fœlix gens Luſitania/quæ
tutam ſe innocentia regis conſeruat.Ita eſt profecto ſicut ſapientum decreto
eſt cognitum.ut animus hominis regit humanum corpus/ſic rex populum

Hominis animus.

compeſcit.Tua eſt hæc uirtus Sereniſſime Rex in eo ſanctiori regimine/&

Rex populũ

non ſolum uis iuſte ab omnibus timeri/ſed ob uirtutum excellentias amari.

Prĩcipes diri.
Emanuel rex

Quod neq; animaduertunt diri/& impii principes/qui præterita ante
omnium oculos crudelitate/metui malunt/q̃ benigne amari.Sed tu Rex
quia uere rex es/& ab tua longa ſplendoris ſerie regum tuorum ueterum
non degeneras/neq; id tantum excolis/quod dixi.Sed neq; extera dimoues

bella

bella/niſi pro fide/niſi pro tuo defendendo regno/ut uere illud de te dici poſ
ſit quod de quouis rege Excellentiſſimo. Imitaris profecto apum regem/
qui aculeo non utitur. Sic tu quamuis habeas & potētiam armorum/ opes/
milites promptiſſimos/non tamē paras caſtra in genus noſtrum. Iccirco cæ
teri reges admonendi ſunt tuoq́ꝫ exemplo capiant ſchema. non uerſuros ar/
ma in chriſtianiſſimum ſanguinem ediſcant/quod ut facis/tantam tibi pu/
to parere mentis lætitiam/quantam nemo mortalium ſibi concipere poſſit.
qui uero ob id gaudent/ꝙ continuo bella cum chriſtianis gerant(pace eorū
dixerim)non æque gaudent/neqꝫ probe rident. imo dicerem/niſi de regibus
& principibus ſit modeſte loquendum/parricidas eos/& pœna dignos ecu
lei. Sed tu perge rex Sereniſſime & gloriam / quam tui/quam tu per te per
totum orbem acquiſiuiſti(ut facis)ſuſtine. ſuſtinere omni tempore te puto/
ut mihi relatum eſt, neminem punis cum odio. Ideo etiam ſi ſolus aſtas/am/
buleſq́ꝫ/cinctus undiqꝫ tua innocentia pectus continuo tutum geris . nō ſic
qui eſt hominis occiſor/qui crudelitatem exercet. & hi qui continuo in ſcele
ra procliues ſunt ſemper ante ſuos oculos ſe furiis agitari ſentiunt. ſic Nero.
ſic Caligula. ſic Domitianus. ſic cæteriq́ꝫ. Tantæ tuæ huius uirtutis es cun/
ctis tuis exemplo/ut pene nunq̄ in tuis ciuitatibus bene inſtitutis naſci con
tingat hominem occiſorem. fœlix patria/quæ talem ſortitur principem/ qui
in cunctis rebus iuſticiam & innocentiam cuſtodiat. At illis/qui in effundē
do ſanguine ſatagunt humano/nomen perditur. extremaq́ꝫ inſania eſt profe
cto feram ex homine fieri. ſupplicia tamen paſſim per tuum regnum præſen
tari mandas. & prudenter quidem. non enim ſupplicium a lege factū ad ma/
lum & facinora truditur. Nam ex ſupplicio id emanare ſolet/ꝙ homo aut
ſit bonus/aut minus prauus. Ideo neceſſe eſt ubiq́ꝫ ſupplicia erigi/quia mali
perturbant ciuitatem/ſicut bilis/& pituita corpus. & quāuis tua ubiq́ꝫ præ/
dicetur bonitas/ non tamen omnibus tam bonus/tā mitis es/ut neglectior
habearis. propterea ꝙ non eſt ille æque bonus/qui in malos non ſit acerbus.
Non enim ſine magna ratione cælo hoc emanauit præceptum/Ne ſis occi/
ſor. ut hi/qui malam mentem alunt/animumq́ꝫ/ſicut plurimi ſunt/ qui ma/
gna commiſſere homicidia/ habeant quo corrigi poſſint/& coherceri æqua
pœna. hi qui opibus / & principatu nituntur/ſi cum iuſticiæ faſcibus digni
tas eſt / coniugium diuinum profecto habent. ſi minus a fera crudeliſſima
& agreſti uita nō diſtāt. Hi reges non debent dici/quia regiū nomen ſanctū
habetur/ſed impii Tyranni/ & auariſſimi principes ſeruorum utiq́ꝫ manci/
pia ad crucem merito proſcripta. Nam cum a ſatellitibus euntes circun/
dantur/quaſi uidentur ad iuſticiæ ſupplicia trahi. Ideo hoc genus hominum
timeri uult/quia continuo eſt pauens/ metuq́ꝫ futuri ſemper ſolicitatur/&
uix de ſe fidē capit. Ideo in receſſu inuictiſſimas ædificant arces / quibus ſe
tueri poſſint. Sed neqꝫ tuentur / propterea ꝙ habent domeſticos hoſtes/
qui præcordia exurunt / roduntq́ꝫ. q̄ ſapienter facis Rex ſapientiſſime Ema
nuel / qui regium nomen ita retines / regnumq́ꝫ ita gubernas/ populoſq́ꝫ ita
diuinis legibus coherces/ita uirtutibus/& uirtutum officiis/& pace/rerūq́ꝫ
uſu / & copia amplecteris/ ut non hic/ ubi regnas/regiſq́ꝫ/iſta gauderes da

Reges chriſtiani non in chriſtianos.
Schema.
Loqundum modeſte de principibus.
Pœna eculei
Emanuel rex
Furiis qui agitati.
Supplicium a lege.
Mali perturbant.
Bilis.
Pituita.
Bonus in malos.
Mali plurimi Principes. & diuites.
Regum nomen ſanctū.
Tyranni.
Emanuel rex

Vanum eſt.
pellatione tantū/ſed alibi excellentiam pro meritis nanciſcaris. nam uanum eſt ꝙ regna hic/& aurum/& gloriam tanto labore/ſudoreq; appetamus/ſi ultra nil aliud ſit promiſſum/quo æterno quieſcamus. quum hæc omnia

Mors omnia. Edax tēpus.
mors/& edax tempus breui admodum hora furetur/ubi nam ſunt/qui pulchritudinem olim/& diuitias/qui regna plurima/& ampliſſima/qui ipſam orbis monarchiam tanta ſanguinis effuſione ſunt cōſequuti? ubi nam ſunt? nempe illic paruo conteguntur puluere. Proinde ſapientiſſime Rex conaris ſine cæde/ſine exilio/ſine ſanguine tuos regnum incolume ſuſtinere/non his artibus/quibus crudeliſſimi quiq; in retinendo imperio conantur. ſcis tu

Dei manus. Dei furor. Humanæ uires.
ꝙ manus Dei continuo ſuper pios extenditur/& eius fortitudo ſuper innocentes/& furor contra eos/qui hominem iniuſte necant. Et quia in ſacrario tui pectoris condis Sereniſſime Rex ꝙ humanæ uires parum poſſunt ſine diuina ope/iccirco ſacrificiis paſſim per urbes tuas piandum eſſe mādas/

Iuſticia.
ne loca tibi ſubdita cædibus contaminentur/quando iuſticia eſt hominū ſpeculatrix/& uindex. pro maximo habes negocio/ut ne locus quidē minimus

Homicidia impunita. Furem domi occidere. Dolorem iuſtum temperare. Legibus homines.
iuſticia cuſtode uacet/ne ullibi id/quod Deus ſuperne monuit/ne ſis occiſor/facile patrari poſſit. abeunt per tua regna indemnati/qui furem domi occiderint/qui uiolatorem coniugii/filiorum/filiarumq; tranſfixerint. Quippe difficilimum eſt iuſtum dolorem comprimere. Beatum te eſſe regem exiſtimant/propterea ꝙ per hæc quæ diximus tuus informatur animus. nihilq; ſine legibus quicq̄ moliris/quando hic neceſſe eſt homines maxime uiuant/niſi parum/aut nihil a belluarum more differre cupiunt. Tanto ſunt (ut relatū eſt mihi) tui populi tuo iuſticiæ uigore admoniti/ut minimæ uix rixæ/conflictuſq; uerborum/manuumq; inſertus conſpiciantur/nedum uulnerū

Violentum omne verberandi genus.
incuſſus/quando uiolentū eſt omne apud uos uerberādi genus. Ideo in his tuis ciuitatibus tanta coaluit uiuendi norma/ut plurimi paſſim reperiantur/

Emanuel.
qui nulla affecti iniuria pro aliis ſint parati præſeferre iniuriā. Ideo uere Emanuel es. Deus enim iſthinc non abſcedit. non iſthic uidet homicidas/nō pauperum ſpoliatores/non per nemora latrones/non peruerſores legum/non hæreſum conflatores. & ſi quid ex his quandoq; iſtas per urbes euenire uelit Deus id fieri exiſtimamus/ut melius uobis conſulatur/propterea ꝙ di

Boni corrigūtur.
ctum eſt boni corriguntur ut meliores fiant. Sic profecto ad tuam fœlicitatē Rex Sereniſſime ſpectat. agendo/& bene conſulendo omnia proſpera cedunt. non enim iuriſconſulti/ſed incōſulti ciuitatem uexant. Hæc propter &

Iuris inconſulti.
alia/quæ multo maiora in te relucent/& creſcūt/q̄ ego rudi calamo ſcribere potuiſſem/det tibi Deus Rex Sereniſſime Emanuel omnia quæ optas/& meliora. det uitā q̄ longiſſimā. ſicut uitam tuis uirtutibus/inter tuos populos præſtas/& cuſtodis mandatū Dei/Homo hominē ne occidat/ſic in tua uita fœlicitatem habere incipias/& nomen hæreditarium gloriæ/quam ue-

Luſitaniæ reges veteres.
teres tui Reges/Henrici/Alphonſi/Eduardi/Fernandi tot præclaris geſtis contra infideles per totum orbem propagauere/maioribus ſuſtineas triumphis. & Hieronymum Perbonum cum chariſſimis filiis/qui ante tuam maieſtatem cum hoc munuſculo accedit/illis clemētiæ reſpicias oculis/quibus tuos intimos reſpicere ſoles. bene & diu & fœliciter ualeat tua maieſtas.

ADAGIA SEXTI LIBRI.

Religione & uero cultu acquirimus Deum.
Neq; prudens, neq; ſapiens quis naſcitur.
Vult ratio, ut optimum aſſequamur.
Sine uirtute fœlicitatem attingere nemo poteſt.
Pulchrum eſt uirtutem diſcere.
Præſtantiſſimum eſt ſemper uirtute uti.
Natalis ſolet principes ad beneficentiã exhortari.
Sapienti mediocria ſat pretioſa ſunt.
Nil eſt neceſſitate potentius.
Vinci in amore turpiſſimum eſt.
Recta ingenia debilitat uerecundia.
Peruerſa ingenia confirmat audacia.
Virtus non adimitur uiuenti.
Minor uis bonis ut plurimum, q̃ malis in eſt.
Faces aſſidua concuſſione accenduntur.
Emollit gentes clementia cœli.
Nil tardius figura eſt.
Iuuentutis gratia cito defloreſcit.
Cupiditas expletur, ſi expleri poteſt.
Ordo eſt decens partium interuallum.
Amore feroces manſueti redduntur.
Fortes, & diuites, regeſq; ſubiiciũt amoris impio.
Varia eſt hominis uita.
Fortuna uertere ſe ſe, & mutare uices ſolet.
Non natura, ſed malo erramus more.
Cogitatio imprimit multiformes notas.
Nil ineptius eſt impudentia.
Remittendi aliquando ſunt animi, nam alacriores efficiuntur.
Facile ſibi fœcunditatem uirtus arguta inuenit.
Res quæq; ſuam originem repetunt.
Quod naturale eſt penitus extirpari non poteſt.
De nihilo nihil eſt iraſci.
Facinora tandem apiuntur, q̃ clam ſperamus fore.
Sermo ingenuis ſalibus eſt condiendus.
Aegeſtatem muſæ abominantur.
Sitienti gutta roris Tantalo nihil eſt.
Maior ætas meliores debet afferre mores.
Sero quærimus, ſi occaſio periit.
Apud multos potentiores fit pactum uoluntas.
Qui ſunt Deo freti, non uidi mortales decipi.
Collatis ſignis non eſt temere pugnandum.
Confregit teſſeram qui ſibi redditum in conſuetum hoſpitiũ præcludit.


Seruemus amicos ueteres/& nouos.
Nihil agit/qui diffidenter uerbis ſolatur ſuis.
Benedicitur/ſi de malis maledicitur.
Optimum eſt tacere.
Voluptuoſum eſt malis male loqui.
Animus exoptat uera bona.
Ex comparatis recte iudicatur.
Poſt pudicitiam pulchra dos pecunia eſt.
Libido eſt ſuo animo obſequi.
Sæpe pudet/ubi non eſt pudendum/& econtra.
Ingratum eſſe miſerrimum ubiq; habetur.
Beneficium fit re/non uerbo.
Iuſticiæ elementia eſt miſcenda.
Præſtat mori/q̄ incurabili morbo uiuere.
Gubernans rempublicam multa arte indiget.
Facilius eſt nocere/q̄ prodeſſe.
Parua damna aliquando multa mala pariunt.
Nos ipſos odimus propter ſcelus.
Nunc plus is qui plus poteſt.
Amenti & ebrio compatiendum eſt.
Vim/& uinum probi temperant.
Qui natura improbus/ſemper eſt improbus.
In anima ſupereſt ſenſus.
Malus q hic nō plectit/poſt mortē ſeueri⁹ punit.
Mens libera cunctis dominatur.
Bene educatus uix grauiter delinquit.
Docti probi uenerandi ſunt.
Non nimium cupimus cum ſapimus.
Dæmones prudentes ſunt/quia tempora norunt.
Dæmones præciſe futura non ſciunt.
Natura eſt mirabilis.
Filiis aliquando eſt mos gerendus.
Niſi in melius ſententia non eſt mutanda.
Vincere animum ſuprema uictoria eſt.
Caue ne/quod ſentias/inimicus habeat.
Facile eſt imperium in bonis.
Qui lepide/& commode loquitur/facile auditur.
Subiicimur tempori etiam inuiti.
Quod tibi placet/amico non diſplicet.
Natura hominis imbecillis eſt.
Status eſt motione perfectior.
Gaudia ex malis/& mala ex gaudiis oriuntur.
Vana eſt hominis induſtria/niſi proficiat.
Dies ultimus indicat de omnibus.

Nulla eſt ſolida fœlicitas/quam contumelia uitæ non rumpat.
Minima cupiditas leue ſubit malum.
Bonus ſemper cupit referre gratiam.
Cæleſtia nunꝗ peccant.
Diſpar euentus euenit eadem naſcentibus hora.
Quæ bene traduntur/bene addiſcimus.
Virtutis deſpectio genuit ignorantiam.
Religio eſt ſumma uirtus/ſi Deo adhæret.
Optima natura hominis rara eſt.
Bona ingenia/non natura/ſed arte perficiuntur.
Liberi hominis ſunt ædes liberæ.
In omni parte nullus laudandus eſt.
Pœna eſt exemplum Cæteris.
Non facile amiſſa recuperatur libertas.
Optandum eſt/ut liberalis uiuat/& diues fiat.
Non omnes uno exemplo uiuimus.
Ordo cæleſtia perficit.
Potius amicis/ꝗ pecuniis conſeruatur princeps.
Sapientia ſine potentia parum prodeſt.
Melius eſt ſim in Ouiliis primus/ꝗ Mediolani ſecundus.
Ignarus non agit recte.
Sæpe nouo paſtore/nouam ſubeunt naturam oues.
Imperator dat leges/non accipit.
Dux ſit ſapiens/miles fortis.
Beneuolentia eſt regni fondamentum.
Virtute maior ſit regia dignitas.
Seruus obediat/non imperet.
Non erit Iupiter/ſi alteri fulmen dederit.
Obſidio longa moleſta eſt tam obſidentibus/ꝗ obſeſſis.
Magiſtratum honor/aut infamia ſubſequitur.
Spe/& metu gubernandum.
Periclitamur conſilio quum timor ſuperat.
Omnia habet/cui nihil deſit.
Grata eſt uarietas.
Inſtanti etiam ouis repugnat.
Grauior eſt inimicus/q latet in pectore.
Mulieres nolunt ubi uelis/ubi nolis/cupiunt ultro.
Pluſquã inſanus/qui ouem lupo credit.
Vtilius eſt aliquid donare/ꝗ pro magna ſũma fideiubere.
Nihil quæri debet/quum nihil deeſt.
Innocens facile credit/aſtutus greſſus ſuos conſiderat.
Bonus non fit ditior in publicis officiis.
Redarguendus eſt ſapiens/non ſtultus.
Cygni morituri dulcius canunt.

Nil peius q̃ rationem odiſſe.
Sæpius deceptus nemini confidit.
Apes aculeo relicto abeunt.
Præclarum eſt noſcere cauſas.
In conſuetudine non facile ſeruatur grauitas.
Decet Prætorem non ſolum manus/ſed oculos continentes habere.
Vera non eſt reſpubli.in qua uir unus principatum obtinet.
Multo tempore opus eſt ad multas res tranſigendas.

FINIS.

Liber Septimus Quiliarū Ad Inuictiſſimum Ferdinādum Romanorum: Ungariae: ⁊ Boemiae Regem: ⁊ Auſtriae Archiducem de ſexto Diuino Praecepto.



Inciſae Marchioni Ouiliarumqȝ do mino: Ac Comiti Palatino Hierony mo Perbono Senatori vni ex paucis Hieronymi Oliui Hendecaſyllabum.

Ingens Sfortiade iubar ſenatus/
Iuris Cæſarei/& poli columna/
Q uod uirt⁹ tua me ꝑmit quo ameris/
Sæpe uerſiculos meos procaces
Ignotus uolui tibi dicare,
Dextrã ruſticus aſt pudor repreſſit
Dicens.Cæcropia hic uiget Minerua.
Eſt hic & latio nitens lepore.
Q uippe terra ſuo tumens alumno eſt
Pellei iuuenis tenens notatum.
Nec non ingenio potens acuto eſt.
Plene & Gorgoneos bibit liquores.
Ouilias quoqȝ poſteris daturus/
Q uæ cedrum meritæ legentur uſqȝ.
Tu non Phocidis arduos tumores
Noſti/nec latices bibis diſertos/
Nomen palladio licet paratum
Tronci/diua tamen tibi rebellis/
Vatem carmine tu rudi laceſſis.
Audes noctua ceu diem uidere.
Expers deniqȝ grammatum bonorum:
Cui nugas tribuas tuas ineptas/
Ergo quære parem tibi poetam.
Hinc me Calliope citans inertem his
Dictis arguit/& coegit inſtans.
Q ualeſcunqȝ modos canas libenter.
Non cenſor Cato/fronte nec ſeuera.
Aſt quo doctior/& magis refulget/
Extat hoc mage comis/& benignus.
Tunc Victus iacuit pudor camœnæ.
Hoc noſtros igitur Sales rogamus
Sumas inſipidos/rudem & papyrum
O mni depoſita ſæueritate.
Et hos Ouiliis tuis precamur tradas.
Et me mancipium tibi dicatum
Iungas ad ueteres precor clientes/
Si tamen uacuus locus ſuperſit.

Sereniſſimo: Ac inuictiſſimo Ferdinando Semper Auguſto Romanorũ: Ungariae: Ac Boemiae Regi: ⁊ Auſtriae Archiduci Hieronymus Perbonus Inciſae marchio: ⁊ Ouiliarum Dominus Bene Eſſe: ⁊ Bene Agere.

NOſtras has Ouiliarum lucubrationes o Rex Ferdinande Auguſte/& inter cæteros reges adamas ſi tuæ ſacræ maieſtati partim dedicamus/id iure fieri/& ab omnib⁹ æque iri iudicatum exiſtimamus. propterea ꝙ hæc ſtudia/quæ Mineruæ explicant induſtriam/non aliis de//dicanda ſunt/q̃ regibus/& his præcipue/qui non ſolũ rei militaris/ſed omnium rerũ cognitione præſtant. non ſunt in ueterum monumentis illuſtraſti principes/niſi utraſqꝫ/& literarum/& armorum uirtutes calluerint. Annibal Pœnus dux bellaciſſimus Græco ſermone geſta Manlii Vlſonis ſcripſiſſe fertur. Alexãder Macedo non ſolum quæ ab Ariſtotele didicerat/inter arma furentia re/petebat/ſed ſingulo quoqꝫ die Homeri Iliadem lectitabat. Iulius quoqꝫ Cæ/ſar/qui omnium geſta bello ſuperauit/noctu quæ interdiu gerebat/ſtilo cõmittebat/unde elegantiſſime edidit commentaria/quibus non minus gloriæ per cuncta ſæcula adeptus eſt/q̃ ex bellandi peritia. Scipio & ipſe/qui diui/na quadam prouidentia Rempublicã iam unis/poſt alias cladibus labantẽ ſuo ingenio belligerandi releuans non ſolum literarum monumenta non relinquebat/ſed nunq̃ a patre & eruditiſſimo Ennio diſcedebat. & quid maiorum exempla repetam? Maximilianus imperator auus tuus/omnium præte/ritorum Cæſarum/ac regum decus/& inſigne ſpecimen/qui uirtute bellica/& uiribus ingenii tot triumphales uictorias conſequutus eſt/& cuius pro/uidentia/ac conſilio & Carolus imperium/& tu hæc tam ampliſſima & nobiliſſima regna adepti eſtis & poſſideteis/non minus fuit ſcientia/q̃ belligerandi arte clarus. fatebor ego Sereniſſime Ferdinande inter hos meos labo/res/quos ad uos alios reges Reipublicæ Chriſtianæ deſtinaui/illo potiſſi/mum ſubleuationis ſolatio refrigerabar/ꝙ ad eos maxime reges ſcribebam in his Ouiliis meis/qui ſumma eruditione præ cæteris eminẽt. præſertim ad tuam ſacram maieſtatem/cuius ingenio/cuius cæleſti natura/& diuinis mo

Ferdinandus auguſtus.

Principes & litterarum & armorum.

Annibal pœnus.

Mãlius vlſo.

Alexander Macedo.

Iulius Cæſar.

Cæſaris commentaria.

Scipio.

Enni⁹ pater.

Maximilian⁹ imperator.

Ferdinandus auguſtus.

ribus totũ chriſtianũ nomen gaudere poteſt/ut ſileã/quæ in adoleſcẽti æta
te tua inuicta dextra/tuuſq; inuict⁹ animus pro catholico impio ubiq; geſſe
rit. Sed quæ tecum continuo portas/& ab initio/uelut ab ipſa natura/dotes
accipiens innatam prudentiam/iuſticiam/modeſtiam ita excolis ita auxiſti/
ut tu te per te uerus effectus ſis rex. Tantum decoris/nobilitatis/ac gloriæ
Carolus imperator.
adeptus es cum fratre tuo imperatore Carolo Sereniſſimo atq; fortunatiſſi/
mo/tantum nominis/& immortalitatis quantum nemo alius ante hoc tem/
pus (quamuis maiores tui/& principes/& duces/& comites/& reges/& cæ
Auſtriæ duces: reges: & imperatores.
ſares/& imperatores extiterint præclariſſimi) ut non plus illi pro chriſtiana
Republica fecerint/q̃ uos duo maximo cum honore & dignitate ſuſtinuiſtis
Auſtriæ excelſum ſtemma a romanis
& auxiſtis. ut ſi quis ueram nobilitatem/& excelſum ſtemma requirat/non
alio in ſpeculo proſpiciat/q̃ in tua familia. quam refertis non ab his accolis
proximiſq; locis/in qbus magna retinetis impia/& iura. ſed a uero principũ
Romanorum ſanguine trahitis genus/& quaſi ex illa ueterum Troiano/
rum ſtirpe/quæ in latio reſedit/unde proceres tot in orbe terrarum emana/
runt/ut merito totus orbis ſub eorum ſceptro ſit conſtitutus/ex quibus
multis ſæculis tua uetus progenies ex illo nobiliſſimo ſanguine reluxit. eas
ob res quum in hac ſacra tua familia omnes nobilitatis tituli præfulgeant/
quum in te omnia ueri regis exerceantur officia/quum nullum ſit regium
genus tam in orbe uetuſtum/q̃ quod in Auſtraſia ſit excultum/q̃ quod ha/
beat illas regiæ uitæ manſuetudines/q̃ quod fuerit plus eccleſiæ Romanæ
& diuinis præceptis obediens/audeo ad tuam maieſtatem cum hoc paruo
Furtum homo non faciat.
munuſculo accedere. Munus id eſt ſeptimum diuinum præceptum. Homo
furtum non faciat. Dignum mehercle quod ante tuam ſacrã celebretur maie
Ferdinandus auguſtus.
ſtatem. Quippe qui quum nihil in abdito abſconſum retineas/ex his quæ
Deus immortalis tibi condonarit/quantam animo tuo prudentiam habes/
tantam pro communi bono diffundis/& exhibes. quantam tuis ingenii in/
duſtriis iuſticiam accipiſti/tantam in regna/& prouincias/populoſq; tuos
operaris. quantam & animi/& corporis uiribus fortitudinem comparaſti/tã
Furtum committit.
tam pro fide/proq; imperio Romano contra infideles immittis & exponis.
Non minus is furtum committit/qui bona/quæ habet/in alios non impar/
titur/q̃ qui aliena ſubripit. Nam quæ præclara geris omnes ſcimus/& apud
Scipio
omnes tuarum uirtutum conſtanter floret opinio/quibus proculdubio
Alexander
maiora/& excelſiora non poteſt chriſtiana Reſpublica auſpicari. Nam qui/
Iulius Cæſar
bus te perſimilem comparet latinus ſermo propiores non habet/q̃ Scipio/
Eruditorum ſcripta.
nem/Alexandrum/Iulium Cæſarem. ii memoria hominum adhuc uiuunt/
quia ſcripta eruditorum mortales æternitati donare poſſunt. ex illis maxime
Theophraſtus.
legentibus prudentia rerum haberi poteſt. Sancte Theophraſtus admone/
Ptolæmeus rex.
bat Ptolæmeum regem/ut multos ſibi compararet libros/qui de regno/de
Libri de regno.
imperio loquerentur. Multa enim hi oſtendunt/quæ homines a ſecretis non
audent regum auribus infundere. dicat libellus meus/Sereniſſime Ferdinan
Furtum non facere.
de ne furtum facias. Quod fortaſſe dicere ante te non auderem. Tunc enim
Hæreſes.
non furtum facies/ſi exemplo maiorum tuorum in hanc imminentem pro/
Lutherani.
cellam oculos coniicias. hæreſes in Germania deleas. Lutheros ad gremium

eccleſiæ

eccleſiæ Romanæ retroces.proſtratos in Italia a tyrannis erigas. Iuſticiam iam periclitantem reddas incolumem.hoſtes communes (ut facis) propellas uirtute tua bellica.ita in animo tuo diſponas/ut loca hieroſolymæ ſancta ad priſtinam libertatem retrahas.ſic tibi proſpiciendum eſt.ad tuam maieſtatem hæc omnia ſpectant quum ſis Romanorum rex. Tunc non furtum facies/ſi & publica & priuata/quæ in Italia tractantur/examinari mandes/ut priſtina unicuiq; iura ſecundum imperatorias leges reſeruentur. neq; mihi hoc ſolo illachrymandum contigit/ſed multi paſſim per Italiam a uoragine inſatiabili derodu ntur. De me iuſta familiæ tuæ defendendo/tuendoq; ſe ſe offert cauſa/quum ante hoc tempus omnem meam operam/labores/uitã/filios/opes non ueritus ſum pro honoribus/& gloria Auſtraſiæ familiæ periculis opponere. Sicut priuatorum eſt admonere/& obſequi/ita principes & Romanos reges ab iniuſticiæ iniuria benemerẽtes ſaluos facere decet. & ſi qs de ſide mea requirat ueritatẽ/poterit in Archetypis diui aui tui ſuenire labores/ſudores/uigilias/diſpendia/opes profuſas meas pro uictoria & dignitate Auſtriæ ſplendoris. Sed durum & admodum acerbum eſt malam meſſem ex optimo ſemine reportare. Sed habet animus quo gaudeat meus/ꝗ tu rex Romanorum ſublimis & magnus/non minus prudentia/& iuſticia uere Auguſtus/ſed pietate inſignis ad mea hæc incommoda & ad aliorum multo maxima reſpicies. bene ualeat tua ſacra maieſtas/& ita ut optas Dii tibi ſecundiores fiant. Ex Ouiliis noſtris.

Italia a tyrãnis. Hoſtes communes. Hieroſolymæ loca. Pro bonus p auſtraſia familia. Priuatorum obſequi. Reges decet bene meritos. Meſſis ex ſemine.

Hieronymi Perboni Marchionis Incisae: & Quiliarum Domini Liber Septimus Ad Sereniſſimum Ferdinandum Romanorum: Ungariae: & Boemiae Regẽ ſemper Auguſtum De Sexto Diuino Praecepto.

Furti ſcelus.

SATIS liquet ex ueterum monumentis Sereniſſime Rex
quantum ſit ſcelus hoc furti omni ſæculo/omnibus natio
nibus/omnibus uiuentibus exploſum damnatumq;. im/
primiſq; a maieſtate diuina/quum immortalis Deus in ſa/

Furtum a furuo.

Furuum nigrum.

cris tabellis uelut digito ſcripſerit. Homo ne furtũ faciat.
& noſtri uocẽ exoſi a furuo .i. nigro uoluere emanare.rati
ꝓinde nihil eſſe magis aduerſum/ & nocuũ candidæ natu

Tenebræ uitæ

Furta in nocte.

Furtum quid

Fur multipliciter.

Sacrilegus.

ræ & uitæ lucidæ/q̃ tenebras.Id enim accidere ſolet nocturna / & tenebroſa
tempeſtate.Iſtoq; modo commodius fit ſubtractio alieni boni nolẽtibus do
minis.ſed neq; id tantum furti nomen inditum.fur quoq; habetur/ qui debi
tum non reddit.qui negat.qui negligit.qui ſacra ſurripit/nedum ſacrilegus.
qui aliunde dolo malo & fraude pecuniam congerit . qui imbecilles animos
hominum uana ſuperſtitione complicat.hi quoq; & furta adeunt ſacerdotiis
ornati/qui ex prouentibus ædium ſcorta connutriunt.qui alienos conuitiãt
thalamos.qui in delitiis exoletos habent . qui omnem prouentum eccleſiæ
calentibus conterunt gulis . hi & furaces depræhenſi ſunt/ furtaq; haud le/
uia committere creduntur apud reges/atq; principes/ qui nihil potiſſimum
cõſulunt/faciũtq;/q̃ q̃a ſubditis & miſeris ciuibus pecuniæ extorqueãtur.
cõnumerant ſapientũ monumẽta inter fures quoq; illos/qui rebus publicis
ꝑſunt/fiſci pecunias conſeruant/ & manus ad exercẽdas mercaturas ex illis
commiſcẽt.etiã & illi qui magiſtratus/honores/dignitates/ac ſacerdotia uẽ

Fures plurimi.

ditant/& rem ſacram in quæſtũ ponũt. Vides ne/quot & quantos Sereniſ/
ſime Rex chriſtiana Reſpublica fures producat/ & nutriat? quocũq; uolue
ris oculos/affatim ſpectabis furaces manus.ſecedat obſecro tua maieſtas in

Aquam ad ſua molendina.

Antiſtites tui hipocritæ.

ſecreta loca urbiũ/in quibus/qui regunt/& præſunt quomodo/ & q̃ belle ii
& illi ad ſua aquã corriuant molendina.ſpecta obſecro hos/ & illos magnos
antiſtites/qui ſedent in conſpectu hominum deiectis ad terram oculis/q̃ pu
dici/q̃ mites/q̃ cõtinentes uideri uolunt.& tamen ſi detexeris ſcriniola non
oppleta aliis inuenies/q̃ furtis.Non ne et nos illa abutimur ueneratiõe/ quũ

magnos

magnos regū ueneramur theſaurarios/quū quæſtores præferimus. hos eos
putamus eſſe/quos uulgus miratur.& tamen maximos fures taciturni no/
runt parietes.duco ante tuum tribunal o rex Romanorum hæc/quæ uides/
genera hominū.ii ſunt principes/ii duces/ii marchiones/ii comites/ii equi
tes/ii milites/ii iuriſconſulti/ii cauſidici/ii ſceleraria uiuunt arte/ii religione
e cucullis deflectūt capita.Inſpice ſi quis quo quo modo poſſit reperiri/ qui
a furtis manus contineat ſuas.& tamen illud a Deo immortali præſcriptū ha
bemus. Homo ne furtū faciat.Quo nā hāc miſeri mortales diuehimus mer
cem? properamus ad mortem/& neſcimus quibus oneremur furtis.doleba/
mus his proximis annis/quantis tui milites Italiā afficiebant latrociniis/fur
tis/uiolationibus/dolis/& paſſim querebamur.& non erāt/ qui furta noſce
rent/propterea ꝙ tu rex Candidiſſimus aberas.aberat & tuus frater impera/
tor Sereniſſimus & per epiſtolas audiebatis / quæ optabatis audire / & non
quæ perperā facinora cōmittebāt.Hæc omnia facile emergere ubiq; poſſint/
quoniā ex humanis mentibus dilapſum illud eſt .Homo ne furtū faciat. uti
nā gereremus hoc fronte ſcriptū/& in corde ſitum haberemus perpetuo.nā
non ſemper in chriſtiana Republica laboraremus. Vix fortaſſe hæc facta pu
tas Rex Sereniſſime/nec exiſtimo iſtud ipſum te credere/propterea ꝙ es cā
didus animo/& pulchrā poſſides animā. In quam non maculæ/non quidē
ſuſpiciones inſidunt.non enim cupiditas furti in mentē uiri boni deſcende
re poteſt.At ſi neceſſitatis uincula iniiciūtur/ſi omnia/quæ ad probitatis ex
perientiam tentata ſunt/neq; tibi præualuere/tunc ex alieno quod tibi foret
uſui accipere potes.melius eſt uitæ conſulere/q̄ abſtinentiæ. neq; illud loco
furti habitū per cūcta ſæcula/accipere ab inuito/quod tibi debetur/attamen
lege ciuili punitur.Multi furacum manuum conſcii ſi non indicabunt/furti
tenentur.faceſſant a conſortio fures. Vnum fur furando comittit ſcelus . At
ſuſpicio multa connectit.furtum magis contra naturā eſt/q̄ mors ? q̄ dolor/
q̄ cætera/quæ poſſunt corpori accidere.Ideo diuinitus mandatū eſt/ne quis
furtum faciat/propterea ꝙ ſi unus quiſq; alienum ſibi commodum aſſiſcat/
ſocietas humani generis euertitur.eradicāda illa mala animo radix cupiditas/
quæ ſolet/ſi paulum nanciſcatur commoditatis/occaſioniſq;/ facile in furtū
labi. opportunitatem enim (hiſtoricus dixit) eſſe mediocres uires . Sæpius
ſpe prædæ tranſuerſos agit.odimꝰ natura huiuſce homines abactores pecua
riorum animaliū/& abigeos/& latrones / qui obſeſſas habent uias/qui (ita
ſancitum a ſanctis legibus) ſi publici ſunt / a quolibet impune occidi poſ/
ſunt. Suſpendi latronem crudelitatis indicium non eſt . cui parcere eti//
am nefas habetur . ingratitudo quia inuito Domino ea retinet/quæ in gra//
tiam oſtendi debent/inter furta collocatur.latrones diutni fures habentur.
inter quos coniiciunt fœneratores/qui ſub ſpecie humanitatis & commodi
eſſe uidentur inopibus nummos deſiderantibus/quum ſit genus hominum
pernicioſum.In his fraus manſueta apparet ſub quauis perpetuo rodens.cō
tra naturam eſt/ut nummus nummum pariat/nec cuiq̄ licet hominum.Iu/
dei tuentur ſe male mandatum Dei interpretando/nō fœneraberis fratri tuo/

Theſaurarii.
Fures magni
Mortales ad mortem.
Cæſaris mili tes in Italia.
Ferdinandꝰ auguſtus.
Cupiditas in uirum bonū
Furtū in neceſſitatibus.
Vitæ conſule re.
Accipere qd debetur.
Furti conſcii.
Suſpicio fur ti.
Furtum con tra naturam
Cupiditas ra dix furti.
Opportuni tas.
Fures odimꝰ
Abactores.
Abigei.
Latrones.
Craſſatores.
Latrones im pune occidi.
Latronē ſuſ pendere.
Latroni ne fas parcere.
Ingratus fur
Latrones fu res.
Fœnerator fur.
Fœnus cōtra naturam.
Fœneraberis nō tuo fratri

Qui habitabit i tabernaculo dei. quum dicant/ qui extra Moſaicam legem ſunt/ non ſunt eis fratres. Sed in ſacris cantatur literis. Quis habitabit in tabernaculo tuo/ aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula/ & operatur iuſticiam/ & loquitur ueritatem in corde ſuo/ nec fecit proximo ſuo malum/ qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram/ & munera ſuper innocentem non accepit.

Vſura quid. Sed uſura eſt quodcunq; ſolutioni rei mutuatæ accedit pactione interpoſita/ uel intentione habita in contractum/ uel exactione poſt contractum. Et dicitur uſura quaſi raptus uſus/ quia rapit uſum his/ ubi in ueritate uſus

Vſura reſtitutioi obnoxia. Fœneratoris pœna. non eſt. diciturq; uorago/ quia mentes hominum deuorat. iccirco reſtitutioni obnoxia eſt/ ſicut furtum. Cæterum fœneratori locanda domus non eſt/ atq; quum deceſſerit/ non ſepeliendus nec abſoluendus crimine niſi reſtituat. Sed q̃ ſit abominabilis uſura ex eo conijci poteſt/ q; ubiq; diuina iura proclamant. Ille quoq; ſacris initiatus pro uſurario habetur/ qui emit uilius/ ut carius uendat/ non tamen illa eſt uſura/ ſi

Fœnerator non appellat Diſpendium exigi. Vſuræ repetio cõtra hæredem. repetitur idem pretium/ quod mutuo ante dederat. tum neglectui uſurarius eſſe debet/ ut eius appellationi apud leges non deferatur. Interceptum tamen diſpendium iuſte repeti/ atq; exigi poteſt. Et hæredi procul dubio uſuræ repetitio conceditur/ & contra hæredem. q̃ miſerum & inconueniens agunt illi/ ut dum ſe tanto crimine exonerare credunt/ quædam pauperibus impartiuntur/ aut cœnobijs eccleſijſq; ædificandis dant operam/ quum illis reſtituere debeant a quibus uſuram extorſerint ſi certi ſunt. tantum a cœtu catholico exploditur uſura/ ut neq; per periculi ſuſceptionem dari poſſit. legant ad id procliues miſeri mortales/ &

Iudei ad reſtitutionē vſuræ. Iudei in Leuitico mandatum. pecuniam tuam non dabis ad uſuram. & ideo & ipſi reſtitutioni alligantur. nam ipſis quoq; uſuræ indiſtinctæ prohibentur. Genus hominum non aliter appellari licet/ q̃ crudele. Crudelior tamen is eſt/ qui fœnore pauperem iugulat/ q̃ qui ex diuitum opibus

Fœnerator peior fure. aliquid ſubtrahit. a quocunq; tamen hi/ qui uſuram accipiunt/ non aliud faciunt/ q̃ rapinam. Tam etſi ab illis uſuram exigi licet/ quibus merito damnum inferri poteſt/ quibus iure arma uertuntur/ quos occidi crimen haud haberi poteſt. Sed quantus ſit fœneratoris aculeus/ audiamus Ioannem Chryſoſtomum/ qui fœneratorem morſui aſpidis aſſimilat. nam percuſſus ab aſpide paulatim emergente ſomno capitur/ & in ea

Vſura a quibus licite.

Vſuram accipiens. langoris ſuauitate moritur. latenter enim diffuſum per omnia membra uenenum mortem inducit. Ita qui uſuram recipit/ quaſi beneficium prima fronte ſentit/ ſed paulatim omnem domeſticam facultatem in debita conuertit/ quando non aliud eſſe poteſt uſura/ q̃ uorax auidumq; in tempore

Rapina. Rapacitas Raptor. detractor fur magis. Fur qui inuētū nõ reddit. fœnus/ & concuſſa fides. cui ſoror non longe abeſt/ ſed maior/ & uiolentior rapina. quæ eſt rei alienæ per iniuſta ablatio/ quando rapere eſt cum impetu & uiolenter auferre. Hinc eſt q; rapacitas continentur ſub uiolentia. & raptor eſt proprie qui uiolenter & publice capit aliena. cuius particeps eſt alterius nominis famæ detractor/ qui ſane magis delinquit q̃ fur. Imo ifamis habet/ & eſt excõicandus. inter quæ illud cõmiſcetur crimen. q; ſi qd inuen

tum

tum ē/ neq; redditum/ utiq; rapuiſti. Hæc ſunt quæ a Deo immortali nobis euoluenda præcipiuntur/ cum ſcripſerit illic/ Homo ne furtum faciat. Quid enim admiramur? q; ſi pauperi ex bonis propriis is quicq̄ non dederit/ & igne æterno is peribit/ quid in eos putandum eſt/ qui aliena rapiunt? neq; alicui/ ſi forte rapina in principio fœliciter ceſſit/ gaudium rapti durabit in poſterum. Sed ad quid hæc ego commemoro Sereniſſime Rex Ferdinande? cur totiens repetam? ſcripſimus de ſacra militia ad imperatorem inuictiſſimum Carolum quo animi ſtudio milites in bello degere debent. uideo rem Chriſtianam in lapſus pronam/ niſi modum ueſtris belligerantibus rite ſtatueritis. fruſtra in hoſtes fidei Chriſti arma paramus/ niſi e medio/ niſi ex uſu furta/ latrocinia/ rapinaſq; militantium euellatis. Hæc enim numen aduerſum concitant mala/ quod quandoq; a ueteribus noſtris obſeruatum eſt. Illi enim ex lege duodecim tabularum/ ut e militia/ e ciuibus tolleretur furtum/ ſtatuerunt furem manifeſtum ei/ cui furtum erat factum/ perpetuo ſeruiturum. ſed hoc præſenti ſæculo/ ut ſemel hæc furtiua excauetur radix/ cui furandi aſſuetudo inoleuit/ eidem; fatale præparatur ſuſpendium. Sed quid hæc totiens elaborant leges? Deiecti & inopia oppreſſi fures laqueo uitam finiunt. publice uero in auro & purpura gaudet/ q; apud ueteres iis/ qui fures uulgo habebantur/ non licebat ex Alexandri Seueri imperatoris edicto principem ſalutare. Lacedæmones quia hiſce artibus acutiora fieri ingenia putabant/ furta exerceri permittebant. Nobis uero omni ſæculo fures famoſi extitere. Sic/ Cacus Auentinæ timor atq; infamia Syluæ. Lex extat in Platonis de legibus decimo/ q; ſi quis rem furto ſublatam ſciens receperit/ in eadem culpa ſit/ qua ille/ qui furatus eſt/ & qui exulem ſuſceperit/ morte intercipiatur. quod Solon legum auctor dupli pœna in fures animaduertendum putauit. At Romani Decemuiri/ qui leges in duodecim tabulis ſcripſerunt/ nec nimia ſeueritate/ nec remiſſiua nimis lenitate uſi ſunt. nam furem manifeſte furto depræhenſum occidi permiſſerunt ſi nox eſſet/ uel interdiu/ ſi telo ſe defenderet. nunc autem ſuper manifeſto furto actio in quadruplum datur. eſt enim manifeſtum furtum quod depræhenditur. Cæterum apud AEgyptios furta omnia erant licita/ & impunita. non ob turpia lucra/ ſed pro exercitio id diſciplinaq; rei bellicæ eſt factitatum/ quod & furandi ſolertia/ & aſſuetudo acueret firmaretq; animos adoleſcentium ad inſidias parandas. Qui uero alienum tacens lucri faciundi cauſa furti obſtringitur/ ſiue ſciat cuius ſit/ ſiue neſciat. Et furtum quoq; ſine ulla attractione fieri poteſt ſola mente/ atq; animi cogitatione/ ut Sabinus ait. Et Quintus Sceuola ita ſcripſit. quod cui ſeruandum datum eſt/ ſi id uſus eſt/ ſiue quod utendum accepit/ ad aliam rem/ atq; accepit uſus eſt/ ille furti ſe obligauit. Iura noſtra municipalia ita habent. Si qui ter furtum fecerint etiam in rebus parui momenti/ uel unum librarum uigintiquinq;/ acerbiſſime laqueo puniunt. Cæterum una quæq; ciuitas etiā parua iam ius ciuile ſuum habet.

Chriſtiana res in pronū.
Cæſares rapinas militū prohibeant.
Numen aduerſum concitant.
Furtum e militia.
Furandi aſſuetis ſuſpēdium.
Fures iopes ſuſpēdunt.
Fures potentes.
Alexander Seuerus i fures.
Lacedæmones furta.
Fures famoſi.
Cacus.
Furatā rem ſuſcipiens.
Exulē recipiens.
Furtū pœna.
Furē depræhenſu; occidere.
Furtū manifeſtum.
Furta apud ægyptios licita.
Fur aliēum tacens.
Furtū mēte.
Fur utens depoſito.
Furti pœna ſecundū ius municipale.
Ciuitas quæ liber ius ſuū.

ſed neq; puto ullam reperiri ciuitatem/oppidũ ue hoc noſtro ſæculo/quod
furtum aliquo pacto admittat/ut uerius uero eſſe uidetur/& naturæ cõſen

Furta nullibi permiſſa.

taneũ/id quod ſuperne habuimus/Homo ne furtũ faciat.ꝗ ſi ita & deo/&
natura ſancitum eſt Sereniſ.Rex Ferdinande/ad te maxime ſpectat/ qui es
Romanorũ rex/ut ex Italia furta deleantur.milites a latrociniis cohercean/

Ferdinando augusto cõuenit.

tur.magiſtratus in extorquendis pecuniis contineantur.principes & recto/
res legibus/& ſanctis moribus componantur.Regum hæc ſunt officia/qui

Regũ officia

populos ſub ſe habent/ut omnia fiant diuinis mandatis conformia.fas eſt nõ

Aliena nec rapere nec affectare.

ſolũ aliena non rapere/ſed ne mente quidẽ affectare.Hiſce o rex inuicte Fer
dinande ſublatis a militia latrocinandi uſibus non dubium erit/ quin miles
tuus uictoriam contra fidei hoſtes non cõſequatur.Sic uetera prædixere ua/
ticinia/ex tuo regio ſanguine diuaq; familia exituros/qui Turcanicas gentes

Auſtraſiæ familiæ uaticinia.

iugo chriſti colligabunt.ſic Cyrus per ducentos fere annos anteꝗ ueniret in
uitam prædictus a magno uate/ꝗ Hieroſolymis eſſet deo immortali repara

Cyrus hieroſolymam.

turus templum.placuit hic rex numini propterea ꝗ habuit compoſitam mi/
litiam.Solebat ſuos adhortari Cyrus/ſi cuperent uictorias/oportere conti/

Cyrus ſuos.

nuo meliores fieri.atq; ne furta ullibi a ſuis patrarentur/omnes diuitiis ma/
gnificos/& cumulatos reddidit.Tam præſtanti eminebat animo ut/poſt/
quã eſt armis potitus Aſſyria/milites ſuos quos diuites fecerat/eſſe ſu/
os theſauros appellaret.Ideo facile totam Aſiam imperio ſuo addidit.Sic

Cyri theſauri.

tu poſtquã Sereniſſime Rex Germanos/Hiſpanoſq;/& Italos ad ueram
compoſueris militiam/abdicatis omni bello furtis maiora efficies/ꝗ Cy/
rus/ꝗ cæteri Perſarum reges.Hoc decus Auſtraſiæ familiæ repoſitum ẽ/

Auſtraſia familia.

quæ continuis ſæculis ſemper multis/maximiſq; bellis terra mariq; geſtis/
gloria & immortali fama/& uictoriis/& trophæis illuſtrata eſt.Et nunc

Carolus imperator.

maiorem nanciſcetur gloriam per duos inuictiſſimos reges/duo huma/
narum rerum lumina/Carolum imperatorem maximum/& Ferdinan/

Ferdinãdus auguſtus.

dum Romanorum regem inuictum.Deus omnia imperio Romano ſub/

Romão imperio omnia ſubiecta.

iecit.& uos ſublimia imperii capita/ingrati efficiemini cum habeatis & a/
nimi & corporis præclariſſimas dotes/quum cæli continuo fauentes ſtel/
las/& fortunam pediſſequam/ſi tantam potentiam/non ſolum ad defen/
dendum/ſed ad ampliandum imperium non exerceatis.a quo ingratitu/

Ingratitudo

dinis uitio uobis/qui a Deo tantam conſecuti eſtis gratiam/imprimis ca/
uendum eſt.Quædam animalia impellente natura id euitant crimen.fe/

Grata aialia quædam.

ritate depoſita benefactoribus ſuis ſupra fidem miranda ſigna gratitudinis

Grata tellus.

oſtendunt.Ipſæ quoq; arbores/quia concinnantur/ipſa omnium parens tel/
lus cultoribus ſuis reddit uberrimos fructus.quod ſi hanc pulcherri/

Gratitudo pulcherrima

mam uirtutem tui milites/& duces in Italia his ante paucis armis obſer/

Milites cæſaris perbono & amicis.

uaſſent/Perbona familia non tantopere laboraſſet/qui hoſtes obſequio
ambiebant/amicos imperii ueſtri multa calamitate afficiebant.Iccir/
co non mirum ſi multi ex ueſtris amicis auarum/& perfidum ge/
nus aufugerunt.quod niſi fuiſſet tam pia mens/tam benignus Ca/

Caracii gẽiꝰ. Caracius.

racii genius/tam diuini mores/actum erat de Hieronymo Perbono.

ſed

ſed eius opera incolumis euaſit, cuius merita tantum apud me poſſunt, ut nunq̃ ab eius cõmemorandis laudibus deſiſtam uſq; ad glebam. Vir procul dubio tantæ uirtutis, & excellentiæ, ut niſi fuiſſet eius diuina ſapientia, poſt cælum, celiq; fauorem Carolus nunc non ſederet in imperiali throno. quem dii immortales conſtituant pro omni Rep. chriſtiana fortunatiſſimum, quẽ fœliciorem Auguſto faciant, & meliorem Traiano. quẽ, rogamus, dii ea bonitate ornent, & ſapientia, qua Maximilianus Cæſar decoratus in mũdo fuit. qui profecto nunq̃ a me nominandus ſine ueneratiõe, & lachrymis. memoria apud poſteros indelebili ex rebus præclariſſime geſtis, inſigniq; ſcriptorũ exornatione apud naſcituros. fuit enim manſuetiſſimus, & optimus imperator. quotq; ſunt, quotq; fuerunt principũ imprimis ſapientiſſimus & iuſtiſſimus, cuius manes ſanctiſſimos hac memoria in libello noſtro recolimus & quæ de tanto imperatore ſcripta ſunt epitaphio, q̃libẽtiſſime appõimus, ut nullus ſit locus eius laudibus uacuus. Auguſtus. Traianus. Maximiliãuſ cæſar.

Romani imperii decus hic uirtutis alumnus
  Qui iacet, & geſtis nomina magna trahit.
Heu rapiunt mala fata bonos. Germania plange,
  Pax tua nam, & Martis gloria ſumma iacet.

Neq; q̃ aliis uerſiculis ſequunt, ueritate & iudicio carent, ita. n. eſt ſcriptũ.

Hoc ſub marmore Maximilianus
Romani iacet imperator orbis,
Qui nunc poſt cineres in orbe toto
Laboris magis, & magis negoci
Faceſſit, ducibuſq; regibuſq;,
Hiſq; plus generat moleſtiarum
Quam uitam genuerit per omnem, ſi
Hic noſtra æthera ueſcetur aura,
Superſtitio & hæreſis Luthera
Germanos homines minus feriret.

Ita eſt profecto. nunq̃ hæc infectio, & teterrima lues ille ſi nũc uiueret, mẽtes Germanorum infeciſſet. nihil enim utile cenſebat, nil iuſtum, nil pium, quod idem non eſſet religioſum, & omnia demum ad fidem & religionem Chriſti referebat. hæ omnes in eo maxime relucebant uirtutes, fides, religio, liberalitas, continentia. & quod omnes, qui Auſtriæ principibus afficiuntur, lachrymare poſſunt, erat amicis cunctis beneuolus, neq; permittebat iura ſuorum amicorum aliena iniquitate deprimi. Neq; princeps Tridentinus eo uiuente permiſiſſet agros meos prædantium manibus deperire. noſtra hæc mala, & multa incommoda ſunt, propterea q, fata illum imperatorem ſapientiſſimum, iuſtiſſimum, clementiſſimum e ſcelerato ſæculo arripuere. ſed tibi o Sereniſſime Cæſar hæreditarium habes illius bonitatis Vtile nihil niſi iuſtum. Maximilianus imparator. Ferdinãdus imperator.

numen.cunctas quas ille poſſidebat uirtutes/in tuo reſeruas pectore.Ad tu
am sereniſſimam maieſtatem ſeruos / & deuotos Auſtraſiæ familiæ / quos
ille abiens reliquit/tueri/& ab omnibus iniuriis defendere pertinet . non ne

Per boni iura i marchionatu inciſæ. Caracius.

& diis/& hoībus iam mouere bilim poſſunt ꝙ iura mea/quæ in cauſa Inci/
ſæ habeo/ob quorundã iniquitatẽ adhuc in lucẽ exiri ꝓhibent̃:fortaſſe quã
tũ inſit nobis ius tuã maieſtatẽ latet.ꝙ ſi ueritas teſtẽ reqrat/habet hic illu/
ſtrẽ uirũ/& multa religione/uenerandũ ſapientiſſimũ Prothonotariũ Cara
ciũ/qui in hac cauſa probe cuncta norit fide/& integritate animi nulli poſt/
ponendũ.tuũ eſt Sereniſ.Cæſar ꝑ oẽs impii ꝑtes iuſticiæ faſces iubere extol/
li/& nullibi uiolentia deprimi.tibi tuoq; inuicto brachio datus eſt enſis/qui

Deſides negligunt. Pncipes ꝓbatiſſimi. Reges ſunt.

fulgeat legibus/& intertexto irradiet auro/ut fama imortalis tibi in cælo/& in
terra ſiſtat.deſides/& ignominiæ dediti futura negligũt.at probatiſſimi prin/
cipes nil ipẽſius curãt/q̃ ut pſens de ſe/& poſt cineres fama nobilior/& glo
rioſa loquat̃.Nõ ſunt reges/quos tantũ ſublimis ſella/& diadema/& purpu
ra inſigniuit.Sed quos mirifice uirtutes & faciũt/& cõſeruãt.hi ſunt reges/
quos libẽter e cælo Deus ſpectat/amat/defenditq;.ſed eos/qui diu negligũt
iuſticiã/qui nõ puniunt furta/latrocinia/fraudes/ hoim inſidias / aſperrime

Tpm duorũ cura. Rex cõſulto voluat. Subditos demereri. Fidos habere proficuũ. Zopiros pluresq̃ regnas. Regnare q diutius. Gubernatores diuites/& non pauperes. Regiũ nomẽ e cælo.

ſolet ꝑdere.Regẽ Deus te ꝑmiſit fore/ut cũcta ꝑnoſcas/quæ ad regnũ/ad
impiũ/ad tuos/ad fidẽ catholicã ſpectãt.mane/& ſero hoc tibi curæ eſſe ſa/
pientes nõ dubitãt.pythagoricũ præceptũ adhuc nobis uiget in ueterũ mo/
numẽtis/duorũ.ſ. tpm habẽdã eẽ omnibus curã mane/& ueſperi.mane ſci
licet/quæ acturi ſumus probe ꝑpendamus.ſero uero/q̃ egimus repetamus
animo.Sic anteq̃ rex domo exeat qd ſit geſturus/prius cõſulto uoluat.rur/
ſus cũ redierit/qd egerit recogitet.p̄cipue illud/quãtũ ſit demereri ſubditos
bñficiis/& iuſticiæ exqſita manu.quantũ ſit ꝓficuũ multos habere fidos/&
ſapiẽtiſſimos amicos.utili⁹ fuiſſet Dario regi ſi habuiſſet multos Zopiros/
q̃ multa regna.ita eſt ꝓfecto.q diutius regnare uolũt/neceſſe ẽ habeãt ami/
cos plurimos fidos/ſapiẽtes/ & iuſtos/qbus cũcta poſſint cõmitti.paupes/
qbus magiſtratus regẽdi dant̃/difficile ẽ a furtis/rapiniſq; cõtineãt mãus.ꝓ
floruere tam magnis auſpiciis cohorta/ ut hodie terra mariq; late pateat.per/
petuoq; regnatura ex eo facile coniici poteſt/ ꝙ non eſt tam compacta ex om
ni parte correſpondens Cythara/ ꝗ reſpublica hæc ordine & magiſtratibus
Comitia in creandis magiſtratibus urbium.
ordinatur.quid dici poteſt maius de comitiis illis/ in qbus patritii ordinis cõ
ſeſſus tantum ſpectatur in creandis urbium magiſtratibus? quanta ſuffra/
giorum modeſtia ſpectatur.ſedente illic maieſtate principis cum primoribus
Principes venetiarũ per curiam.
patrum nihil auditur niſi hũoneſt/ niſi ꝙ auribus ſit uirtute exporrectũ ſub
miſſa uoce/ & pie/ & ſancte. Quid illud tam diuinum inſtitutum? ꝙ ſin/
gulis hebdomadis Princeps cum ordine illo maieſtatis Reipu.bis terue de/
ſcendit ab aula aureata & totam curiã ambit/ ut ſi quis ſit uir mulierue quæ
de abſtractione iuſticiæ aut de aliquo quod iniuria adhæſerit/ conquera/
aduocatores veneꝛ publici tres. Viri quadraginta veneriis Collegiũ decemuirale venetiis.
tur/ ut inde ipſe Princeps iubeat ius fieri & expediri .Quid de publicis ad/
uocatoribus in medio adducam? qui tres numero ſunt.in quibus Tribuni/
tiæ Romanorum poteſtati neſcio quid ſimile ſpectatur. Tuẽtur enim ii auda
cter omnia ciuitatis iura.Quid de quadraginta uiris/ ad quos cunctæ appel
lationes agitari poſſunt? Quid de collegio decemuirali/ quod omnium gra
uiſſimum/ atq; Sanctiſſimum habetur? de maioribus ſapientibus / de diui
procuratores diui Marci nouem.
Marci procuratoribus/ qui hodie nouem numero ſunt laudibus & ante actæ
uitæ uirtutibus omnibus delecti / qui theſaurorum / qui hæredum teſtato/
rumq; curam habent/ qui cuncta diſponunt/ quæ ſuæ fidei credita ſunt? tria
Fora tria iuridica venetiis.
præcipue ſpectantur fora iuridica/ Ducarium/ Riualtinum/ & Patriarchicũ
in quo tertio res ſacræ agitantur/ in quibus plures iudicum ordines.An cre/
dis per omnia hæc magiſtratuum tribunalia quicꝗ audiri quod nefas ſit? an
ſtrepere falſa teſtimonia? ſedent illi ſapientiſſimi iudices omni grauitate con
Veneti ſapiẽtes & iuſti.
ſpicui uni tantum curæ intenti/ ut ius omni modeſtia exequantur.ꝙ ſiqui in
terra homines fœlices dici poſſint/ Veneti nomen hoc merito ſortiri poſſunt
Veneti grati.
ſapientes/ iuſti/ & ueritatis maxime ſtudioſi.Quippe qui continuo habeant
ante oculos hoc diuinum præceptum Teſtimonium falſum ne dicito.id ab
Veneta reſpublica ſtabilis.
initio ſeruaſtis.nunꝗ .n. contra ſancita eccleſiæ iniqui teſtes fuiſtis.nunꝗ de
Republica benemeritos neglectos habuiſtis/ quod in partem eſſe fœlicita/
tis arbitramur.quum omnia ſint in fluxu poſita/ ſtabilius nihil ueſtra Repu

blica

blica apparere uidetur.Cætera regna uariationem patiuntur/uobis autem
datum eſt ſine fine.Ita ex aliis dignoſci poſſumus quantum fortunæ uices
ſpectentur.An maior uariatio perpẽdi poteſt/q̃ quæ de Inſubribus quotidie
ſpectatur? uidi ego proximis his paucis annis quæ de uariatione dicta ſunt
ueterum.quartus uenerabitur.quintus trucidabitur.ſextus uenenabitur.ſe/
ptimus incarcerabitur.octauus non nominabitur.nonus coronabitur.Hũc
puto (quem non ſine animi mei maxima lætitia nomino) Secundum Fra/
ciſcum Sfortiam auguror futurum regem inclytum Inſubriæ.quem om/
nes ſperant confirmaturum cum hac ſacra & ſancta Republica perpetuo
fœdus.Sed hæc non exiſtimo uentura/quia ſyderei perſcrutatores ita dixe/
rint/ſed q̧ Deus ſummus noſtrarum calamitatum iam miſertus ita euenire
ſtatuat,non enim nos ſubiicimur Stellarum curſui.Hanc Dii uobis dedere
mentem Veneti/ut nullam rebus cæteris adhibeatis fidem/niſi diuinæ uo/
luntati/quæ cuncta mouet/quæ cuncta (ut uult) ſiſti iubet.nam ingenio
inſigni interpræters cæli rerumq; naturæ capaces neceſſitati ſyderum genus
humanum non ſubmittunt.& ſi illa impetum quendam influant/quum
ob ſuperiorem naturam & ob uirtutem innatam fiant generationes/& corru
ptiones/habit⁹/nubes/tonitrua/fulgura/uenti/pluuiæ.Quæ omnia na
turæ ſunt/& a Deo immortali ad conſeruationem uniuerſi coordinata ſunt.
tamen uobis inſitus eſt amor/ut nihil pro republica/pro rebus priuatis quic
q̃ agatis/quod non auſpicamini a Chriſto Deo.quid in ueſtro ſecretiori con
ſilio eodemq; rogatorum conſeſſu ante conſpectum omnium eſt ſublime ele
uatus Crucifixus/niſi quia omne quod putatis/omne quod molimini ex au
ſpicio huius facitis/atq; cum eo teſtimonium falſum nõ facitis? ꝑtioſum uo
bis exiſtimatur/quum ad partes inuocatur Chriſtus.imo cuncta conſilia ue
ſtra/cunctaq; ſancita ſine eo arbitramini fluere/uelut domum ſine fundamẽ
to/uelut nauim ſine nauta/uelut conſitos ortos ſine ſæpe.Sic in rebus cun/
ctis rem gerentibus puto uobis cor ineſſe aureum.Ideo illi a ſententia ueſtra
longe abſunt huiuſceq; diuina conſuetudine aberrant/qui cuncta fato regi
putant.neq; enim hæc neceſſitati uerus Chriſtianus alligat.Ideo precibus fa
tigandum cælum eſt/ſicut uos facitis.qui continuo ſpeculum habetis cruci
fixum.in quo imago noſtra nõ eluditur.cuius numine debilia firmãtur.ideo
non mirum ſi ante urbes innumeræ corruerunt/quando petram hanc in fun
damento non habuerint.corruere neceſſum illis fuit.aliæ aliam ſubiere cla/
dem.quædam a prædonibus ignem paſſæ ſunt.quædam quia Chriſti no/
men receperunt/adhuc uiuunt ſentiuntq; auctũ.ſicut tuæ Sereniſſime prin
ceps Venetiæ.paucæ enim extant ciuitates/quæ tantam meruerint gratiam/
quibus quacunq; trahimus oculos/nil aliud ſpectamus/q̃ templa erecta in
honorem Chriſti/q̃ pia cænobia/q̃ conuentus religioſos.uſq; adeo cuncta
ſacris redolent/ut ſi quis eam ciuitatem unum Chriſti tẽplum appellet/for/
taſſe nõ mẽtiatur.nihil ad uos ſiderũ allapſus/nihil ad uos mathematicorũ
tomi.habetis ad quem cuncta ueſtra referre poſſitis naturalia/tamen non ab
horretis.q̧ ſi materia nõ ꝑſtat/nõ põt in eã naturalis agentis uirtus formã in
troducere/quæ alioqui multiplici occurſu impediri poteſt.& quia iſiniti quã

Regna uariationem.
Inſubriæ uariatio.
Vaticinium de ducibus ſfortiadum.
Franciſcus.ii. Sforcia futurus rex.
Stellarũ curſui non ſubiicimur.
Voluntas diuina.
Sydera non neceſſitant.
Sydera in quibus.
Veneti auſpicãtur a deo.
Rogatorum conſeſſus.
Domus ſine fundamento
Nauis ſine nauta.
Orti ſine ſæpe.
Fato non cũcta regi.
Cælum precibus fatigandum.
Vrbes quare plurimæ corruerint.
Venetiæ.
Venetiæ xp̃i templum.
Formã introducit.
Euentus infiniti.

doq; rerum euentus eueniunt/ideo uariatur. At hominis uoluntas neq; a cæ
lo/neq; ab anima cæli/neq; ab alia ſubſtantia ſeparata/ſed tantũ ab immor/
tali Deo mouetur/& auctior fit. Hæc apud uos non dubium quin frequen/
ter agitari ſoleant, nam & ſolertiſſima uigent ingenia/quæ plerunq; ad man/
ſuetiora ſtudia diuertunt. Qui poſtq̃ in cæteris cunctis fortunam ueſtra ſa/
pientia uincitis/imperiumq; tenetis undiq; propagatum/& amplum/habe/
tis etiam qui cum natura negocia tractent homines nimirum acriores. quos
ego poſſem hic longa nomenclatura recenſere/Marinum Georgium quem
magno Platoni comparare poſſumus patritium non ſolum grauitate & uete
ri nobilitate excellentem ſed ſummum philoſophia & uirtutibus ingenii emi
nentem. An credunt (pace eorum dixerim) ueteres philoſophi ſe fuiſ/
ſe tribus Venereis Marco Antonio & Laurentio & meo integerrimo Ga/
briele? an & Gaſpare contareno? qui neq; deſedit ſuo acumine ingenii contra
Pomponium philoſophum ætate noſtra & Bononiæ/& Paduæ multæ ce
lebritatis uirum/donec omnia quæ ille pperam dixerat/impugnauit. Quid
de Antonio Suriano? quid de oium amicorum meorum optimo Vincentio
Quirino dicam? Quid de præſenti apud ducem oratore/& de aliis multis/
qui non ſolum patriam illuſtrant/ſed totam Italiam? quid de omniũ ingenio
rum nobiliſſimis artibus? quæ in ueſtra urbe Sereniſſime Princeps elucent
& uigent. non enim ego in gratiam loquor. ueritas phaleratis non eget argu/
mentis. ita eſt profecto urbs ueſtra magna imperio/magna opibus/magna ſi
tu/magna & mirabili prouidentia/magna conſilio/magna excellentibus ui
ris/magna artibus. quæ diffuſæ totum orbem magnificant & illuſtrant. quæ
uelut ex diuina officina urbe ueſtra emanantes alios efficiunt ueros homi/
nes. & quum tãtos & tales illa ciuitas generet uiros/qui poſſent hominibus
cæteris præſtare/tamen ita humiles/ita remiſſiores/ita manſuetos per urbẽ
incedere ſpectamus/reuerentes/gratioſos/benignos/affabiles/& in ea toga
ta grauitate conſpicuos/ut ſi quis eos nuſq̃ uiderit/totidem principes exiſti
met. Genus ſane inter ſe affabile/probum/ueridicum/alienum prorſus ab
omni mendacio/quod ſine dubio totum ciuitatis corpus ſolet contamina/
re. Ideo illic homines bilingues oderũt/quum reſpublicas deſtruant/& hu
manam concordiam facile affligere poſſint. Recte quidem/quando linguã
nemo domare poteſt malum inquietum/ueneni nutrix. quæ etſi mollis duriſ
ſima confringere poteſt. nullibi magis cognoſcuntur homines/q̃ Venetiis.
nemo illuc accedat (ſi ſapit) mendaciis/& fallaciis plenus. Ilico quaſi ho/
minum cogitationes apparent. At ſi qui mente candida uiuunt/prorſus lon
ge a fraude Reipublicæ ſuauiter amantur/honorantur/multoq; honore ha/
bentur. Gens alioqui quæ nullam adulationem admittit. Ita paſſim uitæ in/
tegritas colitur/ut quum accidit forte flagitium aliquod/admirantur/con/
trahunt frontem. uix credibile ducunt illic natum ſcelus/& per euangelia &
ipſi atteſtari ſolent/magna diſciplina corrigendum. uſq; adeo nihil eſt magis
in uſu/q̃ cõmune bonũ/q̃ pro omnibus commodum & pro Republica im
mortale decus. hanc ariſtocratiã nobiliſſimã eſſe Deo & intelligẽtiis ſanctis
gratã & amabilẽ/ppetuoq; uicturã haud ambigimus/quũ nulla illic interia/

ceat

Hominis uoluntas a deo.
Venetorum ingenia ſolertiſſima.
Venetorum homines præclariſſimi.
Marin⁹ georgius.
Marcus antonius venere⁹.
Gabriel venereus.
Laurentius venereus.
Gaſpar contarenus.
Pomponius philoſophus
Antoni⁹ Surianus.
Vincentius quirinus.
Venetorum artes nobiliſſimæ.
Veritas phaleratis argumentis.
Venetiarum ciuitas.
Veneti gratioſi.
Veneti conſpicui.
Venetorum genus probũ
Bilingues odio.
Lingua.
Venetiis homines cognoſcuntur.
Veneti probos amant.
Veneti flagitiũ admirant.
Veneti peuãgelia.
Veneti commune bonũ.
Venetorum ariſtocratia.

ceat deceptio.cæteri p orbē principes ea q̄ uolūt appetūtq́/libēter audiunt
& adulationes admittunt.falliq́ æquo animo patiūtur.At Venetiis nō niſi/
improborum artes ilico dignoſcuntur.dignotis uix eſt qui eos aſpiciat. non
eſt tam copioſum aurum/quod reperiat qui falſum teſtimonium dicat/qui
ueritatem offuſcet.at alibi non paruam reperies copiam.ubi tanta creuit ho/
minum falſitas/tanta cauſidicorum inuolucra/ut nihil fiat dicaturq́ ſine in
finitis mendaciunculis.Ciuitas mendax/& ad omne ſordidum lucrum pro/
na/quæcunq́ illa ſit/haud unq̄ fructibus cōcordiæ gaudet.Quot reperiun
tur matronæ ut hæreditatem conſequantur/quæ filios diſcunt ſine dolore
parere ſuppoſito alterius nato? qui beatus etiam inuitus efficitur/quū duas
ſortiatur matres.ſed diſparem facit parentum imago. Sed hæc non abeunt
apud Deum impune.Eſſe enim hæc falſi teſtimonii quis dubitat? & uindicā
da acerbe ante deorū tribunal? Beata ciuitas/quæ aureis cōſcribit lr̄is/corde
q́ affixum gerit.falſum teſtimonium non facias.proterea q̄ qui loquitur ue
ritatem in corde ſuo/in montem aſcendit Domini.Icecirco homines inſidiā
tur/quia abiecta ueritate/per falſa teſtimonia lucrum quærunt.Cur reges &
principes proruunt in ſcelera? quia falſis apperiūt aures/credunt q́ facile in
praua teſtium & fallacum hominum dicta.abeſt longius ab his Perbonus/
qui quondam in ſummis magiſtratibus poſitus nihil conſequebatur/q̄ undi
q́ mordentes inuidias.Illis poſtremo relictis cognita tandē uera libertate/ad
manſueta hæc negocia me reduxi/atq́ per has morum commentationes ſua
uitatem uitæ capio in meo gratiſſimo loco Ouiliarum quaſi ſpirante numine
ſim cum cariſſima uxore mea & filiis hoc tam bonum ſortitus.ſæpe amicos
& iam ſexagenarius ualido corpore reuiſo/& pedibus ſuffultus meis adeo
ortos/piſcinas/lacus/falceq́ aliquando arbſucula expurgo. Interdum cū
meis colonis uenatum pergo/animumq́ recolligo firmius/atq́ mente ſic
fruor/ut ſolam hāc meam eſſe ducam.In cætera manus iniicit fortuna labor
q́.menti ſoli inhæreo/& quod ex ueterum ſtudiis hac ætate dignum excer/
pere poſſum/meis repono monumentis/& memoriæ mādo poſterorū meo
rū/ānitēs obliuiſci quāta ſim domeſticæ rei diſpēdia paſſus ob iacturā prin
cipum meorum/neq́ amplius ad adminiſtrationem rediturus/niſi reforme
tur in meliorem faciem reſpublica eiecta omni ſpurcitia factionis/niſi opti/
mi quiq́ ad id ipſum euocentur.Lycurgus in demortui ſenatoris locum ſta
tuit eum aſſumi qui ueritate cæteris præſtare uideatur/& eorum numero
qui annum ſexageſimum tranſegiſſet. & non qui inter robuſtos robuſtiſſi
ſimus/neq́ inter celeres celerrimus/nec qui labe proditionis conuictus/nec
qui principi/ut reipublicæ quandoq́ aduerſatus. Sed qui ſemper ſpectatæ
fidei ſit habitus continentiæ & iuſticiæ.apud quem nihil ſit ocioſum/nihil
remiſſum.Sed in omni uitæ ductu continua fuerit uirtutis æmulatio/& cui
fuerit in oreueritas.nam qui frequenter in falſa diuertunt/mendaciaq́ effu
tiunt/omnium mortalium infimi ſunt.nobiliſſimus uobis eſt mos Sereniſſi
me Princeps/ut homines probentur per magiſtratus/ut ſi qui per eos egre
gia & laude digna agent/multo maiora conſequantur. At ſi ſe falſis immi/
ſceant/deuient a recto honeſtoq́ regēdi modo/tunc uniuerſorum ſuffragiis

Pricipes adulatores admittunt.

Venetos nō falli.

Matronas. parere ſine dolore.

Homines inſidiātur quare.

Pricipes quare in ſcelera.

Principes facile credunt.

Perboni vita præſens.

Ouiliarū locus.

Lycurgus.

Senator qualis eligendus

Homines p̄bari per magiſtratus

Lupi urbem intrant.

Veritas non abſcondi.
Humanum genus ad libidinem.
Veritas adiuuat.
Sapiens ueridicus.
Venetis ueritas.
Venetæ reipublicæ perpetuitatem.

Veneti Italiæ pacem.
Venetis Perbonus.

fiant ubiq; neglecti. Sed non eſt alibi iſtæc ſanctior norma/quam quum ſæpe deſideremus/tutius mihi eſt tamdiu ruri degere/quo ad lupi hoc noſtro tempore urbem intrant. quum incipient exire/nos intro ſuccedemus. paucis bonis nunc ea cupita eſt ciuitas/ubi improborum peſte laboratur/ubi clamorem mendacum Deus non audit. Iccirco quiſq; cum proximo ſuo ueritatem loquatur/quæ abſcondi tandem non poteſt. & ſi procliue ſit humanum genus a labore ad libidinem/& a ueritate ad mendacium/per ſe tamen ueritas adiuuatur. Ideo ſapientes omnis mendacii natura expertes ſunt/quibus nihil familiarius ueritate præſtat. & quia nihil familiarius ueritate in tua ciuitate Sereniſſime Princeps Andreas Gritta præſtat ſic plebs/ſic infimi homines/ſic mercatores/ſic tota illa tua nobilitas loquitur/& quod loquitur integrum obſeruat/auguror perpetuitatem tuæ Reipublicæ/ propterea q; ſcriptum eſt in ſacris monumentis. Et perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. q; ſi hos immortalis Deus perdet/quid de ueridicis faciet? utiq; conſeruabit in æternum. Hæc ſunt Sereniſſime princeps/quæ ad te/tuamq; Rempublicam eram ſuper Dei præceptum loquuturus. quem ita rogamus/quem quotidianis precibus fatigamus/ut ueſtra reſpublica perpetuo uiuat/perpetuo fœlicitetur. & ita uos regatis ut regitis/ita uos adminiſtretis ut adminiſtratis/ita uos gubernetis ut gubernatis. ut ex tanto diuino ordine tota Italia ſentiat pacem/tranquillitatem/& omne præſidium ex ueſtra integerrima iuſticia. ad cuius maieſtatem ego Hieronymus Perbonus cum filiis meis cariſſimis accedo/& tantæ maieſtatis Reipublicæ manum tangimus & deoſculamur. ualeat tua Serenitas perpetuo fœliciter.

ADAGIA NONI LIBRI.

Bene ordinata non ſunt peruertenda.
A finito ad infinitum nulla eſt comparatio.
Diuina ſubſtantia a nobis inueniri non poteſt.
Diuina fides eſt uera tranquillitas.
Fides nos ducit ad ſummum bonum.
Tandiu ſeruatur ciuitas/q̄diu eſt unitas.
Cura ſit præcipua puerorum/& adoleſcentium.
Qui non ſeruat modum in uictu/fruſtra medef.
Robuſto/& temperato non eſt opus medicinis.
Prudentes in ciuitate ſunt leges uiuæ.
Oramus mente/loquimur lingua.
Iniuſticia eſt exitium ciuitatis / iuſticia ſalus.
Indignatio ſæpe rationi opitulatur.
Conſeſſus prudentum ocioſus non eſt.
Virtus eſt ſanitas animi/uitium morbus.
Deprauata natura corporis præſtat mori.
Vita uitioſa eſt miſera. Vbi bonum ibi patria.
Veritas q̄ plurimos reddit infenſos.
Quod tenue/rarumq; eſt/purū eſt/atq; placidū
Lippi raro lucidius perſpectant.
Riuus non fluit niſi a ſonte fluat.
Semen genitale a toto corpore manat.
Lux diuina homines illuminat.
Fides eſt antiquior doctrina.
Omnium oculi uoluuntur in principem.
Vitia principum latere non poſſunt.
Mediocris uirtus non ſufficit in principe.
Diſſidium inter collegas peſtis eſt.
Cibo plures q̄ ferro pereunt.
Podagra erat maioribus incognita.
Magna cura fuit maioribus in inueniendo/& benignitas in docendo.
Natura non ſuperatur ab humana inuentione.
Veneno uenenum extinguitur.
Malum nullum eſt ſine aliquo bono.
Nihil indignus q̄ ſeruo liberum ſubiici.
Diuitiæ non poſſunt/niſi quum rite poſſunt.
Diuerſi diuerſa cupiunt/at ſapiens unum.
Amans ardentiſſime ut plurimum redamatur.
Verus amicus odit inimici inimicum.
Medicus inuidet medico/& artifex artifici.
Auxilii gratia quilibet fortiori amicatur.

Sunt gentium differentiæ non mediocres.
Anima alia anima curatur.
Sunt in homine/quæ ei proſunt & nocent.
Beneuolentia maxime benignitate comparatur.
Vehemens cogitatio pingit imaginem.
Areſcunt ramuſculi & reuireſcunt ſi inſint.
Periculoſa eſt repentina euacuatio.
Contraria contrariis curantur.
Bonum/& malum non amicantur/& ſi aliquando malū ſolet parere bonū.
Omnia a motu fiunt & conſeruantur.
Ocio cuncta labuntur niſi ocia.
Ocium ſi parit fructum nihil uberius gignitur.
Multa nocebunt quæ profutura ſperamus.
Qui amat miſer/ſed qui pendet miſerior.
Bona ualetudine nihil eſt melius.
Decet uerecundum eſſe adoleſcentem.
Inualido uita pœna eſt.
Protrahenda eſt uita perpetuo ſi liceret.
Futura non eueniunt ut cogitantur.
Vultus cordis index eſt.
Forma bonum eſt fragile.
Sciens non eſt expers ueritatis.
In ſene deficiunt uires/ſed creſcit prudentia.
Dum ſit præmium dulcis eſt labor.
A conuitio abſtinet prudens in uxorem diuitē.
Quiſq; ſibi continuo bene facit/ſi ſe conſeruat.
In occipitio bene eſt aliquando oculos habere.
Senex qui uxorem ducit/cito deficit.
Sat habet qui bene uiuit.
Infortunium eſt habere filiam inlocabilem.
Nemini credendum niſi approbet ſenſus.
Rarus ciuis ſine liuoris macula.
Gubernatiōis ſpiritus lex eſt.
Improborum commertio corrumpimur.
Si Deus lætatur unione lætatur.
Peccati res ipſa teſtis eſt.
Auidis etiam in minimis eſt altercatio.
Iratus ſæuit in monitorem.
Beſtia incurabilis eſt fugienda.
Finita cognoſcunt̄ anteq̄ ament̄/infinita ecōtra.
Amor trāſfert amantem in amatum.
Pauper non recte negociatur cum diuite.
In uxoribus pauperibus ſunt mores probiores.
Maxime callidus eſt qui mulierū mores noſcit.

In magna dote magnæ ſunt moleſtiæ.
Sola indotata in mariti eſt poteſtate.
Omnia humana ſtultitiæ ſunt plena.
Cuilibet unum eſt uitium.
Impar numerus Deo gratus eſt.
Impares numeros ad omnia uehementiores antiqui credebant.
Nihil eſt deterius ignaro ac iniuſto iudice.
Improbi principis mores omnia peruertunt.
Si deficit iuſticia regnum perit.
Cocleæ ſuo ſucco uiuunt.
Captiuus utiq; quærit fugam.
Leuior labor eſt/ſi patienter pateris.
Auctoritas antiquorum cæteris eſt anteponenda.
Præſtat pati iniurias/q̃ inferre.
Impietas omnibus uitiis mixta eſt.
Scientia/& honores inflant ruſticos.
Concilientur ciues/non expellantur.
Inſanabili nullum conſilium prodeſt.
Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.
Sibi non uiuit/qui aliis non uiuit.
Cor hominis in tenebris ſcribit.
Dulce eſt bene uiuere/ſed dulcius eſt bene mori.
Emere/& uendere nemo cogitur.
Popularis dominatio eſt peſſima.
Ex igne aurum purificatur.
Artes abactionibus nominantur.
Nil negat Deus iuſta petentibus.
Vinum aquæ miſcendum eſt.
Milites immunes eſſe debent.
In re mala iuuat uti bono animo.
Sine aſtu doli non ſunt doli.
Si malum palam fit/maximum malum eſt.
Vix cauere poſſumus ne decipiamur.
Virtute quis ſatis diues eſt ſua.
Omne lucrum non eſt ſemper utile.
Aliquando præſtat facere damnum/q̃ lucrum.
Lucrum multos luculentos fecit.
Aurum multa ſuadet perperam.
Prælia ſunt homini pernicioſa.
Bonum eſt pati iugum ab adoleſcentia.
Melius eſt gladio/q̃ fame perire.
Soli Deo eſt gloria.
Amico iuſta petenti decet annuere.
Onus impoſitum ſæpe premit.

Laudant timidi quæ corde damnant.
Magna eſt gratia relinquere filios hæredes.
Diuitiæ ſunt gratia corporis/corpus gr̃a animi.
Non egeremus legibus/ſi utilitati publicæ intenderemus.
Dies prætereunt non cogitantibus.
Dolor magnꝰ nec ſilẽdo/nec clamãdo recedit
Rugæ ut plurimum dicunt de ætate.
Animalium pro ſe cuiqꝫ præcipua ſolertia eſt.
Non decet ſcrupuloſe referre.
Aliquid noui ſemper affert Africa.
Homines feris magis ingrati ſunt.
Cura ſobolis maior eſt fœminis.
Negato coitu animalia fortiora euadunt.
Non uult deus ut hõ pereat/ſed ut cõuertat̃.

F I N I S.

Liber Decimus Ouiliarum ad Illuſtriſſimum: & Excellentiſſimum Carolum Ducem Sabaudiae Inclytū de Nono & Decimo diuinis Praeceptis.

Illuſtriſſimo Ac Excellentiſſimo Carolo Duci Sabaudiae Inclyto Hieronymus Perbonus Marchio Inciſae: & dominus Ouiliarum Bene Eſſe.

SI LAVDES uirtutum tuarum Illuſtriſſime Princeps in noſtro hoc opere Ouiliarum recẽſere uellem/ſi merita tuæ bonitatis/& excellentiſſimæ uitæ tuæ præmia cõſcriberẽ/ſi geſta enarrarem/quibus cælum & ſydera tangis/a multis non immerito audax iudicaret/ & perinde ac unus/qui uel ſolem lucidiſſimum illuſtrare facibus conaretur. Iccirco quia hæc noſtros ſuperant humeros/magnis uatibus/qui ſub tuo imperio ubiq; eminent/relinquemus. nos uero humiliora tẽtabimus. Quæ etſi nõ fuerint altiloquo conſcripta calamo/erunt tamen plena fidei & affectus animi mei erga tuã Excellentiã. cui ita afficior/cui ita ſtudioſo pectore trahor ob egregiã tuæ mentis probitatẽ/ut nullibi propẽſius uiuã. Et quia in omni tempore laudabilium rerum honeſtus eſt conatus/uolui pro mea erga te pietate hoc munuſculum duorum mandatorum ante tuam excellentiam offerre. De cælo hæc nobis data ſunt/non uxorem/non rem alterius cõcupiſcas. Quæ ut ſunt magni/& excelſi conſtituta ſenſus/ita ſunt digna/ut tuo altiſſimo ingenio diſcutiantur. Et quia amplecteris omnia candidiſſimo uultu/ideo hoc auſus ſum non ut tuum nomen/tuam familiam illuſtriſſimam/& Excelſam magnificarem/ſed ut oſtenderem fidem erga te meam immenſam. nam gloria tua/& ueterum tuorum ex ſe ipſa ſe ipſam commẽdat. ut pote qui omnem uitam tuam princeps optime inſtitueris/ut honeſte uiuas/alterum non lædas/ius ſuum cuiq; tribuas. Nemo eſt qui dum hæc ſpectat/non ore laudet/non extollat tua ſanctiſſima inſtituta. Et quæ a fortuna tribuuntur opes/diuitias/imperium/ortus nobiliſſimos ex antiquis regibus/principibuſq; inuictis/qui ferociſſimos populos/exteras gentes/& barbaras pro religione noſtra egregie domuerunt. omnes id ſciunt/ & ſcribunt. At quantus ſit ex tua familia propagatus ſplendor/ex eo compræhendi poteſt/q; ſoror tua Chriſtianiſſimum regẽ genuerit. Tibi uxor regis filia/ſoror regis. atq; (ut fama eſt) ab ipſo Hercule genus originemq; ducis. Sed (pace omnium dixerim) tuorũ ueterum magna fuit nobilitas/ſed in te maior lucet & ſplendet. Ea quæ in terris reperitur nobilitas/ſumma in te apparet/ſumma in te religio/ſumma fides/ſumma conſtantia/ſumma iuſticia/ſumma clementia/ſumma liberalitas/ſingularis uirtus. Ex quibus incredibilis per om

Conatus honeſtus.

Rem alterius.

Carolus ſabaudiæ dux.

Fortunæ bona.

Caroli ducis ſtemma.

Caroli ducis regia ſoror.

Caroli ducis uirtus.

nium regum aulas tibi auctoritas parta eſt.Ita ut tui maiores /imperium tuū
Caroli imperium trāquille.
in ſumma pace / & ciuium tranquillitate gubernas. neq; id tantum habes/
ſed maiora quoq; continuo chriſtianæ fidei lumen/ & Romanæ eccleſiæ in
uictam religionem poſſides / & quam tantopere tui maiores coluere/mode/
ſtiam /manſuetudinem/humanitatem/& erga omnes incredibilem clemen/
tiam. ut dici poſſit quicquid illi per multa ſæcula per partes tenuere/tu om/
ne intra tuum ſacratum pectus retines & poſſides. & quanta in te reſideat
animi magnitudo ex uno præſcribi poteſt ꝙ proximis menſibus / dum Bo/
noniæ apud Carolum Cæſarem fuiſti/ut præſens coronationem honorares
Regius titulus recuſat⁹
ſimul cum uxore Serēiſſima tua/atq; ut ille principem tam excelſum maiori
dignitate demereretur/obtulit regium titulum, ſed ingenue recuſaſti.malui/
ſti tuo ueteri & excelſo nomine per uniuerſum orbem famigerato ſplendo//
rem auitum retinere/q̄ addititio ſuffragio maiorem facere.ſed quid maius ti/
bi addi poteſt/q̄ quod poſſides? immortale nomen/uitæ integritatem/cæle
ſtem regendi modum/ tanto conſilio & ſapientia pacem omni tempore in
tuis populis cuſtoditam retines/ut quæ bella alii geſſere / incredibilem tuæ
Sabaudiæ ſtatus ſine bello
ſerenitati in laudem & gloriam redundarint.Quippe alibi per omnes Euro
pæ partes cūcta incendiis/cædibus/rapiniſq; ſentiebantur fœdari. Solæ tui
ſtatus urbes ab omni rerum turbine immunes præſtitere. & quantum hu//
mana ſolertia cauere potuit/tantum Sereniſſime Princeps cauiſti ne uis alie
na/ne fames /ne peſtis/ne Luthera hæreſis mentes tuorum populorum in/
Sabaudia ſine hæreſi lutherana.
ficerent.Et quum uiuenti nobilitate animi cedas nemini/unum quod deni/
grate tuam immortalem famam poteſt/uideris retinere.ſiue id accidat tua im
menſa pietate/ſiue aliorum precibus commotus/ quibuſdam patrocinium
Inciſæ cauſa
præbes.quibus nullibi locorum ob atrocitatem facinorum deberet præſtari.
præſertim pro Marchionatu noſtro Inciſæ.nam qui iniuſtæ cauſæ fauet iure
iniuſti animi redargui poteſt.Quid enim iniquius perpetrari poterit/q̄ legū
ſanctiōi aduerſari? proinde tuā excellentiā humiliter oramus / ut tuū fauorē
ſeruo tuo Perbono non deneges præſertim in re tam euidenti.non ſane nega
bis ſi inimicis noſtris in hac re tantum non adfueris patrocinio.in cæteris ue/
Vni prodeſſe & alteri nocere
ro utere tua bonitate.non enim decet tam iuſtum principem uni prodeſſe &
alteri nocere / cuius ius omnes comitantur leges / & diuinæ / & humanæ.
ſed tu ſereniſſime princeps rē hanc cū tuo ſapientiſſimo conſilio perpendes.
noſtra uero officia erga tuam excellentiam quotidie fient promptiora. quæ
neq; aſperitas rerum/ neq; alienæ iniuriæ abrumpere poterunt quin ſemper
tuo nomini ſint deditiſſima.ſemper rogabimus immortalem Deum/ut te cū
Sereniſſima coniuge tua cum cariſſimis filiis tuis/quātum uoles & amplius
conſeruet & augeat. Ex Ouiliis noſtris.

Ad Illuſtriſſimum Carolũ Sabaudiae Ducem optimum Hieronymi Perboni Marchionis Inciſae Ouiliarum Liber Decimus de Nono ⁊ decio Diuinis Praeceptis. S. non Uxorẽ: nõ rẽ Alterius Concupiſcas.

OMNIA quæ mandauit Deus nobis ſeruanda ſereniſſime princeps/aut reſpiciunt actum exteriorem/aut interiorem. De factis dictiſq; ſatis abunde ſcripſimus ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Pontificem Clemẽtem/ad ſacrum ſanctum imperatorem/cæteroſq; chriſtianæ Reipublicæ reges & Principes/& ea unicuiq; conuenientia adhibuimus. de interioribus uero noſtris operationibus ad tuam excellentiam hæc pauca dicturi ſumus. Lex enim diuina non tantum præcipit quæ dicenda faciẽdaq; ſunt ſed de his iudicat quæ cogitamus. humanæ leges ſunt quæ apparent exteriꝰ iudicantq;. Ideo Deus humani cordis Deus dicitur. Et quia tua excellẽtia in omnibus quæ apparent/habetur ſanctior & optima/exiſtimamus ꝙ ita in corde tuo operis agaſq;/ut Deo placeas ſicut in cæteris actibus exterioribus hominibus. Proinde conuenientius hoc præceptum diuinum ad te præſentandum duximus non concupiſcas rem alienam, non ꝙ tua bonitas hac noſtra admonitione egeat/ſed quia multo melius cognoſcere potes quum animam tuam ita expurgatam poſſideas/non ſolum quæ exterius ſunt egregie exerceas/ſed quæ interius catholice continuo habeas. Et quia uis concupiſcentiæ infinita quodammodo eſt ideo datum eſt nobis hoc/ut reminiſcamur finem nobis eſſe aliquem intendendum/decretum/& proſcriptum. factum eſt enim cor hominis non ad hæc infinita hauriẽda/ſed ad Deum recipiendum. pulchre Auguſtinus extulit. feciſti nos Domine ad te/& inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Et propterea quod minus Deo eſt humana corda replere non poteſt/admonemur igitur a Deo immortali ut concupiſcentiam rerum infinitarum euitemus/tũ quia affert tranquillitatem mentis. concupiſcentes enim cõtinuo ſoliciti ſunt. ſic enim in monumentis ſapientum ſcriptum eſt. ſaturitas diuitis non ſinit eũ dormire. Ideo Chriſtus ſapientia patris concupiſcentias a ſe ſpinis comparauit. tollit enim etiam concupiſcentiam/iuſticiæ æquitatem accipit unde non oportet/& ex

Mandata diuina reſpiciũt

Operatiões interiores.

Lex diuina ꝓcipit.

Leges humanæ iudicant.

Deus humani cordis.

Concupiſcẽtiæ humanæ uis.

Finem reminiſcamur.

Cor hominis ad deum

Cor hominis inquietum.

Concupiſcentia rerum infinita.

cæcat animos prudētū & ſubuertit uerba iuſtorū.&(ꝙ deterius nobis acci
dit)charitatē excludit.Proinde quāto magis quis exuberat charitate/tanto
minus de cōcupiſcētia laborat.Hoc enī p̄cipue cōcupiſcētia ꝓducit/ ut oīs
iniq̃tas liberiꝰ emergat.ē enī radix oīum malorū cōcupiſcētia/ſicut diuꝰ Pau
lus p̄dicauit.facile intelligi pōt ꝙ cōcupiſcētia hoīes demergunť in interitū
& æternā ꝑditionē.Id ſcilicet fit quū cōcupiſcētia nobis exoritur/& ſine rō/
ne adhæret pronior in rē & uxorē alienā.nō potuit diuus Ioānes nobis enu/
cleatius exponere quū ita,canonice ſcripſit.omne,quod eſt in mundo concu
piſcentia carnis eſt/& cōcupiſcētia oculorū/& ſupbia uitæ. Sed pauci hæc
potuere euitare introducta primorū parentū labe.potuit tñ Chriſtus.potuit
Deipara uirgo.poſſunt & alii ex gratia.Conaris tu ſereniſſime princeps om/
ni diligētia & ſtudio id īfinitū euadere:&(ut fama eſt)multo plus tua boni/
Peccatum ſi creſcit.
tas facit/q̄ oſtēdat.ue homini qñ peccatū creſcit.tūc enī creſcere dr̄ quū con
cupiſcētia in corde regnat.Ideo apud Matthæū ſcriptū eſt.qui uiderit mulie
Voluntas apud deū.
rem ad cōcupiſcēdā eā/iam mœchatus eſt eā in corde ſuo.uolūtas enī apud
Deū pro facto reputatur.Iccirco ſapiētiſſime facis Princeps Illuſt. quū con
Inimicus familiaris.
cupiſcentias has fugias.In quo peccato expellēdo oportet plurimū laborare.
difficilius enī uincitur inimicus familiaris/q̄ hoſtis externus.fugimus tñ has
Concupiſcētia vt ſuper.
illecebras pungēteſq; cōtinuo ſpinas/ſi exteriores occaſiōes poſt habeamus:
Ocium.
Si pullulantes cogitatiōes abrūpamus/ Si freq̄nter oīonibus incūbamus/
Mentē cupe.
Si nullo marceſcamus ocio. multas enim ocioſitas docuit malitias. neq; tñ
Cupere.
mens hūana cupe oīno ꝓhibetur / Sed a malis deſideriis hæc p̄cepta dātur.
Nā cupe q̄ honeſta ſunt/q̄ neceſſaria/q̄ ſine dāno proximi & iniuria/nemo
Cupiditates q̄ effluunt.
ꝓhibetur.cupiditates ipſæ/q̄ effluūt rōnēq; ſupant/multo ſtudio cohercen
Affectus improbi.
dæ ſunt.ii enim affectus improbi impediunt bona & recta cōcilia.potius plu
Plura habet.
ra habet qui minus concupiſcit q̄ qui cuncta uorat animo.hæc ſunt quæ pa/
Cupiditas effrenis.
rit effrenis cupiditas incendia/ruinas/bella/fraudes/luxurias. tolle e medio
hanc improbam cupiditatem cunctæ ceſſabunt inſidiæ.hæc illam præcla//
riſſimam urbem & troianum imperium in aſia funditus euertit. hæc rempu/
blicam Athenienſium/hæc Romanorum olim excellentiam armorum ad
terram deiecit.Hæc fecit homines audaciſſimos ut per horrenda maria/ut
Sylla & marius.
per inacceſſos montes/ut per deſerta uallium iter non euitarint. hæc Syl//
lam & Marium ad mutuas crudelitates impulit. hæc Marcum Antonium
Marcus Antonius.
inſanire fecit.hæc Alexandrum uſq; ad Indiæ finem compulit properare.hæc
Alexander.
mentem humanam a cogitatione maxime ueritatis auertit. qui enim relaxat
Cupiditates cohercendæ.
habenas cupiditati/facile cadit.Ideo cupiditates cohercendæ ſunt.Ideo no/
Medici periti
bis ſuperne uenit/ne male concupiſcas.periti medici nunq̄ ægrotantem pe/
nitus cupiditates ſuas implere permittunt . Deterius eſt in rerum natura ni/
Homo probus.
hil omnibus neglectis quæ rationi patent/q̄ concupiſcentiæ rerum mala//
rum incumbere.utilius foret cæcitatem oculorū/ & ſurditatem aurium op
Rōni pareat
tare/q̄ in nefandas cupiditates incidere . Iccirco debet probus homo niti &
Fortuna nulla.
maxime laborare/quum motus animi ſemper rationi pareat. ꝙ ſi humana
gens in rebus cunctis ratione regeretur/nulla in rebus humāis fortuna uige
Genus mortale qetum.
ret.eſſet tunc mortale genus omni nexu expeditū liberūq; & qētū . difficile

tamen

tamen cōtendere eſt uoluptatē natura nobis inſitā. cuius ēt uis tā late patet ut actionū affectuūq; noſtrorū ſit comes. neq; dubiū eſt quin ille in numero ſit habēdus pecudū/qui tōne penitus abiecta laſciuiis prauiſq; cupiditatibus ſemp inſeruit. nihil ꝓinde homini quietius haberi pōt/q̄ nihil praue appetere. fœlix ille ꝓfecto eſt/qui ita ſuas cohercet cogitationes ut ex his nihil fluat emanetq;/niſi purū candidūq;. Tūc id impoſſibile eſt ꝙ in alienū feratur. Sed ſuis tātū ſe cōtinet terminis. tolle iſtā prauā cogitationē e mēte tua/tūc oīa quæ mala fiunt in genere humano/peſſum cadent. nō ſacrilegia/non furta/nō rapinæ/nō homicidia apud eos locū reperient/qui in mente ſua nō coaluere malas cogitatiōes. neq; quis putet nullū in his eſſe ſcelus/ ubi cogitatiōes/etſi malæ/nō exierint. Imo ſcelus ꝓpterea ꝙ ab alto īmortalis Deus reſpicit & mentes noſtras diſcutit. Iccirco ne quis excuſationem de ſe afferre poſſit ꝙ cōcupiſcentiæ nō extra exierint/ datū eſt nobis diuinū p̄ceptū/homo ne praua cōcupiſcat. Quid enim ex his titillationibus non malū euenire pōt? ſi cōcupiſcis opes/tūc incōmoda/dāna/labores/ ſolicitudines tibi præſto adſunt. Si cōcupiſcis uenereas uoluptates/ilico & inopia/& malæ ualetudines/infamiæq; emergunt. Si honores/undiq; res uanæ emanabunt. atq; in his cupiendis raro eueniunt opes. raro uota placida adſunt. Sed plerunq; innumeræ curæ/iacturæ/exilia/inuidiæ/& cætera/quæ humana cōditio patit. q̄ ob rem pauper atq; miſer homo omnē ſuā tranquillitatē amittit per inſanas cōcupiſcentias/nec unde uenerit noſcere poterit. bene a ſapientib⁹ dictū eſt. qui cōcupiſcentiā effugere pōt/regnū acquirit. recte. M. Tullius dixit ꝙ is meretur appellari imperator & hoc noīe dignus putabitur/qui ſuis pōt malis cupiditatibus imperare. Icirco ſi is refrenabit cupiditates/aſpernabit uoluptates/iracundiam tenebit/animi cæteras labes repellet/is profecto poterit aliis incipere imperare/quū & ipſe improbiſſimis tyrannis/malis ſcilicet cōcupiſcentiis/deſierit parere. At dum iis obedimus in maximas calamitates ſolemus incidere. Proinde (ut dici ſolet) cupiditas ꝓuinciarū dura domina eſt/imperioſa/& uehemens. Diues profecto eſt ille/cuius in mente nihil exoritur/quod ab honeſto deflectat impetū. hic facile ad quæcūq; euenerint/cōtentus uiuere pōt. Tūc animus plus q̄ diues habet. quæ nō habet poſſidet/quæ cuncta ad cælū tendunt. Quantū ergo ſit euitanda hæc praua mentis cōcupiſcentia/ex eo cōpræhendere poſſumus/ꝙ Deus immortalis præceptū obliuioni nō tradidit. Vtinā cæteri mortales facerent/ut tu facis sereniſſime princeps. qui tuis rebus cōtentus/qui tuæ uoluntatis uirtutibus cōpoſitus nihil alienum/nihil quod alienos toros inficiat/concupiſcis. Ideo omnes principes te obſeruant & amant/ꝙ tanta iſta tua moderatione tu & maiores tui per cuncta ſæcula hoc diuinum præceptum obſeruaſti & obſeruas/ut nemo adhuc ſit repertus/qui a te quicquid petierit ablatū non ſit cōſequutus. manus enim innocentiſſimas habes. Ideo magno & inuicto animo uiuis/quū ſcriptū ſit/ꝙ anguſti & parui animi eſt cōcupiſcentias inſectari. nihil eſt magnificentius/q̄ iſthæc contemnere/quæ fluxa & caduca ſunt. parua enim ab initio in mente humana concupiſcentiæ radix pullulat. Sed incrementū (Dii boni) quantum quotidie ſuſcipit? Nihil oritur in rerū

Voluptatis naturalis uis

Fœlix qui.

Deus mētes.

Homo non praua.

Concupiſcē tiopes.

Concupiſcē ti venerem.

Concupiſcē ti honores.

Homo miſer

Concupiſcē tiā effugiens.

Cupiditatibus imperās.

Impare aliis

Cupiditas dura dn̄a.

Diues qui.

Viuere cōtentus.

Concupiſcē tia mentis.

Carolus dux

Concupiſcen tiæ radix.

natura quod in immenſum procedat/præter concupiſcentiam. radices ha/
bet plurimas/quas hinc inde diffundit.& ni q̄primum funditus recidamus/
Hominis praua mens. difficile poſtmodum creſcentibus obniti poterimus.unde putabimus ꝙ pra
ua mens hominum in uxores alienas fit procliuis? niſi ꝙ iam radix illa cócu/
piſcentiæ pedem ſtatuit.Hinc pudicitiæ inſidias paramus.hinc nocturni ua
gatus fiunt.hinc miſſiuæ literæ excogitantur. hinc lenocinia arte parantur.
Q uæ poſtmodum in maximas iniurias ſolent cóuerti.&(quod deterius ho
mini accidit)imago illa quā ex typo Dei habemus deſpicitur.ſic ſucceſſit la/
tenter parentum noſtrorum mentes ſerpens ille perfidus/qui eandem con/
Vxorem alienam. cupiſcentiæ radicem complantauit.fluxere poſtmodum innumeræ cupidita
tes.proinde admonemur ſuperne ne rem/ne uxores alienas concupiſcamus.
natura tamen id nobis inſitum dedit/ut concupiſcamus. Sed ea quæ bonita
tis/& honeſtatis fonte emanant.In quibus adipiſcendis/quamuis nō parua
ſe interponat difficultas/ tamen adnitendum eſt nobis.neqꝫ propterea id cō
ſequi poterimus/niſi labiles appetitus/& laſciui ſuppeditentur. eſt proinde
Appetitꝰ duplex duplex appetitus.alter qui a ſuperiori uoluntate proficiſcitur.alter qui ab in/
feriori ſenſu emergit/qui ſuapte natura rationi obtemperare debet.alter præ/
cipites homines agit.alter uolentes ducit/nolentes rapit.quum uero ille ſer/
uus appetitus domino libenter paret/haud poſſunt malæ concupiſcentiæ in
humanis mentibus facile locum reperire.hinc quoties diſſident inter ſe per/
turbationes/hinc libidines uariæ/hinc metu afficimur.hinc expaueſcimus/
deiicimurqꝫ animo/& deſiderio conficimur.propterea in appetendis alienis/
ſi qua nobis non ſuccedent/in hæc mala incidimus/quæ non alibi/& ſequē
tia/& ardentia fiunt/q̄ in malis cócupiſcentiis/quæ in nido animi deliteſcūt.
Q uid de illa alia radice concupiſcentiæ/quæ ad occupāda bona aliena oēs
neruos intendit? hæc quum uis deeſt/fraude tentat. & ingentibus ſtimulis
Princeps ſine concupiſcentiis. pectus humanum ſtimulat.hinc tyranni rapaces/& inexplebiles magīratus/
& uncinati miniſtri reipu.& principum.Sed ſi princeps præſidebit ſine con
cupiſcentiis facile rapinæ ceſſabunt.erit ſicut intellectus/ & uelut qui nauis
eſt gubernator/clauo inhærens uentos explorat/& curſum dirigit/ de tem/
peſtatibus ſolicitus omnia ſimul circūſpectat & q̄ timēda ſunt prudētiſſime
cauet/& q̄ adminiſtranda ſunt/decernit & impat.qppe actionū oīum/uitæ
Dux actionum omniū. qꝫ totiꝰ ratio dux eſſe debet/& magiſtra.nā q ea/uelut baculo utitur magno
nixu p̄ſtans/haud cōſequi aliū finē poterit/q̄ dignū humana natura.Sed ne
Cocupiſcentiæ honeſte. qꝫ a ſapiētibꝰ oēs cōcupiſcētiæ abradūtur.appetunt utilia ꝓpter cōſeruatio
Gaudia falſa nē/honeſta ꝓpter laudē/iucūda ꝓpter animi uoluptatē.plerūqꝫ āt falſa gau
dia nobis nō dignoſcunt.hic eſt ꝙ deuenimꝰ paulo poſt a lætitia ad triſtitiā/
a gaudio ad mœrorē/a uoluptate ad dolorē.Ideo a pricipio animi aſſuefaciē
di/ſunt ut cognoſcāt quos malint retinere affectus/quos uelint reiicere.nam
Affectus reſecandi. affectus naturales reſecari ratione oportet. qui ſi inculti/ uelut non inci/
ſæ uineæ & arbores non reputatæ/ſylueſtres/& enormes fiunt. tunc uehe/
mentes & ardentes &concitati præcipitant/labefactantqꝫ animā/actioneſqꝫ
noſtras adeo exagitāt/ut ad inhoneſta & turpia ſub utilitatis& delectationis
ſpecie dilabantur. ſic non modo q̄ damnoſa/ſed q̄ calamitoſa ſunt/pariunt.

Iccirco

Iccirco illæ cupiditatũ radices reprimendæ ſunt falce.i.ratione. reſecatis atq;
penitus eradicatis incipit exurgere illa animi tranquillitas / quæ tantopere a
ſapientibus appetita eſt.ubi magnæ rerum curæ non ſedent/ſed in altiori cõ
templatu uiua deſideria.eas ob res illi ueteres ſapientes hac ſolum contenti
minimas expetebant opes/nullaſq; in eos poterat coniicere moleſtias.Impri/
mis contemplari poterãt q̃ uaria & q̃ imbecillis rerũ humanarũ cognitio ha/
beatur/& q̃ magna contra uirtutis uis fit.quæ in ea cupiditatum extirpatio/
ne homines in terra ſemideos faciat.Sunt q non oẽs euellunt concupiſcẽtiæ
radices/ſed partim tamen/quia tã arduũ eſt eas penitus euellere/ut ſi quis a
liquid ex eis delerit/non paruam conſequatur laudem. Alexander Macedo
in uno plurimũ laudatur / ꝙ quũ ꝑ dilectã Campaſpem nudã pingi ob ad/
mirationem formæ ab Apelle iuſſiſſet/eumq; pari captum amore ſenſiſſet/eã
dono dedit magnus animo/& geſtis/ſed maior imperio ſui / nec minor hoc
facto/q̃ uictoria aliqua.quippe ſeipſum uicit/nec torũ tantũ ſuũ/ſed affectũ
donauit artifici/nec dilectæ quidẽ reſpectu motus/ut quæ modo regis fuiſ/
ſet/modo pictoris eſſet.ꝙ ſi in cæteris Alexãder domitas reddidiſſet ſibi con
cupiſcentias/nemo regũ ueterũ illũ fama/gloria/celebritate anteiſſet.poten
tiæ alioq hæ magis in muliebres animos influũt.nulla peior mens ea/q̃ mu/
lieris eſt.quæ penitus uicta a concupiſcentiis oĩa hæc agit libentius / q̃ quæ
ſua ſuadent officia.tũc in rẽ alienã auidior furit/omniaq; domi perturbat. ni
hil eſt quo quieſcere poſſit/niſi habeat qđ appetit.hinc trahit furioſa appetẽ
tia/hinc obliuio cœli & eorũ quæ ſupra cœlos ſũt/hinc multis cupitæ opes/
& multis fuere exitio.hinc multis cupiti honores/& multis attulere exilium.
Ille formoſam appetit coniugem/illa formoſitas euertit funditus domum.
Filios illi uolunt & ſæpe filii uel morte uel male uiuendo intolerabiles pa/
rentibus pariunt dolores.Quid ergo hæc mortali generi effundit mala? nẽ/
pe quia aliena cupimus.ꝙ ſi tantopere aliena cupis/expoſce a Domino/ qui
ea poſſidet.Ille enim ſcit quid nobis ſit utile.Scis quæ non labuntur opes?
poſcis uxorem/quære a Domino ut eam ad te compellat/ quæ ſit recti &
honeſti cuſtos /quæ te amet poſt Deum patrẽ præ cæteris mortalibus/quæ
ſit pudica/quæ domi ſedula/quæ humilis/quæ prudens/non ſordida/ non
profuſa / ſed parca / ſed fronte ſerena. Non fuci cupida / ſed candida / ſed
ſtata forma/non inſolens/non petulans/rei potius domeſticæ ſtudioſa/q̃ re
rum peregrinarum cupida.Scio hæc probe circumſcribere / quia cuncta in
uxore mea amantiſſima proſpecto expertus toties inuiolatam fidem ꝑ mon/
tes / per ſaxa/per alienas patrias/quum me hoſtiles furores fugientem cum
paruulis filiolis proſequebantur.Hanc a Diis immortalibus petii / hanc dii
immortales dedere optatiſſimam.Sic ab eo cuius cuncta in manu ſunt / ha/
bui/qui aliena non donat.Sed ſua ſunt hæc omnia quum ipſe dixerit/& fa/
cta ſunt/quũ ipſe mãdauerit & creata ſũt.Ideo ab alienis concupiſcentias co
hercendas præcipit/ut quiſq; ad ſe iret/ſi quid iuſte/ſi quid honeſte/ſi q̃d ꝑ
aĩæ ꝓſidio concupierimus.longe ſũt illi a recto uiuendi tramite/qui ſuas tm̃
concupiſcẽtias ſectanẽ/nec quo ĩdicet ratio diuertũt.hic oculi miſſitii ĩuidiæ
excutiũt/& aliena liuore flagellãt/ſeq; intra uiſcera erodũt/aĩamq; ſolicitam

Veteres ſapientes.
Cognitio rerum humanarum.
Virtutis vis magna.
Alexander macedo.
Muliebris animus.
Opes.
Cupimus pniciosa.
Aliena cupimus.
Vxor qualis.
Blãcha vxor perboni.
Cõcupiſcẽs aliena.

ꝑpetuo habent. hinc inuolucra & iracundiæ totantur. hinc iniuriæ obiurgia opprobria feruntur/initæq; inimicitiæ calescũt/& discordiæ nectuntur/quia prauæ cõcupiscẽtiæ in anima nostra radices germĩare ꝑmittimus/nec statim ab initio funditus detruncamus/nec quæ nobis superne data sunt reminiscĩmur/rẽ. s. alienã in aĩo tuo nõ cõcupiscas. ue illis q hoc neglecto cupiditatum omniũ uestigiis adhærent/qbus oĩa ꝓ sui desiderio uideant̃ succedere/q in illis ꝑaue gaudent. nã hæc uana & noxia uota hoim cælestis pater postremo detestat̃ & infringit. paulatim enim curuat̃ ad terrã ætas/& ii/q cõcupiscentiis grauant̃/haud eleuari possunt. mors subit/& periere oẽs cõcupiscẽtiæ. iõ ab initio huiusmodi cõcupiscẽtiæ radices recidendæ sũt. nã si uoluptas ex ea

Ingluuies. in his cõualuerit in quibus titillat gula (qd eni fœdius adulescẽtiæ indipisci possunt) crescit a primordiis uitæ insatiabilis illa ingluuies/quæ solet multa patrimonia destruere/nec domũ tantũ cũ familia sed foris cũ meretricibus/lenõibus cũ oĩm hoim genere pessimo ad maximã extremãq; inopiã redigit/ꝓpterea q nesciuit ab initio ꝑpendere diuinũ mandatũ/ne concupiscentiis

Lucri rabies. assentiaris. Quanta his hominũ ruit in lucri rabiẽ neglectis p fas & nefas dei mãdatis. libido enim habendi multos aĩos ꝑcipitat. & res ꝑter modũ cupitæ

Scel' sceleri. uastas pariũt fluctuatiões/& infinita desideria. scelus sceleri addit̃/& pœna pœnæ accumulat̃. neq; modus repitur ullus quũ infiniti in ea mente ramuli cõcupiscẽtiæ pullularint. quãto salubrius illi qui diuino mãdato adhærẽtes paucis minimisq; cõtentant̃. a Delphico oraculo fuit Gyge rege Aglaus Psophidius ditior iudicatus/qui uictui sufficiẽs ꝑdiũ colebat nunq̃ ex eo egressus nulla praua cõcupiscẽtia retentus. Ideo minimũ in uita malum expertus fuit. Proinde sapiẽter Princeps Serenissi. facis q tuis cõtẽtus rebus nõ aliẽa quæris/nec ut multi principes faciũt/& q potestate abutunt̃/in aliẽas uxores deflectis. Sed a deo imortali petiisti ut prolem ex legitimo matrimõio donaret. tãta erat de tua cõtinẽtia ante cõfectũ matrimoniũ opinio/ut passim

Caroli ducis regia cõiux. nedũ castissimus/sed uirgo habereris. dedit tibi immortalis Deus uirginẽ decentissimam cõsortẽ/quæ coronã omniũ uirtutũ secũ gessit/& regio sanguine nata/& antiquo stemmate illustrata pepit tibi filios pulcherrimos/quos sicut Deus imortalis donauit tibi Serenis. priceps/sic cõseruabit incolumes & fœlices. Es ita diuinis hisce moribus constitutus/ut nullo pacto possis iã

Amoris insani mala. & rem alienam concupiscere/neq; adulterium inire. Beata tua mens/quæ non sectatur illa/quæ in amorem alienum cadere solent cura/ægritudo/dolor/dispendium/insomnia/erumnæ/error/terror/fuga/ineptiæ/stultitia/temeritas/excors petulantia/maliuolentia/iniuria/inopia/multiloquium/contumelia/pauciloquium/inconstantia omnium rerum/multaq; & pene infinita mala q̃ illis accidunt/qui concupiscentias alunt in rem alienam/& uxo-

Vxor vt bona. Concupiscẽtiæ ex ocio. rem alienam. neq; minora euenire solent animis muliebribus quum maiori soleant exagitari furore/minoriq; retineantur ratione. Ideo ne domi ociosa uxor fiat (ex ocio enim multæ solent geminari cõcupiscentiæ) obiiciẽda sũt iugiter negociola/quibus corpus animumq; exerceant. foris itaq; eant nõ solæ/sed honesta & decenti comitate. Atq; si diuinis intersint/ne plus audiant uideantq;/q̃ tempus sufferat. reuersæq; domum non statim speculis inspiciundis

undis aſſueſcant/crinibuſq; cōponēdis/ſed quæ uſui familiæq; pſint/hono
riq; maxime intendant.nullibi maius cōcupiſcētiæ pabulū repitur/q̄ i ocio
ſis mulieribus.illinc malæ ueniūt appetētiæ.& in plures oſcitatiōes/ deſidia
oīm rerū/ſomnus/uanitates/pigritiæ/fuga laborū/ſæpe hallucinationes cō Deſidia rerū Somnus.
fictæ/ualetudines/ſuſpiria/& q̄ p̄ter hæc mōſtra nihil uiget putat/q̄ libido
appetētiaq; coitus.quæ oīa extingui poſſunt/ſi ſolertia in arduis & medio/
cribus negociis adhibeat.feſtinet uxor/nō ſedeat.manus extēdat/non intra
gremiū cōtieat.uideat q̄ natorū q̄ familiæ expoſcat uſus.Sed hæc in uiris &
fœminis egregie tolli poſſunt ſi quum incipiūt in pṙuecta ætate cogitare/tūc
addiſcāt abſcidere mētis cōcupiſcētias/reuoluere q̄ Dei ore dicta ſūt ne alie/
na appetas.tūc hōeſta orit uita/q̄ oēm gloriā ſupat/quia lætitia cōtinuo au/
get.nā ſi cū annis creſcūt prauæ cōcupiſcētiæ/creſcit & infœlix uita turba/
tionū oīm congeries.hinc odia/hinc iræ/hinc cūcta malorū rabies/hinc in/
finiti rerū amores/& mentiū humanarū diſtractiones/& finis oīm mors iſœ
lix.Cur humanū genus dicimus perditū? cur miſerū? cur oībus malis obno Mors.
xiū? qa infinitis cōcupiſcentiis diſtrahit/nec diuino paret dicto. Tolle illas Humanū genus.
concupiſcentias/tunc homines angelis paulo minores fiunt.tolle illas/ilico Concupiſcētia.
pacis florebūt germina.Sed qa in noſtras calamitates ſucceſſere concupiſcē Parens primus.
tiæ/ideo oēs perquirimus/uarieq; in mala diſtrahimur.Quid parētē prima
riū noſtrū impulit ad inobedientiā/niſi praua concupiſcentia? qd Caym ad Caym.
cædem? quid Chan ad patris ludibrium? quid Abſalonem contra patrem im Chan. Abſalon.
pulit? quid & ipſum Dauid impulit in uetitam libidinem/quæ ingentibus Dauid.
pœnis uix expiata eſt/niſi prona concupiſcentia? adhuc fortaſſe ſtetiſſent Pergama.
pergama/niſi Paridis concupiſcentia in alienos prorupiſſet toros. ſtetiſſent Paris. Romani reges.
diutius in Romana urbe reges/niſi improba concupiſcentia animum Sex/
ti Tarquinii in Lucretiæ caſtitatem concitaſſet.quæ maior & ineffrenata in Sextus tarquinius.
Semiramide apparuit/quum in domeſticum equum/& in filium proruerit. Lucretia caſta.
Sed nulla intemperantior fuit/q̄ in Meſſalina Claudii pricipis/in nulla por/ Semiramis.
tentoſior/quæ ut ad ſatietatem expleret/mentita nomen ſæpe lupanar ſub Meſſalina.
noctem adiit/& cum famoſiſſimis ſcortis coitu certauit.eadem concupiſcen Fauſtina.
tia eſt Fauſtina infamis facta in faſtigio rerum poſita uxor Antonii principis
omnium tunc mortalium optimi.auſa tamen eſt in Caietano ſeceſſu nautas
ſibi conditione quærere.Quæ non ex concupiſcentiis emanauere mala? ii
ſunt Sereniſſi. Princeps Carole noſtri ſæculi decus/& ornamentum hoſtes
accerrimi/qui nobiſcum naſcuntur nobiſcum intereunt.utinam quilibet ho
mo anteq̄ prauæ concupiſcentiæ firment radices/obſtacula præparet. Si/
cut tui maiores fecerunt/qui e Saxonum ducibus Auguſta ſtirpe trahen/
tes originem per omnia ſæcula ueram nobilitatem propriis uirtutibus reti/ Caroli ducis genus.
nuere.extirpata omni praua concupiſcentia/ueros principes oſtenderunt Caroli ducis
iam per quatuorcentum annos Sabaudiæ duces/& per totum orbem re/ regnū p annos.cccc.
bus præclare geſtis/& uirtutū omnium ſtudio ornati nomen immortale ſibi Amadeus
propagauere.ut prætereā cæteros quorū noīa uatū monumentis illuſtrant. aimonis comes.
qd de diuina animi uirtute Amadei Aimonis comitis filii dicā? quē ēt nolen/ Sabaudiæ
tem Federicus tertius ducem primū uoluit appellare/qui defuncta uxore/ primus dux.

Amadeus pontificatū. Ludouicus amadei. Anna ludouici ducis vxor. Amadeus ludouici. Amadei canes. Pauperes: Laus ducū ſabaudiæ. Sabaudiæ duces reges cypri. Sabaudiæ ſtēma regiū & imperiale.

relicta filio Ludouico regendi cura humanis concupiſcentiis deiectis ad diuina contemplanda cum paucis in agrum Gebēnenſem ſeceſſit. ibi ob clari nominis ſanctitatem/in concilio Baſilienſi etiam inuitus Pontifex creatus eſt. & ſicut ægre pontificatum accepit/ita poſtmodum q̄ libentiſſime ob concordiam Reip. Chriſtianæ ſe ſe ſponte abrogauit. An referam quanta ſapientia & animi prudentia huius Ludouicus filius Sabaudiæ ſtatum rexerit? ex Anna Iani regis Cypri filia ſeptem mares præter fœminas ſuſcepit? Quid de Amideo huius filio referam? qui nomen/& aui uirtutem referens/poſt mortem/quā multo antea ſibi prædixerat/inter cælicolas locum meruit. is rogatus ſemel a quibuſdam oratoribus ut oſtenderet ſuos canes uenaticos ipſo i ædium receſſu oſtendit ingentem pauperum turbam/atq; dixit. ii ſunt mei quos alo canes/quibus me ſpero cælum prædam uenaturum. ii ſunt Reip. Chriſtianæ ueri principes/qui deiectis omnibus ex animo concupiſcētiis omnes uirtutes/ueram iuſticiā innocentiamq; retinent. Tuæ eſt ꝓfecto familiæ hæreditarium Sereniſſi. Princeps hoc bonitatis nomen/atq; hoc ſanctum regendi moderamē. plus gloriæ per hæc maiores tui meruere & laudis/plus tu immortalitatis/ac per oēs mundi partes celebritatis/per hæc uirtutum ueterū ueſtigia quæ retines/q̄ ꝙ hoſtes uiceritis/q̄ ꝙ urbes/ſtatum/imperium auxeritis/q̄ ꝙ ex tuis rex Cypri fuerit/q̄ ꝙ cū regibus magnis/& Romanis imperatoribus ſanguinem coniunctum habeatis/q̄ ꝙ lōga ſeriē oppidorū/atq; urbium ultra/& citra montes magna ditione poſſideatis. Illa tua ſunt Sereniſſi. Princeps/quæ tecū erūt/tecū uenient/tecum perpetuo florebūt. Nos quia immortales uirtutes poſſides/ad tuam ſerenitatem hæc legenda mittimus commoti alioqui tua humanitate. qui cuncta hilari fronte recipis. atq; ut poſteri cognoſcant quanto tuæ ſerenitati ſtudio afficior. quāto ſint liberi mei promptiores animo/ad omnia mandata/quæ illuſtriſſi. filii tui uolent & præcipient. His monumentis teſtatiorem cudimus fidem precantes ad hæc obnixe/ut deus immortalis/ea tibi donet/ea uxori tuæ ſereniſſi. ea filiis illuſtriſ. quæ tuo ſancto animo excogitare potes/& meliora. bene & fœliciter ualeat tua ſerenitas.

Naturæ eſt nec laudem, nec uituperium mereri.
Diuitiæ & uirtutes conueniunt in honore.
Diminuẽs patrimõiũ dãnat, augẽs iuſte laudat.
Omnis prudens bonus, imprudens malus.
Sapiens non aberrat finem.
Natura innititur ad immortalitatem.
Sobole immortales efficimur.
Vetera noua fiunt mutuo interitu.
Cuiq; ſuum germen chariſſimum.
Gloria non omnibus quærenda eſt.
Pro uirtute omnia ſunt agenda.
Homo quo melior, tanto uirtute plenior.
Omnium uirtutum præſtãtiſſima eſt prudentia.
Ex temperantia, & iuſticia conſtat prudentia.
Mulieres, ſi neſcis, generant Reges.
Publice utilitati conſulimus quum matrimonium celebramus.
Veritas maior & fortior omnibus.
Non eſt homo tã ferus, qui emendari nõ poſſit.
Neſcio an natura ſit utilior arte.
Ars non ſuperat naturam, ſed imitatur.
Noſtra nõ ſunt bona quæ a fortuna ꝓueniunt.
Diuitiæ in bono uiro optimæ ſũt, in malo malæ.
Delectabilius eſt ſcire q̃ addiſcere.
Deus mutat tẽpora, & ætates, & trãſfert regna.
Ob tutelã ſui corporis licet hominem occidere.
Cura ſit ingens principi ne cædes fiant.
Raro cadet auis in laqueum ſine aucupe.
Iuſticia inhiat ad iuſticiam ſuſi ſanguinis.
Difficile eſt iuſtum dolorem temperare.
Non eſt homo qui ſine lege uiuit.
Meretricio quæſtu aucta raro uident poſteros.
Futura prænoſcere non eſt mortalis.
Nil naſcitur ſine diuina prouidentia.
Magna eſt peſtis ubi non eſt iuſticia.
Vbi ſunt ſolertiores iudices raro mali audent.
Non eſt terminus termino coniunctus.
Non poſſumus fortunæ imperare.
Maior q̃ mors cruciatus non deſinens.
Commertia mala ciuitatem inficiunt.
Temperantia dominatur uoluptatibus.
Virtute æmulandum, non dolis certandum.
Victoria inſolens peior q̃ bellum.

Vnũ Democritꝰ & Heraclitꝰ ridebat plorabatq;
Vita noſtra data eſt labori perpetuo.
Sapiens una ſibi/& ubiq; ſarcina eſt.
Extrema gaudii luctus occupat.
Irreqetꝰ hõ eſt/& ſi cætera aĩalia cũcta qeſcũt.
Diuerſa uia tendimus ad uirtutem.
Nil commouet æquum iudicem.
Collectio fructuum oſtendit colonos.
Deus cuiq; dat pro meritis.
Pietas in fide conſiſtit.
Deus non munera/ſed corda penſitat.
Mundus ratione mouetur.
Non eſt inanis naturalis inſtinctus.
Prudentia Dei percutit ſuperbos.
Pernicioſum & odioſum eſt crimen falſi.
Deus ultor eſt falſitatis.
A quo non putatur falſitas detegitur.
Plus ualet ratio/q̃ aſſertio teſtium.
Mala ſocietas iacturam parit.
Fœlix eſt/qui fugit prauos.
Fœlix eſt qui bonorum conſuetudine utitur.
Nullum mendacium teſte caret.
Plurima mala propter mulieres perpetrantur.
Oculos trahit quod rarum eſt uiſu.
Neceſſitas etiam ignauos excitat.
Victoria finis eſt belli.
Victoria lætior ſi uirtute parta.
Studium anceps ſi aſſunt curæ.
Beneficium ſponte collatum magis obligat.
Non habent finem uitia.
Licentia audaci creſcit.
Minus erroris eſt deuorare opes/q̃ homines.
Fœcundiores ſunt aues mites/q̃ feraces.
Sapientiæ non adhuc inuentum pretium.
Anates ut primum naſcuntur/natura duce in aqua merguntur.
Mulier ipſamet cupit parere maſculum.
Aſſiduus coeundi uſus generationi noxius eſt.
Senes magis generant/quia rarius coeunt.
Oſculum eſt præuium coitus.
Adulterium ex coniecturis præſumitur.
Sperans in deo non infirmatur.
Mali magiſtratus principem obſcurant.
Magiſtratus/q̃ undecũq; rapiunt/iugulãt iuſticiã.
Sunt ſpernenda quæ uulgus admiratur.

Curandum eſt ut optimi euadamus.
Benedictio eſt ſepeliri in ſepulchro maiorum ſuorum.
In multitudine non conſiſtit uictoria.
Melius eſt mori, q̄ uidere mala patriæ.
Tempus & nomina, & ipſa ſaxa dura conſumit.
Sæpe reiicit guſtus q̄ auidius deſiderauimus.
Vultus uarii, ſed peruariæ uoluntates hominum.
Pares cum paribus facillime congregantur.
Mors nobis ſemper comes eſt.
In ſenſu tātū natura nobis amicat̃ q̄ reliq̄s aīantibus.
Aeſtate mulieres, hyeme uiri ſunt libidinoſiores.
Tardius naſcuntur qui diutius uiuunt.
Surdus a natura etiam mutus eſt.
Graue eſt illudi a iunioribus & grauius ab abiectis.
Bonus pauperi compatitur.
Natura efflueret niſi ars coherceret.
Cuiq; ſua eſt exiſtimatio, ſed iudicium fallax.
Nullus pereat dies.
Mala mens hominum cuncta inficit.
Rex apum aculeo non utitur.
Ab improbis multæ fallaciæ confinguntur.
Poſt pœnam delicta noſtra agnoſcimus.
Noſcere ſeipſum ſumma eſt ſapientia.
Hilaritate & nitore ſanitas exiſtimatur.
Parum ſolers, qui non eſt egreſſus patriam.
Venereum expleto deſiderio pœnitet.
Amici nos docent ſapientiam.
Paruum cor facit audacem, grande timidum.
Ocium a timiditate, pigritia ab ocio peruenit.
Improbi & ſi meliora uideant, tñ deteriora ſequũtur.
Magna & parua prudens non negligit.
Parua difficilius uidentur, ſed facilius tenentur.
Magni lapides ſine paruis non apte ædificant.
Non debemus per ſingula uagari.
Facilius probatur ueritas, q̄ mendacium.
Breuiora melioribus non ſunt anteponenda.
Legi non eſt locus niſi ſit improbus.
Non omnis ſenex ſapit.
Iuuenis ſi ſapiens utilior ſene.
Dextera in fide porrigitur.
Deus diffundit gratias ad ornamentum uniuerſi.
In ima aure ſtat memoria.
Nullus effugit dei iudicium.
Malorum hæres tertius non gaudet.

Amico leuiter non ſuccenſeas.
Boni & mali utriq; alteros oderunt.
Qui quærit alta/quærit mala.
Curæ malæ ſunt abiiciendæ.
Amicus bonus re & conſilio iuuat.
Quod amat deus frequenter corrigit.
Dulce & amarum fortuna miſcet.
Genus nobile placidum eſt.
Dolet cui nec paratus nummus argenti ſit.
Corde carens imbrem in cribrum gerit.
Spes ſenis eſt in filiis.
Improbis non eſt credendum.
Vſura uſurpari non poteſt.
Coſtæ ruſticorum plagis callent.
Qui ruſticum flagellat/plus ſibi obeſt.
Nil fallacius ſimulatis bonis:
Non eſt res agenda iam acta.
Familia commiſeratione non paſcitur.
Paucis adeundus eſt Princeps.
Quod pudet/q̄ quod piget facilius fertur.
Reges/& pauperes eodem ſunt compacti luto.
Auris uerba/guſtus eſcas probat.

FINIS.

Liber Undecimus Quiliarum Ad Joannē Saluiatum Cardinalē De Superbia.

Reuerendiſſimo Ac Omni Uirtu te Inſigni Cardinali Ioanni Saluiato Tituli Diuorum Coſmae: & Damiani Hie ronymus Perbonus Inciſae Marchio ac Ouiliarmu Domi nus Foelicitatē.

VETVS eſt mos Reuerendiſſime ac Illuſtriſſime Do
mine ſummis uatibus/& magnis oratoribus/ & his/
qui aliquid igenio ſuo ad uſum cōmunē excuderint/
ſemper aut reges/aut aliquos principes/aut ſummos
uiros tanq̄ præſentia patrimonia inuocare/& titulis li
brorū inſignire rati eas lucubrationes haud poſſe liui Vičtruuius
dorū dente frangi ꝓtectione tantorū uirorū. Sic Vi Diophanes.
ctruius de architectura ad Cæſarem Auguſtum. ſic
Diopahnes ad regē Deiotarū de agricultura. ſic alii ad alios. Nos uero poſt
q̄ a ſummis magiſtratibus ceſſationē/& a rebus publicis ociū a pricipe meo
Illuſtriſſimo impetrauimus ad hæc amœniora ſtudia & Ouiliarum mearum
meditatiūculas me contuli exiſtimans operæpretiū fore ſi p hæc (qualiacum
q; ſint) imprimis me a marceſcenti ocio poſſem/& uitam ab interitu obliuio
nis uendicare/& principibus/quos in rebus humanis tantopere colo/ & ue Ocium mar
neror/oſtendere quanto afficiar ſtudio his qui uirtutibus omnibus pollent ceſcens.
& officiis proſint. Inter quos emines tu Antiſtes candidiſſime omni ſæculo Ioannes ſal
decus Saluiatæ familiæ perpetuoq; ornamentum. Quem ea potiſſimum ra uiatus Car
tione huius undecimi libri mearum Ouiliarum de ſuperbiæ titulo donamus dinalis.
quia ſcimus quanta humilitate per omnem uitæ ductum/ quanta uirtutum
explicatione/ampliſſimam iſtam dignitatē ſuſtines & ornas. Iccirco dum an
te tuos pedes Reuerendiſſime Domine ſuperbiam flagellamus/cognoſcant
alii quanta in te pater ampliſſime eluceat humilitas/quanta clementia/quan
ta in alios benignitas/ut in his uelut in utroq; ſpeculo ſanctis/ ſciant morta/
les in quas illi laudes ueniant qui tui ſimillimi ſunt/& in quæ ii decidant con
uitia/ qui ſuperbiæ ſpiritu tumeſcūt. neq; melius ac tutius uitia reprimi poſ/ Vitia reprimi.
ſunt/ q̄ per oppoſitas uirtutes. quæ te candidiſſimum faciunt/ quæ tibi
cuncta cumulant bona/ut prætercam naturæ dotes quas ampliſſimas ha/
bes/ut prætercam fortunæ undiq; tibi congeſta bona/quæ ueluta limine ſa/
lutas. ſed quæ ſanctiorem uitam reddunt/quantus es tua prudentia Roma
næ eccleſiæ utilis? quantus es pontificis ſancti negociis præſtans? quantus

ſactis legationibus operator: ut Iam liquido cognoſcamus Clemente ſanctiſ ſimo clauum moderante / & te Petri cymbam remis impellente / non poſſe catholicam plebem naufragium ſubire. Itaq; accipe Reuerendiſſime domi/ ne hunc unum ex Ouiliis meis libellum Romam ad tua genua proficiſcen tem / & hilari fronte ſicut ſoles cætera alia legere/lege. non enim hæreſim ali quam apportat/ſed quæ ꝑ chriſtiana uita faciant. qui dum ſuperbiā proſcin dit/tuas & aliorum tui ſimilium candidas uirtutes oſtendit. atq; curſim intel liges q̄ ſim tuæ Reuerēdiſſimæ ac Illuſtriſſimæ amplitudini deuotus ſeru⁹. quem optamus ut dii immortales et longæuum/et fœlicem/et beatū faciāt. Vale reuerendiſſime domine/ & Hieronymum Perbonum cum ſuis libe/ ris cariſſimis eo tuorum numero habeas/quos fide/ quos amore & ſtudio intimos eſſe pernoſcis.

Ad Reuerendiſſimum: Illuſtriſ ſimumq3 Joannem Saluiatum Cardinalem Tituli. S. Coſmae: 7 Damiani Quiliarū Hieronymi Perboni Marchionis Incisae Liber Undecimus De ſuperbia.

QVVM cuncta quæ ſub Lunæ curſu ſunt/quotidie fluāt
in irrequieto motu/& uaneſcant/nullibiq; pedem ſiſtant/
imbecillis atq; pene uiliſſimi ingenii eſt hominis his rebus
ſuperbire.& quū habeamus plus certitudinis de interitu Superbia.
rerū/q̄ de uita/quid ſtultius nobis cōtingere poteſt/q̄ hic
ſpē omnē ponere/q̄ hic ſedem ſtabilem ambire? & præter
hæc nihil ultra meminiſſe? ſapientius iccirco facis Reue
rendiſſime domine ꝙ cuncta hæc/uelut parum exiſten/
tia/exiſtimas tamdiu ab adoleſcentia tua certior factus/q̄ leuis/q̄ futilis ſit
hæc omnis rerum conditio.Ideo parentibus tuis ſapienter admonentibus di
diciſti quam ſit in excelſo poſita humilitas.utinam cuncti mortales ſic ſe eſ Humilitas.
ſe formatos homines norint/atq; in hac cogitatione diutius perſtiterint.Nō
hæc quæ quotidie uidemus in rabiem rapi/in inſolētiam tolli/in ſuperbiam
conflari/tantopere cogeremur pati.beatus eſſet Homo/qui poſt infantiæ an Homo beat9
nos frequenter reminiſceretur/ꝙ ex ſanie quodammodo/ꝙ ex Luto ſit con/ Homo compactur.
pactus/ꝙ in Lutum poſtmodum ſit reuerſurus. Nemo mortalium eſt qui Homo ſuperbus.
ſe magis decipiat/q̄ Homo ſuperbus cum exiſtimet ſe eſſe aliquid/ cum ni/ Superbiæ initium.
hil ſit.habuit initium ſuperbia a criminatore/qui cum a ſe ipſo ſuam poten/
tiam metiebatur/non ab immortali factore/excelſo culmine deiectus eſt in/
tenebras? Nullus Lapſus maior/q̄ ſupbia/quæ ī omnes diffunditur partes.
cuius telo primum percutit nos dæmō/cuius uſu illa paradyſi fœlicitate pri
uati ſumus.ille dum ſui criminis digna pateretur/conſortium pœnæ quære/
bat/& inuenit.miſerum hominem ideo lapſu dæmonis/ſiue præuaricatione
hominis omne initium peccati ſuperbia eſt/neq; tantum initium/ſed uelut
per omnes uenas corporis diffunditur/& pingueſcit.intrat ut ſanguis in aua
ritiæ membrum.nam Homo miſer cum acquirit aliquid ſuis ſe uiribus ac/
quiſiuiſſe putat tanq̄ hoc habeat ut ſit ſimilis Deo/qui ipſe ſuorum bo/

Elationem generat. Inuidū vſtulat.

norū ſit fons.generat hanc uſus pūerſus elationē de his donis/q̄ Dei manus
e largita eſt.Quid item aliud uſtulat inuidū/q̄ ſupbiæ tumor: qui dū in alio
cernit quod in ſe uellet extolli/emittit liuorē.iraſcitur Homo & ſæpe in con/
temptū numinis efferuet ratus ſe multo maiora mereri q̄ habeat.indignatur/
iactatq; quū deſunt ea q̄bus ſe extollere poſſit. Et quū in his diutius cogitat
in deſidiā ꝓlabitur/ & ſe affligit/& afflictus perit deſiderio ceſſantis alicuiꝰ
gloriæ.Quoties effluit in his quæ nō habet luxuriator & ꝓcliuis ad libidi
nē: incedit iterdū aſper/ſuperbus/iniquus.Et q continuis deditus eſt mēſis

Superbia inuidiam. Superbia turgeſcit. Vitia deteriora. Superbia ſerpens.

in explēdo gulæ noto an alio excitat̄ ſtimulo/q̄ ſupbiæ: ut appareat magnifi
cus & ſumptuoſus: ſic iſte peruerſæ celſitudinis appetitus per oīa caput in/
fert.Non.n inuidia ſuperbiā parit.ſed ſuperbia inuidiā conflat/cæteraq; uitia
germinat. tantoq; deformior & pūerſior ſupbia turgeſcit/quāto ſub ficta hu
militate plus latere cupit.deteriora ſunt uitia q̄ ſub ſpecie uirtutū uigēt.Ideo
ſuperbiæ uermis ſerpens dicitur quia omnia ambit & colit ſuccumq; eis in/
deficienter præbet/& ſicut uitia cuncta huius alumna fiunt / ita ſuperbia ſi
gnum euidens reproborū.ſapienter facis Reuerendiſſime domine/qui quū

Ioannes ſaluiatus. Humilitas.

cognoſcas quāta ex utero ſuperbiæ crimina fluant/ad humilitatis limina pe
dem confers/quæ fida eſt uirtutum comes/conſcia eorum nominum qui in
libro uitæ ſunt a Deo conſcripti.ſapienter tui optimi parentes fecere Illuſtriſ
ſime antiſtes/qui te ab initio creſcentis ætatis in omnibus uirtutum delitiis
lactauere/qui in huius extirpanda radice docuere modum.tantis informa/
tus ducibus es in ea dignitate conſtitutus ut priuatam perſonam gerere ui/
dearis/doctior in cunctis & eruditus undiq; tibi affluentibus diuitiis/opibꝰ
ac honoribus/tamen mitis/modeſtus/affabilis/benignus/humilis appa/
rens/omnem penitus abieciſti a tuo uitæ inſtituto arrogantiam. quod tuæ ſa

Arrogantia.

pientiæ aſcribēdum eſt.Nam hæc a ſuperbiæ intimis radicibus caput effert.
retines tamen pro ſacroſancta dignitate apoſtolici decoris ueram maieſtatem
non tacitus/non ineptus/non ceſſator/ſed audentior ubi publicum interce
dit bonum/contendis/ſed eccleſiæ dignitatis honore/nulla tamen inter mix
ta acerbitate.uſq; adeo abhorres arrogantis nomen / ut reuerenter omnibus
aſtare uidearis/quum arrogans glorietur & ſuperbiat in malitia/ quum ſcias
quæ minatus eſt Dauid.deſtructurum in fine Deum arrogantium malitias/
euulſurumq; radices eorum de terra uiuentium/propterea q; ſperauerunt in

Arrogātium malitias.

ſuperbia/& in diuitiis ſuis.Ideo non mirum Reuerēdiſſime domine ſi mul
to ſpectauimus paucis hinc ānis iniquitate & impietate opertos/quos arro
gantia tenuit inflatos/qui nulla humilitatis luce retenta/in excelſo ſedētes/
os amarulentum & linguam Luridam tranſportarunt in cælū .proiecti ſunt
ii in tenebras exteriores/& perierunt eorum omnium ſuperbiæ ſupercilia.
Prudētius agis Illuſtriſſime domine & ſucceſſibus tuis fortunatis nihil oſtē
dis/quod ſuperbiæ aſcribi poſſit. Bene rex Philippus quum aliquid uoto

Philippꝰ rex Epaminundas.

ſuccederet/rogabat Deos ut aliquid infortunii adiungerent ne ſuperbiret.&
Epaminūdas parta uictoria ne arrogās quoquomodo uideret̄/poſtridie eiꝰ
diei totum ſe triſticia conſperſit.Noſcit eruditus animus quanto hos Deus
excidio deprimat.qd.n.ii ſecū uelut comitātia ſcelera i rebus cūctis arrogan

tia nõ trahat/ ppe tripudiat̃ pſũptio/elatio/iactãtia/leuitas/ĩgẽii hallucĩatio.
ſtulti enĩ ſũt ii/q ſe putãt ad ſupbiã eẽ genitos.ſaltẽ deberẽt a natura ediſci q̃ *Arrogantia trahit.*
nos tãta ĩbecillitate creauit/ut quadrupedũ mõſtris nos ſimiles effecerit. &
poſtq̃ iã ,pueċti ĩ ætatẽ ſumus q & q̃les nos(dii ĩmortales)morbi circũdãt?
tot mehercle ut pene infinito nũero ſuperẽt/qb⁹nec Apollo medicinæ ĩuẽ *Hominis imbecillitas.*
tor(ut aiũt)& Machaon & Eſculapius obruti ſunt.car hõ ergo ſupbus fi/
at & arrogãs nõ uideo p tot ſæcula.iã potuit hõ exẽplis aliorũ pcipeř/ quãta
ĩ reb⁹cũctis mala eueniũt ob ea/quæ a ſupbia fluũt.Hic Reſpu.hinc urbes
dilabunt̃ quũ ſeditio/q̃ filia ſupbiæ ẽ/in populo ĩcipit emergere.hic diuiſio/
ciuiũ factio.hic ſe prĩcipes & primarios illi ĩ ciuitate cõſtitueř conãtur/qa ſu *Seditio. Factio.*
pbiæ illecebris diſtrahunt̃.& ſicut(ut inqt Cicero)inter bonos amicitia ui/ *Amicitia viget.*
get/ſic ĩter malos & ſupbos factio.ab hac ramificãt diſcordia/q̃ ẽ ira acerbi/ *Factio inter.*
or ĩtimo odio coalita mr̃ litiũ/q̃ niſi a pullulatiõe extiguat̃/ĩ magnas coniicit *Diſcordia.*
humanã mẽtẽ calamitates.miſerũ ẽ quãtũ nr̃a hæc laborat Italia . ubiq; p̃ua *Italia laborat.*
let factio/& ubiq; hallucinamur.tantũ hãc eccleſia xp̃i abhorret labẽ/ut fa/ *Factioſus ñ ordinatur.*
ctioſũ ,phibeat ordinari.nõ enĩ eius munera & oblationes deus ſuſcipit/ nec
q dẽ a ſacerdotibus ſunt ſucipiẽdæ .an nos ſilebimus reuerẽ.Ann.q̃ ĩ ſapien. *Deus ſeptẽ odit.*
tiæ monumẽtis habent̃?qđ deus ſex ſũt q̃ odit/& ſeptimũ deteſtat̃ .in pri/ *Diſcordia ruunt.*
mis oculos ſublimes/liguã mẽdacẽ/man⁹ſanguinarias/cor machinãs cogi/
tatiões peſſimas/pedes ueloces ad malũ/falſũ teſtẽ . ſeptimũ uero eos q di/ *Concordia creſcunt.*
ſcordiã ĩter fratres ſeminãt.Magna ,pfecto ,p diſcordia ruũt ſicut ĩfima pro *Saluiata familia.*
cõcordia creſcũt.nõne uidimus q familiæ in Italia paucis ãnis quæ in maxi/
ma erant ſupbia/& elatæ quomõ facile ruerint?ueſtra ẽ hæc familiæ ſapiẽtia
Reueren.dñe q in tot & tantis bellorũ diſcriminibus ſe in ea Repu.p humi
litatis uirtutes integrã cõtenuerit.Dei profecto uos filiis eſtis/quũ humiles
ab oĩbus habeamini/quũ ſemp pacis fueritis ſtudioſi/quũ Reipu.ſemp om
ni beniuolentia uacaueritis.proinde eſtis illic/atq; in ea ſublimes dignitate/a
qua multi cecidere.ppea q Deus deponit ſupbos/& exaltat humiles.Neq; *Deus ſuperbos & humiles.*
in uos illud Ariſtotelis cadit/q nobilitas generis/& diuitiæ ſunt principia &
fontes ſeditionũ/,ppterea q nobilitas ueſtræ familiæ/quæ lõge in ea Repu. *Seditionum fontes.*
a ueteribus repit̃/& diuitiæ ingẽtes quas poſſidetis/humilitate/ mãſuetudi *Saluiata nobilitas.*
ne/benignitate/affabilitate/& hoſpitalitate ornatæ ſunt.Neq; arrogãtia unq̃
uſi eſtis.ob quã mr̃i ſolẽt multũ ſe exiſtimař/& cæteros dſpiceř.,pind ĩ uob
ſp modeſtiæ uirt⁹enituit.hic ĩ pr̃ia erga tuã domũ ingens amor/ppl̃i bẽiuolẽ
tia/ſtudiũ mirũ/ut nõ uideat̃ ea reſp.cõſiſteř ſine bõitate/& cõſilio & ſapiẽ/ *Saluiatorũ ſapientia.*
tia Saluiatorũ.ĩ qua rep.ita uixiſtis ut oẽs bonorũ gradus fueritis cõſecuti.
dignitate tñ in quacũq; ſedẽtes nũq̃ elatiõis ſignũ oñdiſtis.Ita ſapiẽter cõſi/
deraſtis/ut elatio ĩ hæc ſit uelut florũ cãdor ĩbecillis alioq ,p cõperto haben/
tes quãtũ ſit natura hoim leuis.quã ẽt lucernæ extĩctæ/& uuæ grão q̃nq; đ *Hominis natura.*
pit.Sic hũiles deus uos exaltauit ñ hũanæ gloriæ cupidos/ſed honoris đi &
pr̃iæ.multi mortaliũ cõditiõis exptes/& uelut ĩſcii elatiõe tumidi/& iactãtia
nil aliđ effeceř/q̃ uẽtos uerberarũt.mors heu fatet̃ q̃nto ſim⁹uigoř.mortu⁹ẽ *Mors docet.*
Xerxes/q̇ cõuexa ualliũ æq̃bat.mõtes ĩ planũ ducebat.maria põtib⁹ſterne *Xerxes.*
bat.qđ poſtremũ iactantia Crœſo profuit?qđ diuitiæ/& impiũ? Nihil ,pfe/ *Crœſus.*

Cæſares. Hercules. Alexan. macedo. Homines ventoſi. Petrus apoſtolus. Iactantia. Ambitio.

cto conuenientius homini q̄ humilitas. Iacent Cæſares Romani. iacet Her-
cules. iacet Alexander Macedo. Tibicinum gloria profecto tumuere. quan-
to melius illi qui in humilitate tranſduxere uitam? Iactantia prorſus ſe præfe
runt ſtulti, & inanis gloriæ uentoſi homines. Cito hi decidunt. quum Pe-
trus iactātia ſe extulit, ilico cecidit. Hæc cruciat iuſtos iniquos inflat. ad cul-
men iactantiæ tendit ambitio ſed per reflexos meatus. quæ licet e ſuperbiæ
gremio blādidula fluat, pudico appareat ore, eſt tamen ingentium malorum
excitatrix urbis & regnorum peſtis. recte ille imperator fecit, qui quum ui-
diſſet nonnullos popularem auram ambire, iuſſit fumo extingui, ut fumi ua
pore perirent, qui tantopere fumū cupiebant. Homo uiuus perit dum per
hæc exardet animo, ædificat, & acumulat, & ignorat cui congregat. Sic
alii alios perimunt ambitioſos. mors omnes abrapit. Aſſyrii, Medi, Arabes,
Perſæ dum uiuerent, dum ſuperbia diuitiis pollerent, facti ſunt prædæ Ma
cedonum. Macedones & Carthaginenſes poſtmodum & cæteri reges con-
gregauerunt ad luxuriam & rapinas Romanorum. ipſi quoq; Romani poſt
q̄ uniuerſum orbem plenis faucibus corroſere, & ambitione iam deperditi
ad impietatem omnium barbarorum ſunt prædæ facti, & eorum pedibus cu
mulatæ ſtrages. domus profecto quantumcunq; diues, ſi ambitiōe laborat,
haud diutius conſiſtere poteſt. cito fluit ſubſtantia ambitioſi. Neq; fidendū
ſapientiæ ambitioſorum qui uagatu ingenii dum ambiunt gloriam, & lau-
dem, in maximam ſolent incidere hæreſim. ſic Martinus Lutherus fecit in-
flatus inani gloria. Cupidus ſupra doctos præteritos, & preſentes maior ha
beri plus uoluit oſtendiſſe ſapere, q̄ opportuit. totam Germaniam in perdi-
tas ambitiones & uaniſſimas opiniones coniecit. ipſe cucullatorum ſtultiſ-
ſimus, & apoſtatarum ambitioſiſſimus poſuit ſedem ſuam ad aquilonem ra
tus ſe fore breui tempore ſimilem altiſſimo. atq; ut omnes ſuis libris decre-
ta adorarent mœchi, fecit omnibus religioſis atq; ueſtalibus liberam futu-
endi copiam. ſed poſtremum flatibus turgidus ſuis enderocellis peribit. pro
bi & humiles uiri longe ab ambitione. utinam Reuerendiſſime domine per
omnes urbis magiſtratus humiles conſtituerentur perſonæ. utinam boni
& æqui uiri. utinam & Romæ magiſtratus & dignitates ambitioſi non tan-
topere aucuparentur. utinam haberetis continuo rationem in quos eccleſia
ſticæ dignitates, in quos beneficia & officia deferantur. profecto parcāt mi
hi reges, pateant principes, præſides rerum public. plus ambitio nunc q̄ le-
ges poſſunt. plus ambitio q̄ uirtus præualet. Quid hæc non tentant mali?
An ſunt honores præpoſiti? An magiſtratus? an dignitates? an beneficia eti
am quotaquæq; ut ambitio labellis ſubdola geſticulatrix non lambat,
non affectet, non circumeat, non rogitet? boni profecto & ſapientes non
ambiunt, ſed pro bono publico rogati adminiſtrationes in ciuitates nō ſper
nunt. ſed ambitioſus plerumq; male perit. Cecidit Dæmon ambitione quia
uolebat præeſſe, non ſubeſſe. Multos quos non potuit ſubuertere nequi-
tia, neq; auaritia, neq; libido, fecit ambitio ruere. Quot præuertit Dæ-
mon? qui quum in ſancta religione conſtituti eſſent, ad ambitionē conuer-
ſi oē regulæ robur pſciderūt. nil pfecto ābitiōe acrius cruciat, nil moleſtius

Aſſyrii. Medi. Arabes. Perſæ. Macedones. Carthaginenſes. Romani. Ambitioſi.

Martinus Lutherus.

Ambitio q̄ uirtus. Ambitioſus poteſt.

Ambitioſus dæmon.

Ambitio cruciat.

cor urit & inquietat. ſubtile alioquin malum & penetrabile uirus / peſtis oculta / dolorum artifex / liuoris parens / hipocriſis mater / uitiorum origo / & expugnatrix uittutum. Et ſi ambitioſus denſas habeat ſub pectore tenebras / foris tamen facile dignoſci poteſt. ſemper enim pallet / ſimulat / mentitur / ſubſequitur / & obſequitur. frequentat curias / uiſitat optimates / aſſurgit / amplexatur / applaudit / adulatur omnia / ut uulpecula monet / dum togat ut omnia blande proſpicere uideatur / ab eo qui ambit / e ueſte ex humeris pilos / & puluiſculum excutit. improbat interdum mala / deteſtatur iniqua / ut iudicetur idoneus / ut exiſtimetur optimus / ut laudetur ab omnibus / ut a ſingulis approbetur / non curat prodeſſe / ſed gloriatur præeſſe. credit ſe eſſe meliorem quia cernit ſe ſuperiorem / atq; dum aſſecutus eſt / quod perdite cupiebat / inducit nouos uultus. antiquos dedignatur amicos. credit nouos ſibi fieri ob timorem. ſi ambulat ab infimis amicis uultum auertit / ceruicem erigit / grandia loquitur / omnibus grauis / præceps / moleſtus. ſed inueteraſcit pene omnibus malum. maiora cupimus quum maiora uenerunt. non patitur ambitio mentes humanas mediocri menſura quieſcere. Et q; nefas ſatis eſt / nemo agit de tribunatu gratias / ſed queritur q; ſero ad dignitatem peruenerit. Iſto decipimur inuolucro / quia non reſpicimus unde uenerimus / ſed quo ire poſſumus. Iure dixit ille atq; ſancte q; pauci reges regna colunt. plures fulgor conuocat aulæ. cupit hic lætas ire per urbes. urit miſerum gloria pectus. cupit hic gazis implere famam. colit hic reges calcet ut omnes / prodatq; aliquos nullumq; leuet. tantum ut noceat cupit eſſe potens. hæc ſunt in ambitione mala. illic tamen difficile eſt in poteſtatibus temperare / qui per ambitionem ſe eſſe probos uiros ſimulant. non enim ex animi ſui ſententia ſedes fortunæ conditionibus humiles apparuere. Ideo ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. ſed de his quid peius dici poteſt / q; illaqueatus ambitione animus æterna poſtmodum morte damnabitur? Recte tu qui / Ioannes fidem ſapientiſſime Antiſtes cogitas & operaris / qui omnium rerum ambitione fugata / ad id animum applicas qđ uerum eccleſiæ Cardinalem efficit / qđ uerum Chriſtianæ rei conſultorem demonſtrat. eam ob rem ab adoleſcentia tibi fuere cordi uirtutes / quarum legitima & digna merces immortalitas eſt. quam deus pater optimus donat mentibus incorruptis quæ hiſce labibus ſe conſeruarunt immunes. Qui hæc terrena anhelant / atq; præter hæc nihil / terrena conſequuntur. Ego de tui animi candore Antiſtes Reuerendiſſime quid dicam / quum tuæ uitæ modum contemplor? inciſis tuo pariete ſuperbiæ crinibus nil / niſi quæ in recto uiuendi tramite conſiſtunt / egregie tenes. ambitio / quæ ueſtibulis / foribuſq; potentum excubat / & pretiis commertia poſcit honorum / in limen tuæ domus nullo modo infert pedem. ſed frequens adeſt tecum humilitas. quid enim aliud facis dicíſq; q̄ in oẽs te geris manſuetũ / mitem / humilem / benignum? Ideo ab omnibus laudaris / quia in omnibus laudandus es / nec inter tuos familiares pati potes qcq̄ ſupbe dictũ aut factũ. nihil íprobe agi pmittis, q̄nto maior appes / tãto aim hũiliorẽ oñdis. ſed magna ſane facis quũ hæc facis. nõ

Ambitioſus cognoſcitur
Ambitioſi mores.
Ambitionis mala.
Ambitioſus damnabit.
Ioannes ſaluatus.
Virtutis merces.

Saluiata domus. Florentia. hæc tuum implent pedem/quæ altius uolant.fœlix Saluiata domus/quæ tãto præſide illuſtratur.fœlix patria Florentia/quæ talem/ac tãtũ genuit ciuẽ/fœliciter eccleſia Romana/quæ talẽ eſt ſortita Cardinem.ualuæ Petri te annuẽte/te procurante/te cõſulẽte firmiores aperient.te cuncti præcipue ſpectant.tuã pcæteris humanitatem/ſingularemq; benignitatẽ admirant/& honorãt.tua hæc eſt manſuetudo tua hæc comitas cũ grauitate cõmixta/quæ animos hoim ad te laudãdũ/ad te amandũ allicit/etiã qui te non norit. nihil (dicebat Antoninus Pius)eſt qd̃ magis odium concitet/q̃ in ore aſperitas/quæ a te longe expulſa eſt.Cyrus quũ uti liberalitate non poterat in acquirẽdis hominũ beneuolentiis currebat ad manſuetudinẽ.Qui poſtq̃ Aſſyria ẽ potitus/nullũ liberalitatis genus omiſit.Facile profecto amicitia comparat quũ humilitatẽ prudenter præferimus .non.n.humilitas quæ a catholicis ꝓ ſumma habetur uirtute ſine ſapientia eſſe poteſt . tantæ eſt humilitas altitudinis & potentiæ ut fortuna/quæ in cunctis rebus dominatur/uires contra humilitatẽ non habeat.Frangit hæc durũ & inexorabile pectus.& iracũdos demolit & placat.ſcriptũ eſt a ſapiente rege/q; mollis reſponſio frangit irã/& ſermo ſuperbus ac durus ſuſcitat furorẽ.ligua placabilis lignum eſt uitæ. nõ audet cælũ quoties iraſcitur/humilia pcutere .montes & altas turres/& excelſas arbores fulgura petunt. Aurumo te beatũ Antiſtes Reuerẽ.in oĩa/quæ cũcti de te ꝓdicant.pſimilabo' ne te de iſta tua humanitate Paulo Aemilio/qui captiuũ Perſẽ regẽ pcũbentẽ dextera alleuauit? An Cyro q Crœſum uictum a morte redimens ꝓ comite uoluit? An potius Traião Romano imperatori/qui talẽ ſe imperatorẽ priuatis præſtabat/ quales eſſe ſibi priuatos optabat. An Phocioni qui mandauit filiis ne eſſent memores mortis iniuſte ſibi illatæ ab Athenienſibus? An Cleomeni/qui tanta humãitate præditus/ſine ianitoribus ſine ſatellitibus ſe ſe ultro uenietibus offerebat? qua ſimili & ſingulari uirtute fuit diuus Maximilianus cæſar qui oĩbus comiter benigneq; reſpõdens/etiã infimos & alloqui & audire paratus erat.ita eſt(ut facis) Reuerendiſ.domine q uirtutẽ hanc cæleſtẽ ſemp tecũ geris.ſubiicis te maiori/& æquali nõ te ꝓfers/& inferiorẽ nõ cõtemnis. Tãta eſt hæc uirtus altitudine/ut ſit pœnitentiæ fundamentũ cæteræ nequitiæ.ab hac lõge exulantur falſitas/hipocriſis/ſupbia/ambitio/iactantia/ſimultas.neſcio an alia uirtus quæ prius impetret ab immortali Deo/q̃ humilitas.hæc nunq̃ diſcedit ſterilis/& uacua.nunq̃ reflectit ueſtigia niſi prius aſpiciat dominus.Ille profecto lætabitur/ſi diues in humilitate/ſi humilis in oratiõe præſiſtat. Magnus eſt animus qui ob humilitatem nouit propriam infirmitatem . at qui cor ſuum exaltat/reprobus apud deum efficitur.neq; quicq̃ euidentius uirum humilẽ oſtendit/quã patientia.quæ in rebus cunctis quædam manſueta tolerãtia & melior ſpes in ſiniſtris. Talẽ te Reueren.domine hæc celeſtis uirtus in rebus cunctis demonſtrat/& approbat.non opes ueterũ tuorũ ab hac nitida uirtute tranſuerſum digitum te dimouent.non ſplendor nobilitatis tuæ domus/nõ auctoritas in patria/non honores aĩm tibi inſolentem reddunt.Ideo cunctas uirtutes habes/quia humilitatẽ oĩm uirtutũ fundamentũ habes . ſicut omnium uitiorum ſuperbia caput/ſic humilitas omnium uirtutum initiũ.

Marginal notes: Antoninus pius. Aſperitas in ore. Cyrus. Humilitas. Fortuna. Reſponſio mollis. Sermo durus. Lingua placida. Paulus æmilius. Rex perſa. Cyrus. Crœſus. Traiius imperator. Phocion. Cleomenes. Maximilianus cæſar. Ioannes ſaluiatus. Humilitas. Patientia. Ioannes ſaluiatus. Superbia uitiorũ caput. Humilitas uirtutum initium.

proinde hunc libellum ad te Reuerēdiſſime domine mittimus/quia ſcimus
quantum in te hæc uirtus nobilitatur.ſcimus quantum in rebus cunctis te
humilem/te prudētem/te beneuolum efficis.Hæc ſunt quæ te immortalem Pricipes ho
faciunt/& apud deum & homines.uirtus & fauor ſcribentium dignum lau/ norare.
de uirum uetant mori.nec in te Reuerendiſſi.domine / & tui ſimiles liuidæ
præualebunt obliuiones/propterea ꝙ in ſecundis temporibus in culmine te Supbis deꝰ.
rum poſitus/non ſuperbia/non ſuperbiæ uiribus uteris/ſed omnium huma Factioſi.
nitate & uitæ modeſtia.Tenemur honorare principes/magnificare/extolle/ Io.ſaluiatus Saluiata familia.
re/ſi in illis uirtutum uultus apparent.Qui autem non hos honorant / non
hos amant/profecto non timent deum/non amāt deum/ſed ſuperbi abeūt/
& uiuunt inſolenter.Quibus reſiſtit aperte deus/& humilibus dat gratiā.
Illi enim homines ſuperbi/& factioſi ſunt/ quo ſe potentiores efficiunt / co
magis perniciem cōflant.concordiam tollunt.pacem & quietem perturbant.
Hinc euertuntur funditus ciuitates.quod quantum caueris Reuerendiſſi.
domine/quantū hoc tua illuſtris familia tua abhorruerit/quantū tui conſan
guinei cauerit teſtis eſt patria Florētia/teſtes ciues/dum illic ſæuiebat furor
bulliens/dum uictoria parta eſt ꝓ clemente pontifice / quot & quantos tu
humanitatis conſuluiſti ciues/quot ab exilio reuocaſti/quot intra domeſti/
cum parietem tamdiu ſecreto aluiſti/quo ad eorum rem tutam / eorum ui/
tā reddidiſti incolumen.ſunt hæc humanitatis excelſa officia/quæ neq; me/
moria hominum unq̄ in obliuionem deiciet/ut non mirum ſi hæc benigni/
tas tuæ Illuſtriſſimæ domus/a deo immortali exaltatur/non mirum ſi popu/
lus/ſi ciues cuncti domum tuam/& nomen Saluiatorum tantopere ho/
norant/& amāt/& ꝙ maxime conflat in omnibus amorem/eſt præcipue in
uobis illud ꝙ in tanta dignitate conſtituti/nunq̄ in ciuem aliquem/nunquā
in peregrinum/nunq̄ in quemq̄ alium/ſuperbiæ ſignum oſtenditis.hæc qu/
um facitis/propterea facitis quia ſapienter ſcitis ꝙ omnis mundi faſtus/om Faſtus mūdi.
nis honor/omnis gloria proxima uanitati eſt . proinde beatus es Cardinalis
Saluiate/qui in humilitate/qui in uirtute dei bona cuncta ponis . neq; tan/ Io.ſaluiatus Cardinalis.
tum ponis/ſed ita abiecto omni ſuperbiæ ſtudio illa niteris conſequi/& ali/ Bona cūcta
bi poſſidere / quæ hic poſſideri non poſſunt . ꝙ miſeriæ alienæ ſuccurris / in deo.
hoc eſt ſurſum aſcendere.ꝙ humilitatem tantopere colis hoc eſt commerti/
um habere cum Angelis . Quod nobilitate ueterum tuorum non gloria /
ris/non dignitate iſta tumes/hoc eſt cupere/& ſupra cælum ſedem indipiſci
quū id nō faceret Alexander Macedo/adhuc ignominia notādus uictus ſu Alexan. macedo.
ꝑbia & uana mundi gloria ſe Iouis filiū eſſe ꝑdicabat.Philippum Regem te
nuebat patrem.& ſi quē deorū ante Iouem habuiſſet/utiq; faſtidiſſet & ip/
ſum Iouem.O uera illa nobilitas eſt / quæ uirtutum creſcit ſplendore . non
eſt uere nobilis/qui tantum ſe nobilem facit/ob imagines maiorum . ſan/ Nobilitas
cte cecinit ſatyricus poeta/melius fore ut illi ſit pater Terſites/& ipſe ſit ſi/ vera.
milis Aeacidæ quā illū Terſite ſimilem producat Achilles.profecto non ſua
ſed aliena iactant/qui genus ſuum laudant.nec enim apud dei aulam nos
diuitiæ / nec auorū clariſſimū nomen/ſed ꝓbū ingeniū/ſapiētia/humilitas/ Virtus magnos.
uirtus oēs magnos & illu.facit.cæterum quū oia quæ in mundo cubāt/ſint

Stultitiæ ple na.
ſtultitiæ/& ſuperbiæ plena/hoc maxime haberi poteſt ſtultum credere per
ſuperbiã ſe eſſe aliquid/credere per aureos apparatus & pompam ſibi parere
nobilitatis nomẽ/credere quũ ſepulchra erigim⁹/quũ arma appẽdimus/iã ſ
cælo ſibi cõſtituiſſe locũ.ſed miſeri ita ut nudi naſcimur/ita & nihil nobiſcũ
afferimus.nihil nobiſcum portamus/niſi quæ per egregias uirtutes elabora/
uimus.iſta nobis ratiocinator deus compenſat.cætera quum ſuperbiæ fumo
euaneſcunt.non radicabit profecto in producto ſulco ſuperbia. eius ramuli

Supbia are ſcet.
ad primum frigoris uſum areſcent.congregatio ſuperborum erit ſterilis/ &
ignis deuorabit eorum tabernacula/cauendum eſt nobis Reueren. antiſtes
ne tempus/ne ſpatium hoc uitæ noſtræ per ſuperbiam conteramus.ſpatium

Vitæ ſpatiũ.
hac ſanæ ratione conceſſum/ut per humilitatem/ per pœnitentiæ plagas gra
tiam acquiramus/qua mereri poſſimus cælum : non extrema uitæ tempora
expectare nos conuenit.præſens inſtat.ꝙ ſi præterimus/ neſcio ſi poſtmodũ

Extrema expectare.
Tempus inſtat.
Pauci in vltimis.
erimus digni tanto munere.pauci ſunt/qui in ultĩo uiuendi termino abiece/
rint ſuperbiam/& humilitatem fuerint amplexi/& pœnitentiam egerint.fu/
it tamen his ſuperioribus menſibus ea ratione conceſſum Illuſtriſ.duci Saxo
niæ/ut omnes cognoſcant uera eſſe quæ eccleſia Romana iã diu ſanciuit/&

Saxoniæ ducis cõuerſio.
Lutheri figmenta.
Hominem ſupra.
Humilitas deo grata.
Thales.
Nobilitate gloriari.
Eccleſiæ dignitates in germania.
recognouit.ille iam in extrema uita ueram xp̃i religionẽ/& cõfeſſus eſt/& di
uina cæpit ſacramenta.illuminauit deus iſtius principis pectus ne abiret cum
illis deliris Lutheri figmentis.puto hæc deus permiſiſſe huic dona/ ut cæte
ri recognoſcant inquantum fuerint prolapſi errorem.inquantam prouecti ſu
perbiã/ut auſi ſint cõtra Romanæ eccleſiæ ſtatuta erigere caput.Ideo ſupra
hominem nihil audendum eſt.ſed utendum continuo humilitate / quæ tãto
pere grata eſt deo.neq; os in cælũ ponere licet.ſic Thales dum cælum ſuſpi/
ceret intentus ſideribus infoueam cadens/ab ancilla facete deriſus eſt / ꝙ q̃
in cælo ſunt preuidere contenderet/quæ uero ante pedes eſſent nõ uideret.
qui uero generis nobilitate gloriantur/in multas & uarias ſolent incidere ſu
perbias.qualiter in Germania dignitates eccleſiæ multis in locis non dantur
niſi iis qui ex ſanguine principum per ſeptem gradus tam patris q̃ matris ſũt
procreati.ꝙ quidem non aliter exiſtimari poteſt/q̃ ſuperbũ.nam ſi quis om/
nium naturam reſpicere uelit/atq; ad unum principium originẽ referamus/

Humilitas amplectẽda
quis eſt qui non maiores ſuos & pauperes/& infimos/& diuites / & barba
ros/& ſeruos/& reges/& magnos principes ſibi non poſſit recenſere? Reco
gitanda ſunt ut humilitatẽ amplexemur/ea quæ longius præceſſerunt. nam

Nobilitas acquirenda.
qui ſuperne proſpicere non ſit ſolitus uertiginem pati ſolet/uelut ab excelſa
ſpecula caligantibus oculis hallucinatur.ꝙ qui per hæc uagantur cogitatiõe
aut in triſtitia/aut in ſuperbiæ dira mala incidunt.Ideo per præſentem humi
litatem/& præſentes uirtutes/nobis eſt nobilitas acquirenda/atq; ut ſi nobi

Humilitas de cælo.
les ueri eſſe cupimus/conandum eſt/ut q̃ ſimillimi per excelſas uirtutes deo
efficiamur.ſicut in ſapientia ueterum nobis proſcriptum eſt/ut efficiamur fi
lii dei.Atq; ne hæc noſtras ſubuertant mentes/ne opes/ne dignitates/ne ma

Humilitas ligat.
giſtratus/ne potentiæ/nos obruant de cælo deſcendit humilitas/ut per eam
fragilitate noſtra cognita/deſpectaq; ſuperbia ad petram.i.xp̃m candido ani
mo accedere poſſimus.omnes profecto uires humilitas ligat.& hæc eſt quæ

draconem

draconem illaqueat/& ſuperbum ſub pedibus calcat. ſic Iudith fœmella hu
milis ſuperbo Holoferni caput abſcidit/ut oſtenderet Deus quantum Aſſy
riorum ſuperbia contra humilitatem præualeret. Hæc exempla Reuerendiſ
ſime domine omnes admonent ut ea faciamus/quæ tu ſapientiſſime facis.
qui ſuperbiã fugis/humilitatem tetines. Et ſi dignitas in ſacroſancta eccleſia
hominem eminentem facit conſpicuum/uenerabilemq; tamen i te nihil mu
tauit. animum habes humilem/benignum/cum quouis qui ad te accedat il/
lico familiarem. tam ſuauis es mane/ meridie/ ueſperi moribus/ ut nunq̃ ad
horam quietis accedas quin multos obſequio & officio demerueris. dies iſœ
lix animo exiſtimatur tuo/ in qua nihil amicis contuleris pro bono pu//
blico eccleſiæ/aut patriæ. exempla capiant a te qui neſciunt q̃ amara ſint &
ſpinoſa ſuperbiæ ueſtigia/q̃ impium per faſtus & inſolentiam in hiſce eccle/
ſiaſticis dignitatibus uitam trahere. quã contra ſit atq; aduerſum ſapientiæ
magiſtri chriſti præceptũ ſeneſcere/& omne conterere tempus/ ac ſedere in
cathedra peſtilentiæ ſuperbiæ. is enim dixit diſcite a me/ quia mitis ſum &
humilis corde/ & inuenietis requiem animabus ueſtris. Obaudit hæc qui ſe
det in gremio fortunæ ſuperbus. nulla prope hunc conſilia præſtant. fortunæ
tantum flatu tumet. Omnia ſine ratione iubet is ſi malus princeps eſt/ nihil
habet quod ſibi æque idoneum putet. tantum peruerſo ingenio ſuam eſſe al
titudinem exiſtimat/ut neq; ſub pedibus dignum arbitretur ſubeſſe elemen
tum/neq; ſupra caput conuexa cæli. Vide quantum mutat hominem ſuper
biæ ſtimulus/ut ſe ignoto ea cupiat/quæ uaniter decidant. ea uelit quæ in
fumum liqueſcant. Mitius ueteres Romani agebant/& ſapientius/qui pro
patria certabant cum hoſtibus/& poſt uictoriam recurrebant ad aratra/ Et
cum terra potius rationem tractare uolebant/quã cum ſuperbiæ faſtu ante
mortalium conſpectum reſidere/& a ſeminibus/quæ innocentibus mani/
bus tractabant/nomina malebãt ſumere/q̃ a uictis hoſtibus. hinc Fabii/ hic
Lentuli/hinc Piſones/hinc Cicerones. putabant ignominioſum male & ne
gligenter agrum colere. Ideo uirum bonum quum laudare uolebant/ bonũ
eſſe hunc colonum dicebant. Hæc erat illa nobilitas Romanorum/ quæ be
ne arabat/ quæ bene paſcebat/ bene patriam defendebat. erat in his illa
uirtus/ probitas/humilitas/fortitudo/nondum emerſit caput ſuperbiæ. ra/
pas in edulio habebant illi/nec laudem aliunde quærebant niſi ex geſtis pro
patria egregiis. At nunc quid dicam Reuerendiſſime antiſtes quantas ſæcu
lũ noſtrũ ſpectat ſuperbias? quidã maiores in eccleſia Chriſti ſe putãt/ quia
ditiora beneficia poſſident/quia maiores prouentus ex omnibus prouinciis
allatos ante pedes uoluunt/grandioreſq; titulos poſſident. multos in his abu
tendis hallucinatio perdit/q; cuncta quæ ex illis habent non partiũtur æque.
obpulſant hoſtia pauperes/ & non aperiuntur. Minantur tecta/ & ſtructi
uetuſtate parietes ruinam/ & non annituntur obices. quod ad hæc aſcribi
deberet/ſuperbia conſumit. Habeo in his interim Reuerendiſſime domine
quod ad tuas aures deportem.; & ſcio ſapientiam tuam non ægre laturum.
non omnes omnia ſcimus/non omnes omnia poſſumus. habes hic in agro
Alexandrino præpoſituram diui Ioannis Baptiſtæ/quæ olim erat celebris &

Iudith.
Holofernes.
Ioannes ſaluiatus.
Superbiæ ueſtigia.
Inſolentia in eccleſiaſticis.
Tempus conterere.
Deus mitis & humilis.
Superbus obaudit.
Princeps malus.
Superbiæ ſtimulus.
Romani ueteres.
Agrum male colere.
Bon⁹ uir bonus colonus
Nobilitas Romanorum.
Superbũ ſæculũ noſtrũ/
Eccleſiæ chriſti maiores.
Abuſi eccleſiaſticis.
Omnia omnes.
Præpoſitura diui ioannis baptiſtæ alexandrinæ.

frequens ſacrificiis.nunc uacua & neglecta pauci cultum/unus uel duo/& hi fame premunt: uſq; adeo inopia præualuit/ ut uix unus remanſerit/ qui niſi pedum laboraret inſanitate hanc & ipſe eſuritionem aufugiſſet. Ego quia non longe dego/dum hæc proſpicio/non parua afficior miſeratione.& quia nomini tuo/familiæq; Saluiatorum plurimum ſum addictus/ uiſum eſt commonefacere. Neq; te Reuerendiſſime domine puto de hoc quicq̃ intellexiſſe/dum iniqui miniſtri ad ſe commodum trahunt/quantum poſ/ſunt. iſtæc aures dñi colunt. proinde non dubito quin poſt hac nauabis egregiam operam.non eſt credibile animum tuum candidiſſimum/in quo tantam ſcimus reſidere ſapientiam/ quantam in quouis alio ſupremi ordi/nis patre/ quum Religionem præ cunctis rebus præcipue colas.quæ obni/xe obſeruata beatitudine ſperas quum hæc quæ tantopere a ſuperbis apre/tiantur aperte negligas/iudicamus nihil ex his te ſcire quæ in hac diui Ioannis præpoſitura aguntur. Hæc ut meliora facias ſapientiſſime Antiſtes/dicta ſperamus pro tuo prudentiſſimo conſilio/pro tuis ſanctiſſimis moribus/pro tuo omnium uirtutũ ſtudio/pro pietate fidei tuæ/ut omnia hæc quæ in noſtro hoc Ouiliarum Libello ſcripſimus/& quæ ad tuam ſapientiam legenda transmiſſimus/cuncta cãdido animo fluxiſſe exiſtimabis. Et nos ſi quid tua interſit/q; noſtram operã requirat/habebis obuios & paratos/ſimul cũ filiis meis chariſſimis ad omnia mandata tuæ Reuerẽdiſſime amplitudini.cui perpetuo me commendo/ quam perpetuo fœlicem optamus.

Perbonus afficitur ſaluiatis.

FINIS.

Vagitus hominis ĩ ortu eſt imbecillitatis/& pſcius malorũ.
Vltimus dies laudat & damnat.
Qualis colonus talis cultura.
Quotidie fiunt peiora ſeneſcente natura.
Amantes reſcipiſcentes recognoſcunt errores.
Non ſapiunt qui nouos amicos antiquioribus præponũt.
Operam poſtremo ludit qui dolo ſemper utitur.
Qui curis plenus eſt dormiendo uigilat.
Amici cito numerantur.
Expedit inter ſe homines uerſari.
Ex leui cauſa ſæpe fiunt odia.
Non ſemper uerbis credendum/quamuis ſit credendum.
Quãdiu dõam⁹ meretricib⁹/tã diu amamur a meretricib⁹.
Comicus facit mendacium ueriſimile.
Non eſt mirum ſi filius ſæpe patrizat.
Ira ſi ſit/perpetuo gerenda non eſt.
Facilis animus in re mala dimidium eſt mali.
Colloqui caute opus eſt cum ſene.
Principi non eſt donandum niſi quod nobis ſupereſt.
Cauendum eſt a colloquio detenti pro crimine.
Impius impune ab omnis lædi deberet.
Falſi Religioſi ciuitates euertunt.
Regnant multi propter ſcelera populi.
Deus cuſtodit iuſtum & facit Reges.
Dum culpa uacat ſuperbit ſeruus.
Promiſſi executor non leuis animi eſt.
Nihil criminoſius/q̃ bonum in malum uertere.
Plus ſibi ſtulto ſapit/q̃ ſtulto ſapiens.
Præſens malum eſt quod urget/& prouidendum eſt.
Nouum inuentum ſi utile/pro beneficio habetur.
Si neſcis/ſcienti pare.
Sancto uiro non niſi peccatum/malum eſt.
Prudens conſilium non explicat niſi ubi opus eſt.
Noua res nouum exigit conſilium.
Indignum eſt indigno ſeruire.
Fortuna eſt ea ut quiſq; putat.
Vulgo ſapiens eſt cui res bene uertit/ſtultus cui male.
Sæpe certa pro incertis amittuntur.
Præuiſa mala diutius lædunt ſi minus lædunt.
Roſa flos pulchrior ſed cum ſpinis.
Suauia guſtu ſæpe nocent.
Minus offendunt audita q̃ uiſa.
Caſus eo grauior quo altius cadit.

Principium non eſt principium ſi incipit.
Ex principio omnia dependent.
Nemo ſibi ſua ſorte contentus uiuit.
Præter auaros cunctis eſt aurea mediocritas.
Etiam bonus odor iuuat/fœtor offendit.
Nihil eſt dolore proximius uoluptati.
Ingluuies morbus eſt euidens.
Aequalitas temporis coniungit amicos.
Neceſſitas ẽ Lex ieuitablis/& grauis cuiq; oĩbus ĩ reb9
Memorem Immemorem facit ſæpe tempus:
Malus ut cancer qui ex tranſuerſo incedit!
Decet magis pauperes q̃ potentes iuuare.
Tandem nihil eſt prædæ prædatoribus.
Res ꝑinde ſunt omnes/ut agas/& ut eas magnifacias.
Ingratus non eſt ſapiens.
Proſpera ſunt ad Deum referenda.
Periurus maxime Deo eſt odioſus.
Opulentia/ & egeſtas morbi ſunt ingeniorum.
Magnos decet magna facere.
Noua res nouum exigit conſilium.
Lucius uinum inſuaue crucium dixit.
Febreſcit fur/ſi furari non poteſt.
Nulli temere credendus eſt nummus.
Harpagus non placet.
Non ſpuit dulce ſel in ore habens.
Aula inuidenda caret ſapiens.
Miſerum eſt maiorum famæ incumbere.
Miſerrimum eſt diuiti ſine proprio hærede decedere.
Arbos fructum non faciens exſtirpanda eſt.
Anguilla labitur.
Victoriæ eſt fiducia iuſte dimicanti.
Malus cum malo congeminat malum.
Mouendus non bene mouet.
Pauci cognoſcunt ſe ipſos.
Dignum eſt ſaluare bonos.
Omnia facienda ſunt/ut res noſtra ſalua ſit.
Non recte dicit/qui nihil recte facit.
Fortuna illudit rebus humanis.
Res aduerſæ oſtendunt ingenium/proſperæ celant.
Fucata mulier non eſt grata.
Omnis perturbatio mala niſi conuertat.
Noſtris prodeſſe imprimis operoſum eſt.
A patre uis animi/& corporis poſt Deum prouenit.
Vera laus uirtutis eſt.

Virtus magis q̄ commodum eſt facienda.
Non eſt homo/qui laudem negligit.
Bonæ actiones non ſunt in obſcuro.
Præſtant cæteris/qui uirtute antecellunt.
Non bene imperat/qui ſubiectis eſt deterior.
Imperium demonſtrat uirum.
Auctores cupiunt laudari.
Peius eſt male ſcribere/q̄ male loqui.
Non male ſcribit/qui uera ſcribit.
Studioſus in die non dormitat.
Sapientum dicta aures implent.
Erit meſſis/ut fuit ſemen.
Non eſt uera ars dicendi ſine ueritate.
Proſpera magis q̄ aduerſa fortuna timenda ē.
Nemo repente fit ſummus.
Homo cito fit fumus.
Iuſtus qui ſemper fuit/ſine metu uiuit.
Accidat quid uelit iuſtus non contriſtatur.
Omne imperfectum appetit perfectum.
Qui a deo iuſte petit accipiet.
Febre laborantibus oīa dulcia amara uidenť.
Cura cor urit.
Spes omnia tolerabilia facit.
Virtus in aduerſis comprobatur.
Gratia non datur ex meritis.
Virtus eſt uitium fugere.
Virtus eſt pretioſior auro.
Rarus libenter moritur.
Nihil aliud libertas eſt q̄ pro libertate uiuere.
Similitudinem beneuolentia ſequitur.
Mali conſcientia/& ſupplicia terrēt animos.
Laudabilius eſt ciuem conſeruare/q̄ mille hoſtes perdere.
Vt plurimum quiſq; ſuam culpam leuiorem exiſtimat.
Quod a multis peccatur/mitius punitur.
Furor/& ambitio exagitant mentes.
Veſtigia non retrograda uitanda ſunt.
Glorioſitas eſt bellua multorum capitum/& nullius certi conſilii.
Diuerſa ſentientes pariunt contemptum.
Non eſt ſapiens qui ſemper idem ſentit.
Qui multa ſcit/adhuc parum ſcit.
Plus medelæ animus q̄ corpus requirit.
Sat eſt effectus ad latentem cauſam.
Intra muros peccatur/& extra.
Stultus mutat quadrata rotundis.

Speciale priuilegium non omnes tangit.
Rara ſunt pretioſa.
Auget uoluptates rarior uſus.
De paruo grege non eſt petenda præda.
Cadens ſapiens/ſi ſapiens cito ſurgit.
Virtus ſeminis tendit ad perfectionem.
Nõ ẽ ueræ parẽtis auis relinq̃re pullos dõec ſe alere ſciãt.
Amor cauſas deducit ad effectus perfectos.
Nil naturæ acerbius q̃ ſeparatio unitatis.
Optimum eſt quod a deo peruenit.
Fortibus & bonis non abſunt numina.
Verſutus uultum pro arbitrio fingit.
Qualis ſit quiſq; maxime imperio declaratur.
Seueritas & lenitas damnantur in exceſſu.
Præſtantius eſt/quod imperat/q̃ quod paret.
Omnis homo mendax niſi in mendacio.
Boni ut iuuent/mali ne noceant uenerandi ſunt.
Verſuta ingenia uitanda ſunt.
Vendenti uerba emere uerba non expedit.
Nihil eſt magis alienum ab amicitia/diffidentia.
Errata famulorum referuntur ſæpe contra dominos.
Confictis etiam rumoribus proſpiciendum eſt.
Honor & præmium excitant ingenium.
Ab initio acuta ingenia pingueſcunt.
Cito torrens creſcit & decreſcit.
Virtuti nunc cedit uicta uirtus.
Voluptas ſtipata eſt ingluuie/ſomno/& laſciuia.
Principium bonum maxima pars eſt.
Bene uiuit/qui bene quæſitis utitur.
Si ſat eſt/nil ultra optandum eſt.
Obſequio plurima uincit amor.
Syncerum niſi uas eſt/quodcunq; infundis aceſſit.
Senilis amor uenereus turpis eſt.
Natura naturaliter renititur/ſi cogitur.
Magis uiolentiæ reſiſtit/qui plus poteſt.
Cuiq; ſua eſt gloria.
Donis uincitur omnis amor.
Ratio & appetitus continuo ſunt in arena.
Magis laudandus eſt bonus maritus/q̃ bonus ſenator.
Improbum eſt coram filiis turpe loqui.
Leuis ſors rotæ celeri orbe uerſatur.
Tacitis pœna uenit pedibus.
Voluptas empta dolore nocet.
Semper auarus eget.

Nullum maius tormentum eſt inuidia.
Iræ eſt moderandnm.
Virtus per ſe lucet.
Ratio appetitui, animus corpori dominari debet.
Sumus procliues a labore ad libidinem.
Pudica matrona proprium alit filium.
Filii ad uirtutem erudiendi ſunt.
Propter lucra pene omnia fiunt.
Enſis plurimorum cauſa malorum eſt.
Caſta placent ſuperis.
Boni adoleſcentes patri obtemperant.
Ira furor frenandus eſt.
Diligentia facit.
Solertia inſeruit uirtutib⁹
Ouiliarum monumenta

Vtile ſatis quod honeſtum parit.
Seruare inuitum alterius labor eſt.
Inuidiæ radicem utilius euelli/q̃ proſcindi.
Bonitas deſiderio eſt poſtea.
Nunc uenimus ad ſummum fortunæ.
Caudæ equinæ ſetas paulatim uelle.
Indecens uulgo eſt parere minoribus.
Stultus ſolus uult ſcire uideri.
Ingeniis fauendum eſt.
In uitium fortuna labitur/niſi iuueris.
Sapientiores audire utile eſt.
Nauem agere ignarus non debet.
Mitis inopem ſolatur.
Pœnitentia Deus placatur.
In rabiem ſæpe uertitur iocus.
Dolet cruento dente laceſſitus.
Placet natura ſublimis.
Vicerunt patientia pauperes.
Adhuc cachinus Democriti uiget.
Eundum quo uirtus noſtra uocat.
Honeſtis tantum gaudendum eſt.
Veritate nihil eſt melius.
Longe exulat e foro ueritas.
Seduli ſimus quum laboramus in cauſa.
Docti ab indoctis differũt quo uiuẽtes a mortuis.
A caſu/uel a natura q̃ fiũt/nec laudãda nec ſũt uituperanda.
Virtus ciuilis oĩbus eſt neceſſaria
Firmior habitus eſt/quum eſt habitus.
Etiam iniuſtus ſe iuſtum eſſe ſimulat.
Bona eſt mulier quam peccare pudet.
Mulieri facile eſt uerba/& fraudes componere.
Omnia uertuntur.
In magnis uoluiſſe ſat eſt.
Stultus in arena ſeminat.
Leuibus curis ſæpe multa pereunt bona.
Cineri non prodeſt medicina.
Aſſiduæ querelæ ſunt odioſæ.
Duo retinacula melius nauem defendunt.
Acceſſit ars picturæ.
Aurum/argentumq; cælando carius ſecimus.
Didicit homo naturam prouocare.
Rumor celeritate uincit omnia.

Non leuiter incipiẽdũ/nec leuiter deſiſtẽdũ.
Amor non habet quare.
Cuiq; ſuum eſt uitium.
Libere loqui cum amicis pro lege eſt.
Temperantia nihil habet quod diluas.
Magnis animis pro emolumneto eſt parcere.
Ignorans eſt ſeruus/ſciens liber.
Illud ſat eſt quod ſatis eſt.
In bono uiro non eſt inuidia.
Magis placet mulier uirtute ornata/q̃ auro.
Aurum a fortuna donatur/īgenium a natura.
Satius eſt dici bonus/q̃ diues.
Pulchrũ ornatũ uitiũ dedecorat.uirt⁹ illuſtrat
Oculus lotis manibus eſt tangendus.
Non eſt oleum perdere & operam.
Bona merx facile emptorem inuenit.
Bono uiro lex inutilis.
Aurum fortuna comite donat ingenium.
Laus maior ſequitur poſt obitum.
Menſu humerorum ſubeundum onus.
Paci omnia debent.
Animus imprimis curandus eſt.
Relator non debet eſſe mendax.
Vxor bona in partem fœlicitatis accedit.
Homini fœmina commodo/ & incommodo.
Improbus debita non ſoluit.Sed non debita.
Mulier fortis preces iuuenum non exaudit.
Quod tuum eſt teneas.
Ve uictis.
Deteriores non ſunt melioribus anteponẽdi.
Modus in omnibus eſt optimus.
Omnia nimia reprobantur.
Quemq; ſua trahit uoluptas.
Non tute ripæ creditur.
Dat gloria uires.
Vota uiuentium tantum mouent ſuperos.
Natura dat leges a ſanguine ductas.
Metu iudicis nemo bonus eſt.
Omnes omnia poſſumus.
Impare numero Deus gaudet.
Sors omnia uerſat.
Omnia fert ætas.
Nocent fructibus umbræ.
Fœdera certis impoſuit natura locis.

Mutatis ſœtibus arua requieſcunt.
Labor omnia uincit.
Egeſtas nos urget duris in rebus.
Arboribus uaria eſt natura.
Sapor indicium facit manifeſtum.
Annus uoluitur.
Sapientia omnia fugat mala.
Vnam artem uix bene diſcere poſſumus.
Omnes artes bene diſcere impoſſibile eſt.
Vna ars ſufficit aſſiduo.
Cupienti facilis eſt labor.
Semen externum degenerat.
Vrit uidendo fœmina.
Oratio clara fit.
Inſatiabili non eſt ſat/quod ſat eſt.
Credendum eſt/ut æquum eſt credere.
Ignauo amico nihil eſt inſulſius.
Homo ex ſe ignauus eſt.
Tenemur ueritatem tueri.
Rectum a curuo dignoſcendum eſt.
Humana commoda breuia ſunt.longa incōmoda.
Nos nec diuitiæ nec ſtēma ſed uirtꝰ magnos facit.
Non eſt proprium quod illico amittitur.
Vſus nulli eſt perpetuus.
Abſit pauperies.
Callidi adducunt inſanos in retia.
Aſinus ferit calcibus.
Opus eſt animo/ſi lupo animā eripere uolumus.
Bene conſulto fit/ſi inſidiæ fiunt malis.
Officium quod fit principi leue.iniuria plumbea.
Fugam/& metū nō refugit ſapiens quū opus eſt.
Non eſt humanum illico magna aſſequi.
Benefici maxime laudantur.
Ingratitudo abhominabile eſt uitium.
Nimia pietas iniuſticia eſt.
Summa iuſticia ſumma eſt iniquitas.
Qui parcit ſceleſto crudelis eſt.
Iuſtus princeps iuſtiſſima lex eſt.
Boni omnes ſubiiciuntur legibus.
Non eſt uolenti labor.
Abſolutæ uirtutis eſt contemnere uoluptates.
Voluptas inhoneſta parens eſt omnium uitiorum.
Clementia ad ſe homines trahit.
Humanitas hominem oſtendit.crudelitas belluam.

Inſidus non eſt uerus homo.
Optimæ fruges proueniunt ex bono ſemine.
Non ſemper bonum ſemen producit idem.
Cuſtos proſpiciat/& circunſpiciat.
Nobilitas non culta inutilis eſt/& noxia.
Inter uolup tates & dolores ꝓbant honores.
Non eſt uera cognitio ſine deo.
Adulta hoīs ætas oīm pulchrorū eſt pulcherrimū.
Villæ/& ſuburbana urbibus depdant uoluptatē.
Decet in uilla recreari.
Vtili⁹ ē pricipib⁹ externis hēre italiā amicā/q̄ ſeruā
Italia externis diu ſeruire nequit.
Opus laudat artificem.
In dolii iactura figulorum artem miſſimus.
Meli⁹ ē comedere olera cū charitate q̄ uitulū ſagia/
Quæ bōa uulgo dn̄t/aio cōtrariāt. (tū cū odio.
Bono contrarium eſt malum.
Nil magnum facit puſillū ingenium.
Præclara difficilia ſunt.
Ppl's ē obediēs ſi nō ē nimis liber nec nimis ſeru⁹.
Præſentis temporis ſemp habenda eſt ratio.
Ex parua iactura aliquando magna bōa cōſeqmur
Cōſuetudine regū uel minime uel maxie uel optie
Qui alteri⁹ ruina lætat nō erit ipūit⁹. (utēdū ē.
Iracundus rixas prouocat.
Magnus eſt princeps/ſi diues eſt populus.
Proba ſenectus corona eſt dignitatis.
Princeps ſapiēs pro utilitate reipu. diuerſa iubet.
Priceps iuſt⁹ bn̄ merētibus dignā reddit mercedē.
Decens eſt improbos ſuo perire ſcelere.
Improbus aliud loquitur/aliud agit.
Quanto ſtrictior eſt anguilla tanto citius elabitur.
Melius ē habere emaculatos codices/q̄ pulchros.
Deterrimum eſt errores nō auferre/ſed ſerere.
Conſuetudo etiam confeſſa uitia probat.
Probi expertes ſunt mendacii.
Veritas ſapientiæ familiaris eſt.
Puſillanimitas generoſitati eſt aduerſa.
Parum uix tandem quid perficit.
In primo germine plurima uis conſiſtit.
Hō bn̄ educat⁹ mãſuetū ē aīal/ecōtra ferociſſimū.
Viuentes nimium laudare irriſio eſt.
Nihil turpius eſt/q̄ ſapientis uitam ex inſipientiū
ſermone pendere.

Liber qua lubet paſcitur.
Leges dominari debent hominibus non hoïes legibus.
Male eſt/ſi inopes tantum puniuntur.
Lex debet eſſe mitis/& omnibus utilis.
Non iureconſulti/ſed inconſulti proximum lacerant.
Artes non uitia tenent ſed artifices.
Hyeme ad ignẽ nimis admotus exurit/procul frigeſcit
Qui expers eſt laborum/uoluptatis ignarus eſt.
Viro egenti pudor non eſt utilis.
Filia debet nubi conſcia bona matre.
Nucem durã qui dentibus rumpit mentum intorquet.
Qui calcat ſpinas ſolet pungi.
Leges a deo initium habuerunt.
Tranſgreſſio legis generauit mortem.
Creduli ſumus in uitium.
Mens recti conſcia ridet famæ mendacia.
Seruire amanti miſeria eſt.
Sine pennis non datur uolare.
Male partum male diſperit.
Miſero telum inſtar alterum.
Inſiſtentem fortuna adiuuat.
Incipere multo/q̃ finire eſt facilius.
Mala eſt auis/quæ cum tunicis aduenit.
Non placent homines qui digitos non habent.
Vitandus eſt qui incedit cum annulatis auribus.
Malus eſt qui irridet aduenam.
Bonus non maledicit.
Nec ſibi/nec ſuis quis æquo animo patitur iniuſte loq.
Bene moneri ſanus ſane uult.
Paterna debentur filiis.
Matrona impudica ſuo indigna eſt genere.
Malis indulgendo bonos perdimus.
Inſanus non credit eſſe inferos.
Poſt mortem boni ſeparantur a malis.
Animus in conſulendo debet eſſe liber.
Parũ nunc intereſt inter bonos/& malos.
Ambitio nunc omnia poſſidet.
Senator grauis ſit/& omni mala ſuſpitione careat.
Magiſtratus uirum/& aliquando uir magiſtratũ oñdit.
Nec pauper/nec prodigus recte magiſtratum gerit.
Præclara ingenia ad uirtutes/& ad uitia apta ſunt.
Mores cum fortuna mutantur.
Homines ſunt regionibus ſimiles.
Fugiendus eſt malus medicus.

Bonus medicus non ſinit tabeſcere ægrotantes.
Non eſt utendum medicina niſi in morbis grauib⁹.
Mors bona eſt/quæ extinguit mala.
Non eſt melius morte tempeſtiua.
Nullus mortem effugit.
Mori glorioſe ſolis bonis datum eſt.
Glorioſum eſt pro uirtute mortem contemnere.
Nullum ualidum eſt fortilitium ſine uiris fortibus.
Permanentibus opus eſt in bello.
Sine ordine iudiciali ciuitas recte eſſe non poteſt.
Iudex ſit diligens indagator ueritatis.
Frequens inquiſitio iudicis aperit ueritatem.
Ter appellari non licet.
Arbitri ſunt uenerandi.
Eſt actio iniuriarum priuata/& quædam publica.
Pro iniuria publica actio eſt communis.
Pietatis uis ingens eſt.
Alienis caſibus diſcimus nos eſſe homines.
Maximum telum eſt neceſſitatis.
Gladiator conſilium in arena capit.
Nil agendo male agimus.
Admodum noxia eſt ſubita mutatio contrariorum.
Nimia quies nocet/& exercitium prodeſt.
Negociũ durũ ẽ/quũ neſcimus uti negocio.
Conſumendum eſt plus olei/q̃ uini.
Non omnes oratores euadere poſſunt.
Ad artem ad quã quis aptus eſt/poni debet.
Corui producunt coruos.
Plures ſunt/qui lauari/q̃ ungi uolunt.
Nulla ars recte ſine præceptore addiſcitur.
Prudens negat ſe empturum quod uelit emere.
Boni æuo ſempiterno fruentur.
Patria/& parentibus nil dulcius.
Princeps proditionẽ amat/proditorẽ non laudat.
Non ei eſt fides adhibẽda/qui ſuorũ proditor fuit.
A regibus iuſta petenda ſunt.
Malus princeps multa promittit/& nihil præſtat.
Miſer eſt qui in uentrem ponit confidentiam.
Laudandus eſt qui bonis fortunæ honeſte utitur.
Diuitiæ/potentia/& gratia adiuuant uirtutem.
Pecunia nunc primus ſanguis eſt.
Res ſecundæ inflant uanos.
Non miſeros conuicia decent.
Omnia ſubeunda ſunt pro patria.

Studia uulgaria ſpernenda ſunt.
Melius in malis ſapimus.
Proſpera rectum auferunt.
Mens noſtra eſt neſcia ſortis futuræ.
Non eſt imprudentis ſapere/neq; bene conſulere.
Bene ſapit qui continenter pſpera/& aduerſa ſuſtinet.
Miſeris mortalibus in mœrore uiuendum eſt.
Decet nos peccata noſtra ferre.
Scelera admiſſa remordent.
Non eſt poſſibile ſupplicium euitare.
In bello non eſt bis peccandum.
Proſpera ſæpe ſapientem fatigant.
Canes carnes cum oſſibus deuorant.
Paupertas lucerna eſt/quæ omnia mala demonſtrat.
Color optimus qui ex pudore.
Salua res eſt ſaltante ſene.
Nihil fallacius q̄ praua religio.
Malus eſt peſſimus qui ſe bonum ſimulat.
Non reticere ſecreta innatum eſt omnibus.
Merito cupit uiuere/cui ſenectus eſt ualida.
Orbitas/& ſenectus intrepidos nos facit.
Sexagenarius non debet uti medico.
Culpa grauis eſt tacenda loqui.
Nullum animal eſt qđ non uoluptatē/& dolorē ſētiat.
Non numerus ſed uirtus in bello ſuperat.
In periculis utilitati conſulendum eſt.
Timor eſt flagellum tyranni.
Ciborū/& detiū uitiis natura inficiť maxime uero ſēio.
Sapientia emi non poteſt.
Qui nimis ſublime ædificat ruinam quærit.
In aduerſis ualet amicitia.
In aduerſis amicus probatur.
Hilaris animus ætatem floridam facit.
Triſtitia inueterat.
Filius inualidus mœror eſt parentum.
Sermonem ſuum moderatur ſapiens.
Stultus tacendo uidetur ſapiens.
Non deeſt cauſa uolenti ab amico recedere.
Dans reſponſum priuſq̄ audiat inſipiens eſt.
Fœlix eſt qui bonam ſortitur uxorem.
Viro pernitioſa eſt litigioſa mulier.
Male conueniunt ſtultis diuitiæ.
Perq̄ indecens eſt ſi ſeruus principi dominatur.
In patientia prudentia conſiſtit.

A parentibus diuitiæ/a deo uxor datur.
Fœneratur qui pauperis miſeretur.
Creſcit diſſimulatione dolor.
Dolor eo altius dimiſſus eſt/quo minus profiteri licet.
Curandus eſt magis animus/q̄ corpus.
Veritas eſt amplectenda ipſius tantum ueritatis gratia.
Iuſdicens nil facere debet auaritia.
Hæreditas patris pertinet ad filium.
Conſuetudo potentior eſt lege.
Diri cruciat⁹ ſūt carceres/crux/& equulei/ſed iis peior eſt fames
Aperto/& ſimplici corde uiuere decet.
Sunt pictores & boni/& mali.
Medici/magi/& mathematici ut plurimum uinculo dementiæ laborant.
Cuiq; arti facultas a deo tribuitur.
Certi cuiuſq; operis iudicandi qudæam ars eſt.
Non decet tecitatorem hominem obliuioſum eſſe.
Conſilii ratio temeritati anteponenda eſt.
Non decet principem puſillum donare.
Bonus bonas actiones cumulat.
Quicquid fit lege naturæ prebandum eſt.
Mors eſt ſeparatio immortalis naturæ a natuta mortali.
Humana uita urbanis/& bellicis laudibus conſtat.
Apud magnanimū pecuniæ diu hoſpitari n̄ cōſueuerūt
Donātis uoluntas/non res penſitanda eſt.
Auctor munera pretioſa facit.
Qui conſulto agit/bene agit.
Potius pauper bonus/q̄ diues malus.
Victoria n̄ ornamētorū decore/ſed ferri uirtute adipiſcit̃
Non eſt laudabile omne tempus in ſtudio terere.
Si non poteſt fieri quod uis id uelis/quod poſſis.
Ambiguo animo nihil eſt moleſtius.
Temporis nulla eſt grauior iactura.
Diuina humanis anteponenda ſunt.
Virtus etiam improbis admirabilis.
Virtutis laus actione fit illuſtrior.
Virtutis teſtimonium eſt gloria.
Officiū quod debet̃ præſtari debet uiuis n̄ hæredibus.
Verbis uelut calculis circumfundimur.
Non minus conſideratur cōſiliū/& diligentia/q̄ euent⁹
Honeſtum eſt ſummum bonum.
Virtus filiorum iucunda eſt parentibus.
Principi bono ſeruire maxima eſt libertas.
Sine labore nil magnum conſequi poteſt.
Ex ſtudio/& labore omne bonum prouenit.

Obliuioſus nunq̃ erit ſapiens.
Incócinna natura trahit ad intemperiem.
Multorum imperiis non bene regitur Reſpublica.
Voces hominum dare non poſſunt cælum.
Si iouis telũ pterit nocentes/& bonos exanimat/cauſa nobis eſt incognita.
Decore nihil eſt gratius.
Forma hominis/ut flos cito euaneſcit.
Balbuties aliquando ſermonis gratiam afferre uidetur.
Virtus in hæreditate relinqui non poteſt.
Vir excellens gloriam tantum appetit.
Parere maioribus ſignum eſt optimum.
Arbos præclara ampliſſimos fructus parit.
Morigerati non niſi optanda cupiunt.
Libidinoſus non eſt homo/ſed monſtrum.
Prudentium mentes facile perſuaderi ſolent.
Vbi adhibetur ſcalpellum non eſt medicina ſed carnificina.
Venti expugnant alta.
Nunc pro ſapientia audacia utimur.
Non habites/ubi ſolus ſapias.
Sapienti omne ſolum eſt patria.
Vltra naturæ uires non eſt quærendum.
In malis natura parca eſt/in bonis facilis.
Ratio bonæ ualetudinis haud eſt negligenda.
Camellus ſũmittit ſe in genua ad tollenda onera.
Fallere poſſumus hominem/deum nequaq̃.
Cogitat ſapiens ſe tandem moriturum.
Mortis incerta eſt dies/& hora.
Miſerrimus ille quæſtus eſt/quem aduerſa conſcientia quis adipiſcitur.
Optima eſt fortuna mediocris.
Moderatum/& medium/optimum eſt.
Vir ſapiens non ſaltat/non multum ridet/& nunq̃ iraſcitur/
non id præſtat/quod uni ſoli utile eſt.
Sero ſapiunt Phryges.
Nihil eſt cum fidibus gracculo.
Ad beatitudinem nati ſumus.
Virtus efficit/ut poſt mortem uiuamus.
Fortuna præclaris operibus inuida eſt.
Virtus in æternum uiuet.
Nihil porco cum amaricino.
Accedente ſenecta meliores eſſe debemus.
Parum eſt carere uno uitio/ſi pluribus inficimur.
In expuentis decidit barbam/quod in cælum expuitur.
In ſola uirtute poſita ſunt omnia.
Medici ſæpe profitentur ſe curaturos morbos quibus ipſi afficiuntur.

Deus ſolus eſt ſapiens.
Non ſæpius fortuna tentanda eſt.
Non bene fit diffinitio ſine diuiſione.
Opera naturæ a diuina ſapientia prouenjunt.
Agendum eſt cum peritia.
Audacia turpis eſt & noxia.
Errores pedum uagus facit oculus.
Errata hominis ex defectu intelligentiæ proueniunt.
Si dux cæcus eſt omnia corruunt.

FINIS.

Liber Sextuſdecimus de Inuidia ad Sereniſſimum Franciſcū ſecūdū Mediolani Ducem Inclytū: ⁊ Ad Illuſtr. Duciſſā Mediolāi Chriſtiernā De laudibus virginis dei parae Hieronymi Perbōi Marchio. Inciſae ⁊ Duiliarum Dñi.

Ad Reuerendiſſimum Marinum Caraciolũ Caeſaris Commiſſarium ac Senatorem Sapientiſſimum.

Cæſaris inuicti ſi tu præcordia noſti/
Et tibi quicquid erit/quæq; fuere patent/
Nõ minus Auguſto hoc laudi aſcriberur i æuum.
Nam ſunt per magnos magna obeunda uiros.
Et merito mundi regum quo ſceptra feruntur
Elegit tantum te in ſua regna decus.
At nos/qui rubeum expectas uirtute galerum/
Cuius ope & mundi cuncta quieta manent/
Hoc opus in lucem iam te duce mittimus.illud
Suſcipe/quo tutus poſſit abire liber.
Vndiq; conſurget nimium numeroſa malorum
Turba/hoc quæ noſtrum dillacerabit opus.
Sed clypeo rabidos morſus/ictuſq; fugabit.
Non hominum ronchos/ſpicula nulla timens.
Hinc hominum liuor bilem conuerſus in atram
Naſcitur.hinc rabie liuida corda tument.
Sed quid erit? dentem rodat cum dente malignus/
Quum nihil/ unde queat paſcere/carnis habet
Quidue erit inuitis quicq̃ confidere diuis?
Dura & quid molli frangere ſaxa pede?
Improba quidue bonos ſuperet numeroſa caterua/
Quæ nimium noſtrum damnat/& odit opus.
Et modo ſuſcipiat quæ ſunt tua cæca deatum/
Iuris in ingenio nil tamen ullus habet.
Tu nobis igitur fautor/tu firma columna/
Siſq; operi huic portus tutus/& hoſpitium.

Illuſtriſſi. Ac Excellẽ. Inſubriae Duci Franciſco Secundo Sfortiae Hieronymus Perbõus Inciſae Marchio ac Ouiliarũ Domi nus foe licitatẽ.

ECCE Iterũ ſereniſſime mi Princeps ad te meũ dirigo ca
lamũ. poterã uno illo eſſe cõtẽtus libro/ quẽ de optimo/
& inclyto principe his paucis ante diebus titulo ſerenita
tis tuæ cõſcripſerã/ ne tanta quæ ſuſtines negocia ꝓ im/
perio/ ꝓ Italiæ fundamento pacis moleſtus interpellarẽ.
ſed amor raro ponit linguæ modũ. neſcit illud aĩ mei ſtu/
diũ/ quo tantope tuæ excellẽtiæ afficior/ etiã domi tace/
re. dũ ꝑ meas Ouilias deambulo/ dũ rem familiarẽ/ dũ
multitudinẽ filiorũ circũſpicio/ annoſq; graues ætatis meæ ſuſtineo/ ad ea ſæ
pe diuerto negocia/ quæ apud ueteres/ & oĩbus fere temporibus cũ maxi/
ma auctoritate/ & honore in diſciplinis/ & bonarũ artiũ cõtẽplatiõibus ſem
per apud mortales merito ſibi ipſis primas partes uindicauerint. Quod ſæ/
pe dũ de ſcientiis/ dũ de maximis eruditionibus loqueris a te quoq; frequen
ter audiuimus. & certe ita eſt. quid eni hæc inferiora quæ ꝑmunt̃ ab aſtris/
ꝑualerẽt ſine his nobiliſſimis diſciplinis? Quã cito fragilia hæc corpora/ q̃
humanas portant aĩas/ caderent/ niſi medicinæ diuina inuẽta forent? ubi tu/
tior uita/ & uiuendi cõmoditas locũ inter ſcelera/ quæ tanta ꝑ genus huma
nũ ſcatent/ repiret locũ/ ſi ſanctæ nõ aſſiſterent leges/ ſi ſapientes iuriſconſul
ti/ & harum interp̃tes ꝓ tribunali nõ ſederẽt? quo pacto ꝑ ætates ab animis
uiuentes depuliſſent ignorantiæ tenebras/ niſi illi diuini philoſophi rerũ na/
turã indagaſſent? quod adeo in excellentia eruditionũ poſiti/ ut oĩa quæ for/
tunæ pedibus rotant̃ neglectui haberẽt. ueniſſet ne illa militaris gloria Ro/
manorũ/ illa Reipu. præclariſſimæ geſta ad noſtras aures/ niſi ea cuncta in/
uicta calamorũ potentia ad oĩa ſæcula porrexiſſent Gn. Piſo/ Fabius Pictor/
Trogus Põpeius/ Saluſtius/ Liuius & cæteri illuſtres hiſtorici? q eas res ge/
ſtas & populi Romani inuicta arma ſuis cõmentariis ad poſteiorũ memori
as cõmonefecere. An de moribus/ an de uſu uiuendi pulchetrimo/ de milita
ri diſciplina/ de cæteris bonis artibus quicq̃ ſciremus/ niſi fuerint prudẽtio/
res cõtẽplatores/ qui in receſſu/ qui ab omni ſemoti ꝑturbatiõe cõpoſiti no/
bis lucidiſſime ſubuẽiſſent? ꝑfecto debemus illis Sereniſ. princeps. debem⁹
iis qui uiam oſtenderunt ad bene beateq; uiuendũ/ quiq; ut immortalitatem

Amor raro ponit.
Perbonus Duci.
Perbonus ſenex.
Perboni negocia.
Diſciplinæ bonarũ artium.
Inferiora ab aſtris.
Diſciplinis nobiliſſimis ſine.
Homo caderet.
Medicina diuina.
Scelera ſcatent.
Leges ſãctæ niſſent.
Iuriſconſulti ſapientes.
Philoſophi diuini ni idagaſſent.
Romanorũ gloria.
Calamorũ potentia.
Hiſtorici illuſtres.
Romanorũ iuictaarma.

Principes fortunati. Gloriæ splēdor. Laudum neglectores. Perbonus ad Ouilias. Colonus uerus. Boni existiment perbonum. Perbono sine suo duce. Perboni uigiliæ. Franciſcus ſecūdus dux Perbon⁹ nō ſpe lucri. Perbon⁹ poſteris. & liberis. Cinerē poſt. Labori merces.

ſciremus nanciſci/aperte oſtendere.nec minor principum illorum fortuna fuit/qui eo ſæculo fœliciſſimo nati ſunt.qui quum haberent ſuarum actionum egregios ſpectatores/ea conabantur agere/quæ æternā mererentur laudem/atq; omni ſæculo uiuerent imortales rati nihil in hac humana uita Illuſtrius haberi poſſe/q̄ gloriæ ſplendorem/& propagationem nominis ſui apud naſcituros.Iccirco contingit multis/qui honeſtarum laudum fuerint neglectores/ut eorum nomina nullibi præſcribantur.Nos uero multorum ſapientum exemplo moti ad remotiora O uiliarum noſtrarum ſeceſſimus/ut ibi recollectis quaſi ſarcinulis/ad paratū iter inſtrueremur. Atq; ut uerus colonus poſt exanclatos labores impenſaſq; graues/qui cupit rationem ſuarum actionum reddere/ad hæc monumenta conſcribenda animum applicuimus.qualiacumq; ſint/& ut cumq; cōcinata/ſatis mihi eſt/ut exiſtiment boni probiq; me uoluiſſe.ſed mihi nihil poteſt ita contingere iucundum/gratum &/omni parte uoluptuoſum ſine te princeps mi humaniſſime.uigilias has enim noſtras arbitramur uacuas/inutileſq; ſine tuo nomine/ſine tuo auſpicio.quoniam uirtus tua/quæ in te immenſa regnat/pietas/uitæ modeſtia/ſapientia/iuſticia/exquiſita prudentia lumen afferre poteſt aliis/& immortalitatem præbere. non tamen ad hæc conſcribenda uenimus ſpe lucri pro labore & mercedis titillatione/ſed potius declarationis ſtudio/ut ætatem iam grauem conſolet meam per has uirtutum collectiones. atq; ut præcipue poſteri/& liberi mei chariſſimi legendo hæc ſciant quibus ſe cōponant moribus/& quē genitorem habuerint. qui etiā poſt cinerem conſulere conquiſiuerit. Non hæc ergo conſcripſimus/ut reſpondeat labori merces/ſed ut perpetuum mei erga te amoris luceat monumentum.De inuidia hunc inſcripſimus libellum &ad tuam ſerenitatem

Inuidi ducē & perbonū. Perbonum deus. Franciſcus ſecūdus uicit inuidiam. Inuidorum malignitas. Perbonus quantū duci.

præcipue dedicauimus/ut recordemur exactis tēporibus quanta in mala inuidi fortunas noſtras coniecerint/quanto liuore nonnulli etiam uſq; ad diſcrimina uitæ te fuerint proſequuti/& nos quantis inſidiis/obprobriis/detractionibus lacerauerint.q̄ niſi diuina pietas manum interpoſuiſſet/nūc non hæc loqueremur.pro quibus beneficiis quia tu princeps optime uiciſti/omnemq; inuidiam alienam pedibus calcaſti/amabilis/glorioſus/inuictus/triumphator exiſtis/& ego pro tuo in me immenſo fauore incolumis/habeamus/& inquiramus/ut diis immortalibus gratias referamus.tuam ergo animi excellentiam rogamus/ut ad hunc quandoq; libellum diuertat/ut dignoſcens quæ natura/qui habitus/quæ meditatio/qui conatus/quæ malignitas inuidorum ſit/in mentem reducas quot illi fuerint qui fœlicitati tuæ inuiderint/& quanta pietate/&fide/quamq; ſingulari beniuolentia Hieronymus Perbonus tuum nomen obſeruet/& colat. ualeat fœliciſſime tua ſerenitas.Ex Ouiliis.

Hieronymi Perboni Marchionis Incisae ac Ouiliarum Domini ad Illustriſ. Franciſcuz Secundum Mediolani Ducem Inclytum Liber Sextuſdecimus De Inuidia.

VASTAM & indomabilē belluā præ manibus uerſare uidemur ſereniſ. Franciſce/principū quot ſunt/quoq; fuerūt mitiſſime/& humaniſſime/ quū de inuidia ſcribim⁹.neq; tā exacte eā omnimō circūſignari poſſeremur/ut nō maiora ſupſint addēda.ſcis optime quātū huius teterrimi mōſtri lues bñuolētiæ hominū/& rebus ſecūdis obſit & officiat. qd' qđ neq; ſine admiratione & dici & audiri pōt.nulla eſt tā excelſa uirtus/tā potens/tā firma/ꝙ luridū inuidiæ morſum euitare potuerit. Ideo multi ſapiētes/& uates poſuere ſtabulari hāc putridā beſtiā ultra glacialē Oceanū/nō ꝙ ita ſit/ſed qđ ſic eſſe deberet ꝓ pietate numinis/ne tabe ſua/& fluido ueneno humanū gen⁹ ĩficeret. Nā paſſim uelut gramē ſcatet/& maxime ubi uirtutes/fœlicitates/res ſecūdæ/diuitiæ/opes/ igenia uigēt. Aiūt poſſidere ſquallētē domū in uallib⁹ obſcuris plenā ignaui frigoris.atq; ĩtus in ea calligine nō alias beſtiā edere/ꝙ uipeas carnes iacentē humo/nec ſomno/nec qete fruētē/nunꝙ oculos attollētē. At ſi unꝙ attollit/per eos nō aliud haurit ꝙ urētē flāmā.ſedere aiūt in eius ore pallorē/& maciē/neruoſq; & artus rubeſcere felle/eiuſq; dētes pnicioſos rubigine/& linguā neq; aliud ſpuētē ꝙ ſpinas pūgētes/pedib⁹ indefeſſis p oēs mūdi partes ſerpētes. atq; tā exuſtulās uermis eſt/ut quacunq; ĩcedit polluat arua/ herbas/ arbores/ fruges.nec foris tātū cōtēta ſtatu/ſed intra urbes irruit/populoſq;.& familias ſuo afflatu cōtaminat.p fora/p ædes principū/p nobilitates / p diuitias & magiſtratus/iter pares irreqeta furit.diſſeminat ꝙ male metunt oēs. ipſos quoq; diuini cult⁹ miniſtros/ſacerdotes/religioſos/& pricipes/regeſq; ſuo uſu denigrat.oīa pmiſcet/inuoluitq; ſtillāte ueneno. atq; ubi cuncta uidet ſilere cōcordia/inibi nullo defeſſa labore oīa in pturbationē uertit.ſic uelut uera erynnis bacchať. & miſerū mortale gen⁹ uexat & urit. Circa plurimū magnos uiros & principes negociū fatigat/ quibus non una adhæret uia/ut uni ĩ alios cōuertāť ad iras/ad diſcordias/ad ſimultates/ad detractiones/ adiſidias.hic mala emergūt bella/& urbiū excidia/& gētiū calamitates.hic oīs e medio pelliť pietas/cōcordia/fides.hic neglecta uidemus in tēplis numina. Tātæ huius malitiæ inualeſcūt/ut ſcelera nō aliūde augmētū trahāt/

Inuidia indomabilis bellua.
Franciſcus ſecundus dux
Inuidiæ lues quantum.
Inuidiæ ſedes vbi.
Inuidia ſcatet vbi.
Inuidia edit
Inuidia non quieſcit.
Inuidia polluit.
Inuidia populos.
Inuidia petit grandia.
Inuidia inter pares.
Inuidia ſacerdotes.
Inuidia denigrat.
Inuidia erynnis.
Inuidia vrit.
inuidiæ mala
Inuidia ſcelera auget.

q̄ ab hac ineuitabili beſtia.huius ſuaſu ſatellites cõcernunt/ſicarii/fugitiui/
homicidæ/ ſacrilegi/quibus principum aulæ repletæ.per hãc uigent in po/
pulo factiones.hinc uenere ſupplicia/rapere/ ꝓſcribere/ iugulare/ in exiliũ
agere/poſſeſſionibus exuere/ſceleratis quoq; præmia ſtatuere.Ideo mirum
non eſt ſi iniuſtæ militiæ multa ſunt incommoda/quæ ego naufragio eiect⁹
tanq̄ expertus pericula maris cõmemorare ſoleo/& tanq̄ ab eo furore liber
imo a carcere quodã profugus/non abſq; uoluptate reminiſcor.quas erum/
nas effugerim ſub inuidiæ imperio/ubi nil aliud uidebam/q̄ imperitos mili
tantes & ſordido animo/& ſuopte ingenio humiles & abiectos homines cũ
cta p fas & nefas ſuis manibus cõmiſcere.ſed pium numẽ ab eorũ manibus
me eripuit/& ad Principem meũ/qui multa & ipſe inuidiæ ſpicula paſſus
eſt/incolumẽ deportauit. Hinc mihi multa euenere mala.ſed libentius ui/
derunt cæli me perpeſſum pro principe meo amantiſſimo/cuius ob magni/
tudinem beneuolentiæ erga me/ſi maiora me ſubiturũ neceſſe foret/diſcri/
men non recuſarem.ſed quæ maiora poſſunt euenire/q̄ quæ toties obiecta/
uit pernicioſiſſima iuidia: quæ quũ mihi ipſi ante oculos repræſento/ quod
uita mihi nunc ſuperfuit admiror & obſtupeo.ſed bene conſuluere dii quod
poſt tantam Italiæ iacturam/poſt tantum Inſubriæ incendium reluxere bea
tiores dies/inquibus mitiſſimus princeps & ſapientiſſimus regnat. quo in/
colume certiſſima patriæ noſtræ ſalus firmata & cõſtituta eſt.cuius benefi/
cio ad has meas Ouilianas uigilias ſecuri⁹ diuerti.ubi quantã nũc uideor re.
piſſe fœlicitatẽ/animiq; quietitudinẽ uix exprimere poſſum.abſit uerbo in
uidia.gaudeãt cæteri quãtũ uelint regũ & imperatorum curiis.petant quan
tũ uoluerint Romanos principes & proceres/& Cardinales.inſeruiãt ibi/
& ſi q ſunt q inuidiæ aſpos morſus neſciãt/curſitẽt illuc.ſpectabũt(non du
biũ eſt)illic prima facie multas delitias/affabilitates/cõſuetudies/ diuerſos
hoĩum mores.uerũ quũ icepũt aſſumere panẽ/palpabũt quãtas iuidia ſemi
net ſpinas.illic magni Antiſtites/& ſi in occulto irridẽt/ingredientibus tamẽ
multa bona pollicent gratificaturos/& de bona ſeruitute nõ leuẽ habituros
curam & rationẽ.illi unos continuo poſt alios prætereunt dies ſeruiendo/
laborãdo/curſitãdo.donec ualidior deceſſerit ætas. tunc uelut reſipiſcentes
adeſſe ſentiũt ſenectutẽ nõ aliud q̄ manũ plenã muſcis ſentiẽtes.plurimum
de fortuna ſua cõquerunt.atq; quæritabũdos multos improba mors rapit.
ideo ſuauior illa mihi probatur uita/ quæ ex libertate naſcitur ẽt ſi urgeat
pauptas.Et ſi glorioſum ſit cũ magnis põtificibus/cũ illuſtribus uiris habe
re cõſuetudinẽ/nã multi hoc præclarũ ſupraq; magnificũ exiſtimant/ uerũ
nec regis pſarũ(ut mea eſt opinio)optãda eſt cõſuetudo/ ſi nullũ ex ea fru
ctũ emanaturũ putam⁹.ꝓinde cõſulo libis poſteriſq; meis/ne Romã petãt
ad inſeruiendũ Cardinalibus ne uitam inani ſpe cõſumãt in aliena quadra/
ubi non tantũ ipſis dñis obſequiũ ꝓmptius expetitur.ſed quibuſdã quorũ
noĩbus parco inſeruiẽdũ eſt.ubi nominis ſui memoriã mercede redimere co
gitur/ueſtit⁹ quoq; ei apparãd⁹ eſt ſupra ſui rei facultatẽ ꝓ dignitate pſulis/
& eligẽd⁹ color quo ille potiſſimũ gaudeat/nã & is ſuũ hẽt p aulicos ſignifi
catũ.nã niger ſtabilitatẽ/uiridis ſpẽ/alb⁹ inocẽtiam/ purpureus uindictam
denotat

Aulæ repletæ malis.
Inuidia factiones.
ſceleratis præmia.
Maris pericula.
Inuidi abiecti.
Perbonum deus ab inuidis.
Franciſcus.ii. inuidiam.
Perbon⁹ ſuo pro principe.
Italiæ & inſubriæ incẽdiũ.
Dies beatiores.
Franciſci ſecũdi ducis ſal⁹.
Perboni fœlicitas.
Inuidia abſit.
Curiales.
muſcis plenæ manus.
Vita ſuauior
Principũ conſuetudo.
Principũ conſuetudo ſine fructu.
Perbonus cõſulit liberis.
Curia romana.
Aliena quadra.
Coloris ſignificatum.

denotat.in quibus cuiq; ſuū eſt in ſanire.ſed illud præ cæteris cauere opor/
tiet/ne curialis oculos Cardinalium offendat/quibus offenſis obliq; ſolent
reſpicere/nō alloqui/nō corā euocare.qđ ſi acceſſerit dixeritq; quicq̄ uelut
ineptū inſulſumq; deridetˀ/tūc præualent occultæ inuidiæ/quibus ſecure
pungentibus miſere obruuntˀ.nam unuſquiſq; quod clanculū ſuſurrabat/
iam uelut ex humeris domini deiectū aperte in eum iaculatˀ.hic tamen qui
inuidiæ ſtimulos effugere ſciret/ꝑfecto coronādus eſſet in olympia magiſq;
foret extollēdus/q̄ ſi Babylonē cœperit/aut Sardorū arcē occupauerit.pro
inde ſapiētiores illi habēdi ſunt/qui ab ambitionibus & inanibus deſideriis
Romanæ curiæ abſtinēt/& ad honeſtā magis ſe recipiunt uitā/ubi ualeant
porrectis pedibus dormire.raro enim fauor ingredientibus in curiam perſe
uerat.ita quibuſdā accidere ſolet ſicut calceis/q dū noui/i pretio ſunt & cha
ri habentˀ.uerū ubi aliquāto fuerint attriti/ſub lecticā abiiciuntˀ.tūc incipiūt
intelligere aureā illam ſpem/quam ab initio conceperunt/non aliud fuiſſe q̄
ampullas inauratas.tunc ſuſpirant reliquiſſe libertatē domi ſuæ/progenito
res/requiem/honeſtatem/uerā amicitiā/religionis aliqua ueſtigia.atq; pro is
ſubiiſſe labores/ſudores/ſeruitutē/impudentiā/dedecus/iniurias/obpro
bria/deſpectus/fameſcentiā/expectationes/inania deſideria/inimicitias/&
inuidiā/a qua cognoſcunt poſtmodū omne emanare malū.Et qđ perpetuū
incendium eſt/memoria iā prolapſæ ætatis/& libertatis ſine utilitate/quæ
uſq; ad glebā comitatˀ curialem.non alios fuiſſe exiſtimamus illos tam im/
probos dominos/q̄ ſi pyratæ aut militi crudeliſſimo inſeruiſſent.hic idignā
conduplicant fortunam & acerbā & iniquā inſectantˀ.Iccirco ſtulti hi ſunt/
qui ſe ipſos ob ſpem uanā decipiūt.Proinde pudeat ingenuos animos ſuos
illic cōterere dies/pro nebula fumoq; libertatē relinquere/ꝓ uitio uirtutem
poſt habere.potuiſſent diuino Platoni/egregio Chryſippo/& excellenti Ari
ſtoteli quandoq; audiuiſſe/q tantopere libertatem laudāt/& ſeruitutē uitupe
rant.Eqdem ſatius atq; uerius exiſtimabimus paucis lupinis/aut olerū agre
ſtiū copia famē pellere/& fontiū frigida aqua ſitim leuare/q̄ ꝑ omnes iſtas
inuidias in ſeruitute uitā traducere.eſt itaq; cauendū ne talis hamꝰ adoleſcē
tiū fauces transfigat.nā maxia parētū turpitudo cōtrahitˀ/ſi natos libere in
ſtitutos in ſeruitiorū colluuiem cōiiciant.hāc poterūt maxime literarū ſtu/
dioſi curā aufugere.nihil.n.cōmertii eſt aſino cū lyra/quū nō ſit iſtorū cura
Homericæ ſapiētiæ/uel Demoſthenicæ grauitatis ac uehemētiæ/uel Plato
nicæ ſapiētiæ.apparēt illi q hæc nutriūt ſeruitia auro & argēto cōſpicui pri
ma facie uenerādi.q; ſi hæc extera tolluntˀ/nihil itus itroſpicies ponꝰ/q̄ mol
liciē/luxū/impitiā/arrogātiā/&(qđ extremū exiſtio malū)dū ignari ado
leſcētes ꝑ huiuſmodi ſeruitutes ætatē cōſumūt ſuā/in maximā religionis &
ueri Dei icidūt obliuionē.Iā aſſueti eorū licētia(ne dicā luxu & molliciæ(q
cū ctis exēplo oīum uirtutū eſſe deberēt/peiora audēt/& in pluribus exor/
tæ hæreſiæ/ita in oēm ꝓruūt turpitudinē/ut nō alio appareāt coaliti/q̄ Ro
mæ ꝓ ſtibulo.hæc ſūt q̄ dāt exteris eloquēdi materiā de moribꝰ curialiū.hic
famoſos edunt Libellos/hinc cultꝰ i religioſis minor.parco uerbis.in eas de
ueniemꝰ tēporū moleſtias/ut ꝑ cūcta ſacrificulorū cænobia/nil potiſſimū

Inſanire ſuū cuiq;.
Curialis cardinalium.
Inuidiæ occultæ.
Inuidiæ qui ſtimulos.
Babylon.
Sardorū arx:
Sapientiores qui romanæ curiæ.
Curiā ingredientibus.
Hominibꝰ ſicut calceis uti
Spes prima aurea.
Ampullæ inauratæ.
Curiales ſuſpirant.
Curialiū bona in patria
Curialis mala in curia.
Inuidia omne malum.
Inuidia perpetuum incēdium.
Memoria elapſæ ætatis.
Curiales uſq; ad glebam.
Dn̄i improbi
Pyratæ crudeliſſimi.
Stulti qui ſe
Spes uana.
Pudeat ingenium.
Dies cōterere
Libertatē relinquere.
Plato diuinꝰ
Chryſippus egregius.
Ariſtoteles excellens.
Libertatē laudant.
Aquā bibereq̄
Inſeruire per inuidias.
Cauendū ne
Parentū turpitudo ſi.
Literarū ſtudioſi.

inuenies/q̃ ſimultaté & iuidiá.cõflatũ habes nihil/ubi tantũ inuidia ualeat
inuidorũq; diſceminatæ zizaniæ/ut impoſſibile ſit cælũ & hæc mala terre/
ſtria piis oculis reſpicere.ſeruire duobus dñis impoſſibile eſſe Chriſt⁹ Apo
ſtolis diſſeruit.natura quoq; ipſa repudiat bina in eodẽ corpore creſcere ca/
pita.ipſa quoq; apũ aluearia duos reges pariter nõ ſerũt.& ĩ armẽtis taurus
tauro cædere cogitur.quá tẽ quãtũ põt inuidia nõ pauť.ſed ſemp pares cõ
geminare ſtudet/ut locũ inter eos quo ſæuire poſſit/habeat.Aliud ĩ hoc fœ
lici ſæculo religioſis nõ eſt relictũ/q̃ detractio/ſuſurratio/accuſatio/calũnia
tio/mẽdaciũ/quale de me cõfixit qdam improbus Abbas.q ẽt in magiſtra
tu cõſtitutus nõ ueritus Dei minãtẽ dextrã auſus eſt aſſerere me neſcio qd
inſimulaſſe cõtra meũ legitimũ principẽ.uerũ quantũ ille impius & men/
dax abierit a uero iudicio/teſtis eſt fides mea/fortuna/mortales oẽs. nec in
mẽtẽ ſani hoĩs hoc cadere põt/quũ oĩs res mea/& domus/& familia pen
deat ab ipſa principis ſalute.ſed facile fuit Suſannianum ſenem improbum
conuincere.nam quis ueriorem de hac re fidem facere poterit/q̃ Caratius uir
omni æuo prædicandus ob egregias animi eius uirtutes/cui non minus cre
dendum eſt/q̃ Socrati?ſed ſapiens lector mirabitur.hæc ſunt inuidiæ pabu
la/quibus tandem ipſa ſe ipſam triſtitia ſua conficit. eſt enim inuidia non
aliud q̃ triſtitia de bonis alienis/quæ odium parit ob fœlicitatem alterius ha
bens interiori cordis ſeminario radicẽ/quæ auctum uidendo res aliorum ſe
cundas ſumit. Ideo in ſapientia ſcriptum eſt ueterum/cum homine inui/
do ne habeas domum/nec eius cibos deſideres.eſt enim una e filiabus ſu/
perbiæ primaria introducta in genus humanum a cacodæmone. ſequitur
enim æquis pene paſſibus ſuperbiam/non autem præcedit.non enim cauſa
ſuperbiẽdi eſt inuidia/ſicut inuidendi eſt cauſa ſuperbia.Improbus ſuo abu
titur bono inuidus torquetur alieno.quod quanto magis intuetur/tãto ſen
ſum torquet/pectus urit/mentem affligit.ita inuidia eſt quaſi quædam pe/
ſtis/quæ cor hominis paſcit.oculos habet miſſiuos/qui alta reſpiciunt/ut
liuoris nebula offuſcent.quibus imprecandum eſt(inquit Seneca)ut om/
nium hominũ uideant bona/ut de oĩbus fœlicitatibus magis torqueantur.
uſq; adeo hæc lues cuncta flagellat/ut uulgus uulgũ & figulus figulũ (ut
dicit Ariſtoteles)ĩuidia p̃mat.&(qđ admirandũ ꝑfecto eſt)ipſam fœlicita
tẽ ex ſentẽtia Socratis qd bonũ abſolutũ eſt ĩuidiæ ſubiectã eſſe uidemus.
Et miſeriã lõge ab ĩuidia tutã abire.ipa quoq; gloria/q̃ parta eſt uirtute armo
rũ/nunq̃ potuit inuidiã uicere.neq; eſt tã modeſta opulẽtia/benigna/profi
cua/ut malignitatis dẽtes euitare poſſit.ſicut.n.rubigo ferrũ rodit/ſic ĩuidia
humanũ aĩum/neq; ĩ re aliena tacere põt.hẽt hæc mala beſtia/ut nunq̃ mo
riať.& ſi ꝑpetuo cõſumiť/nunq̃ tñ deficit omni ſæculo uiuax.ſua ẽt riſerũt
ſæcula Meonidẽ.raraq; coronato plauſere theatra Menãdro.ſic ĩuidus nrís
maſcreſcit reb⁹ opimis.hñt ouiliæ nræ multorũ oculos inuidorũ.ſed noſtræ
præualebit innocentiæ uirtus. malunt inuidi lurido ſupercilio contendere
præclara/q̃ diſcere/& de turbulento magis riuo/q̃ de puriſſimo fonte pota
re. quibus non lux/non cibus/non ſapor gratus unq̃ reperiri poteſt. nec
põt tanta ſimulatione inuidus uti/ut nõ ſe poſtremo detegat ſapiẽtioribus.

quam

Religioſorũ inuidiæ & zizaniæ.
Seruire duobus dominis.
Capita non bina.
Reges duo.
Taurus tauro.
Inuidia pares.
Religioſorũ uitia.
Abbas aduerſus perbonũ.
Perbonus a principe pẽdet.
Suſannianus ſenex.
Caracius.
Inuidiæ pabula.
Inuidia ſe cõficit.
Inuidia triſtitia eſt.
Inuidia ob fœlicitatem.
Inuidi fugiẽdi.
Inuidia ſuperbiæ filia.
Inuidẽdi cauſa ſuperbia.
Inuidus torquetur.
Inuidia peſtis.
Inuidi uideãt bona.
Inuidia cuncta.
Vulgus uulgum.
Inuidiæ ſubiecta fœlicitas.
Fœlicitas ſũmum bonũ.
Miſeria ab inuidia.
Inuidia gloriá & opulentiam.
Ferrum rubigo.
Inuidia humanum corpus.

q̄ caute facis princeps mi humaniſſime/q Hyctericios iſtorũ oculos ꝓbe no
ſcis. ſcio hos non daturos tibi uerba. longa eñi expientia/atq; p multa incom
moda horũ lutulenta flagitia ſapientia tua euitaſti. ueniunt eñi liuiduli bellis
labellis riſuq; lepidiori/pilulos ex humero diſcutiunt blãdiduli. quũ recedũt
uero/ita obtrectant/ita p angulos euomũt uenena/ut aerem cõtaminẽt. nul
libi ꝑfecto inuidi oculus ſatiabilis. & qđ miſerrima cõditio eſt/quærit quo ſe
cruciet. Antiphilus Apellis inuidus cernendo picturã ſe cruciabat. M. Craſ/
ſus alios auaros ex inuidia ſectabať/ut ipſe ſibi magis coaceruaret. qđ his ſe/
re temporibus accidit Mediolani. Thomas eodem cognomẽto craſſus alios
fœneratores adeo inſectabať/& diuini uerbi cõcionatores mira arte adibat/
ut darent operã eos e medio expelli. Themiſtoclem Athenis trophæa Alcibi
adis quieſcere non ꝑmittebãt. nec Aſiniũ Pollionẽ. T. Liuii diuina monumẽ
ta. tam improba inuidia extimari poteſt/ut etiã alia bruta nõ quieſcere ſinat/
quæ cetera uitia non norũt. Pauo animal inuidũ eſt. odit quodãmodo hoĩm
cõmoda. nam ſimũ ſuũ reſorbet. ſed ſi unq̄ inuidia cõualuit/tꝑibus his no/
ſtris multo fortius uiguit. tantũ priuata iuidia potuit/ut ꝓximo bello quo to
ta Italia exarſit/nemo Mediolani ac p totam Inſubriã fuerit tam tenui condi
tione ciuis/ut nõ ſenſerit inuidiæ morſum. non tantũ alius aliũ inuidia ſeor/
ſum tangebat/ſed accuſabat. unde rapinæ ingentes exactæ ſunt/quæſtiones
improbæ/proſcriptiones/rebelliones. multi ſceleratiſſimi ex ea ꝑturbatione
ad magna officia euecti ſunt. multi boni depreſſi. tantũ deſæuit inuidia/ut
parentes cum filiis/& affines cum conſanguineis per hæc tempora inter ſe
conflictati ſint. nihil habet pernicioſius miſera Italia/q̄ crudelem inuidiam.
qua creſcente indies timeo (qđ Deus auertat) cito perituram. interiit illa Ro/
manorum uirtus/& nunc uana ingenia noſtra ſunt. corrupti mores animiq;
ab omni uirtute alieni/& iuuenes/qui nihil latia uirtute dignum concipiũt/
in omnem turpitudinem dilabuntur. hinc eſt qđ uiris fortibus Italia deſtitu/
ta eſt/nec ullum ueterũ retinet ueſtigiũ/nec amplius extant ueræ diſciplina
rum normæ. & (quod lachrymandum tecum Sereniſ. mi Princeps eſt) plu/
rimas Mediolani uidemus artes extinctas. nec eam proſpicimus nobilitatem
quæ tempore parentũ noſtrorũ non ſolũ Italiam/ſed totam Europã illuſtra
bat. Hæc calamitas qua tantopere premimur/ex inuidia noſtrorum orta eſt.
Quod niſi tua ſapientia Dux inclyte procuretur/ut e medio tollantur ma/
litiæ/factiones/ambitio/obtrectatio/atq; omnibus unus ſit amor/una ĩ prin
cipe fides/uereor ne peiora emergant. ſed Principis noſtri clemẽtiam/religio
nem/iuſticiam/pietatem numina adiuuabunt. Multa Deus ob Principis bo
nitatem cõcedit mortalibus. Ita nos cõfidimus pace hac parta/ob tuam ſalu
tem. qđ tanto fruimur domi bono/beneficium eſt diuinum. non has noſtras
ouiliarũ uigilias potuiſſemus eo inuidentiũ turbine cõpilare. Iccirco diis im
mortalibus innumeras agimus gratias q; te ſaluum uoluerint/q; patriã poſt
tãtas calamitates reduxerit incolumẽ. Ideo rogo lectorẽ/ſi qs ad hos noſtros
libellos diuerterit/ut depoſito inuidiæ ſupcilio legat. capiat ſi qd boni. ſi uero
qcq̄ poſitũ ꝑperã/emẽdet/corrigatq;. hõ. n. ſũ ſicut cæteri/& errarẽ ꝓpriũ hois
ẽ. nec fuit/nec ẽ ulla tã exacta lex cultaq;/q̄ uerſut⁹ calũniator iuid⁹ q; ñ facile

Inuidus detegitur.
Franciſcus. ſ. dux.
Hyctericii oculi.
Flagitia lutulenta.
Inuidi blandiduli.
Liuiduli euomunt in angulos.
Inuidi contaminant.
Inuidus ſe cruciat.
Antiphilus pictor inuidus.
Craſſus auarus.
Thomas craſſus auarus.
Themiſtocles inuidus.
Alcibiadis trophæa.
Aſinius pollio inuidus.
Liuii diuina monumẽta.
Inuidia impꝛba ẽt bruta.
Pauo aĩal inuidum.
Inuidia ſi unquã.
Tꝑibus iis inuidia.
Sceleratiſſimi ad magiſtratus.
Boni depreſſi.
Inuidia ſæuit.
Parentes cũ filiis.
Italia nil pernicioſius.
Inuidia crudelis.
Italia cito peritura.
Romanorũ uirtus.
Ingenia nũc noſtra.
Mores nũc

poſſit aliquo cométo ſubuertere.ſcit deus.eo huc uenimus ad ſcribendū ꝓpoſito/ut ꝑ uiribus humanæ uitæ ꝓdeſſe poſſimus.nos noſtra oblectamur cōſciētia recti/quæ abunde nobis ꝑmiū affert.Et q̄uis in ſeceſſū noſtrū tuſcreſtrē ꝑfecti ſimus a publicis rebus/tñ longe etiā hic ſentimus æmulatiões externas/& pungētes liuoris aculeos.quos quantū poſſumus humilitate & patiētia cū filiis meis euitare conamur.ſed improbi inuidi etiam abſcondita quærunt malignitate nō ſinēte motſum in eos quoq; retinere/qui uitā innocenté agunt.ſed ii faciūt more cacodæmonū/q quāto humiliores omniq; ꝑſus labe abſolutos uident/tanto diligentiori modo uexant.quorum ueſtigia ingens mortaliū numerus ſequit̄.ſed fecit deus quanto acriori uirtus ſtimulo pungit̄/tanto maior & fortior reſurgit.tūc hæc laudari poteſt/& digitorū notari millibus/& dicere.hæc eſt illa inuicta uirtus contra inuidorum arma.tunc oculos in ſe tranſſert oēs admirantiū/& regnat & uiuit.Inuidū uero ſicut ueſtimētū corrodet uermis/& ſicut lanā deuorabit tinea/ſimiliter malignanté hoíem occidit inuidia/& uirū ſtultum interficit iracundia.ſecum profecto inuidus gerit incendiū/nec ætas ulla diminuete pōt incremētum.nunq̄ ridet inuidus niſi in alienis aduerſis/in quibus dum calamitaté ſubeunt/oíbus deriſui ferunt̄.ſed deridendi nō ſunt qui infœliciter cadunt.multos eundē deriſores ſubiiſſe caſum nouimus.Romani Mariū médicū & errantē deriſere/quē paulo poſt dum ab eo iugularentur/uirgiſq; cæderent̄/in terra ꝓſtrati adorabant.multiq; principē noſtrū dū iratam fortunā patiebat̄/dū uaria ꝑ diſcrimina incedebat/neglectui & deriſui habebant/quē nunc imꝑbi reformidant.ſed tanta huic ineſt magnitudo animi clemētiaq; admixta/ut iniurias inuidentiū penitus obliuiſcat̄.imo ut ꝑfecto uteret̄ officio/multos ex his ad honores & dignitates euexit.Iccirco tanto Inſubria munitior Duce cineri Leōis pōtificis & uiuēti Clemēti debet.imo debet & tota Italia.qđ hoc uelut humeris eorū ad patetnū Impium reportato omnibus quaſi Europæ prouinciis parta eſt pax.multi tñ indignantur.ē nō aliud hoc genus/q̄ inuidum & malignum.doleo q̄ uir magno ingenio Georgius merula cōterraneus meus hoc noīe genus Alexandrinum ꝓſciderit.q̄ penitus uirtute careat/malignum & inuidum.ſed neq; dictum mihi ꝓbatur ubi boni & mali repiuntur.& ſi ob inuidiam iniuſte nos iutaq; noſtra Alexandrini ꝑturbent/patco illis ſi hoc a natura ſortiuntur.nos ueto uirtutis & iuſtitiæ fauor̄ cuſtodiemus uias noſtras/& ori ponemus cuſtodiam ſperantes alioquin curæ fore noſtra hæc diuinæ maieſtati.ſed pauca q̄ norunt aliis inuidere ſolent.aío inuido & facinoroſo illi ſunt/qui omnia in peiorem partem trahunt.ſed inuideant.quamdiu eni inuidēt/tamdiu egent.ſolēt inuidi nō niſi q̄ mala nunciare/& eorum ſtudia longe a publicis bonis.liberet te Deus princeps humaniſſime a labiis iniquis/ab inuidis/a lingua doloſa/a cōuētu malignantium.& ita te tutiorē præſtet/ut omnes detractores/ſuſurrones/& odia pedibus calces.Det tibi deus eam ſupernam gratiam/quam magni reges olim habuere contra inimicos.ſic Dauid qui inuidia Saulis arma ſuperauit.ſic Daniel uincebat omnes princeps darii.cæteri ſatrapæ inuidebant & detrahebant/ſed deus liberauit eum de lacu leonum.Hæc eſt inuidentium praua conſuetudo/ut

Per bonus ſcribit quare
Conſcientia recti.
Per bonū etiam in quilibus liuor.
Per bōus patiētia liuorē.
Inuidi quærunt.
Dæmões bonos uexant.
Dæmões ſequuntur.
Virtus eo reſurgit.
Digitis notari.
Virtus inuicta.
Inuidū uermis.
Inuidia occidit.
Iracūdia interficit.
Inuidus incendium.
Inuidus ridet.
Deridēdi nō ſunt.
Deriſores ſubeunt.
Marium qui deriſerunt.
Franciſcū ii reformidāt.
Frāciſcus ii Iniuriarum.
Dux multoſ ad honores.
Inſubria debet leoni.P.
Clementi debet italia.
Alexandrinū genus.
Georgius merula.
Per bonum alexandrini.
Inuidere ſolent.
Inuido animo ſunt.
Inuidēt tādiu.
Inuidi ſolēt.
Ducem liberet.

do/ut eos qui uirtutibus incumbunt ſtultos appellent.Dementia enim inui/
diæ tam magna eſt ut nec quatuor gigantes/nec quidem ipſe Atlas/qui cæ/
lum humeris ſuſtinuit/eam ſufferre poſſit.liuor a diuino choro longe ab/
eſt.qui ab initio illic lucebant in baratrum demerſi ſunt.Ad nos miſeros
ſemina illius primariæ inuidiæ maligni dæmones deportarunt/ quæ infini/
tam reddidere meſſem.ſed homo maxime inuidet uiſu.per hunc haurit in/
uidus & nutrit/ quia certum uoto non inuidus petit finem.caret tamen in/
uidenda ſobrius aula.ſed boni profecto non inuident.boni autẽ illi ſunt qui
bono chriſto adhærent.ii ſunt qui inuidorum morſus non timent/qui ob
Chriſtum mori non recuſant.his breuis uita nullo pretio periculorum com
penſatur/quod poſt uitæ mortem paratum eſt.Proinde cauent boni non ob
inuidiam/quæ ſolet uirtutes uexare/ſed ne pereat uita ſcelere.multos enim
fallit uolatilis ætas perſtringendo dietim in egregia opera ſed non operantur.
q̃ cito labatur ætas unuſquiſq; nouit.ſed colligere frugem pauci.Proinde in
finitus eſt ſtultorũ numerus.ii quibus nullæ ſunt opes/bonis inuident/ ma
los extollunt/p̃ſentia oderunt/noua cõcupiſcũt/ & mutari omnia ſtudent.
uerũ ſi cõtigerit mutari/non ꝓpter hoc acquieſcunt.ruſus noua exoptant.
ſic pereunt inuidia/& malignitate moriũtur.ſed mihi meus ineſt hic animꝰ/
uotaq; cõcipit/ut reges ſua poſſideant regna/principes principatus/diuitias
opulenti ſuas/& ciues ſuos magiſtratus/& quiuis hoies habeant qđ optãt/
dummodo mihi inuidi improbi abſtineant inuidere.non tamen a Deo im/
mortali uniuerſali patre optimo/& ſapientiſſimo recuſo/ut ea mihi det & fi/
liis meis & uxori caſtiſſimæ aduerſa quæ pati poſſimus.exiſtimamus eni in/
fœliciſſima illa fore dona apud eos qui nunquã aduerſa ſubiere inuidiæ.Tu
uero princeps qui ea excellis ꝓuidentia/recte facis/ut pro nihilo repures q̃
mala cæteri cõmittunt.inuident alii.tu uero amas.detrahunt nonnulli.tu ue
ro laudas.ſuſurrãt obloquunť.tu uero in angũlo oras.bella pleriq; excitant
cupiuntq;.tu pacem in Italia introducis.fœlix tua mens.fœlices tui ingenii
mores.Hæc ſi uera fateat/a te dedici/ſi quid in me probatũ remanſerit. apđ
multos uirtus laudatur/ſed non exercetur.plurima utilitatis ratio habetur.
multa(teſtor numen)mihi cõſumpſit inuida turba/ſed multa mihi inuidia
coaceruauit bona. quantum illa percuſſit/ tantum mens mihi coadunauit
uirtutes.faciat qđ uelit liuor/has meas uigilias(quas mihi ingentem theſau/
rum reputo)auferre nunquã poterit.propulſent flagellentq; quantum ue/
lint inuidi.ego tanto impenſius curabo quæ uitæ probata ſunt/ quæ le/
ges/ quæ iura permittunt.nulli nocere/ alteri quantum ſe fert poſſibili/
tas/prodeſſe conabimur.ſed ſi arduum aſcendere montem nequeo/ ad cle/
mentiores colles inclinabo iter habens pro comperto quæcunq; generatio/
ni & corruptioni obnoxia fiunt/ nullam hic uel natura repugnante/uel for
tuna obuerſante/uel inuidia lacerante ueram fœlicitatẽ.quemq̃ experiri poſ
ſe/teſtis eſt is humanæ uitæ ſtatus/quem ſemp ante oculos habemus uariũ
& inſtabilẽ.qui modo in ſecũdis modo in aduerſis rotatur rebus pro alio ne
gociandũ ẽ regno/ſi ſtabiles/ſi certiores fieri fide cupimus.Proinde q̃ ſtulti
ſunt illi res ipſa indicat qui tantũ illi ꝓ parua gleba ipẽdũt laboris/nec poſt

Inuidiæ dementia.
Atlas.
Liuor abeſt.
Liuebant q in cælo.
Inuidiã dæmones.
Dæmones maligni.
Inuidet homo uiſu.
Inuidus finem.
Inuidenda aula.
Inuidẽt nõ.
Inuidiã non timent.
Vita breuis.
Boni cauent
Vita ne ſcelere.
Aetas uolatilis.
Nouit q̃ſq;
Frugẽ colligere.
Stultorũ numerus.
Pauperes inuident &.
Inuidia pereunt.
Perboni animus.
Reges ſua regna.
Inuidi dum abſtineãt.
Deus vniuerſalis pater.
Infœliciſſimi qui nunq̃ aduerſa.
Fr.iciſcus.ii.
Perbonus a duce.
Virtus laudatur.
Perbono inuidia.
Liuor faciat
Oui'iæ theſaurum.
Inuidi quantum uelint.
Perboni inſtitutum.
Generationi & corruptioni.

humeros qd emineat pſpiciũt/dũmodo priuato odio præualeãt inuidiæq; dẽ
tibus offendere poſſint.ſatis idipiſci arbitrant̃ quũ paulopoſt neceſſe ẽ ter/
ræ uiſcera ſubeant.in his prudens ſapit/& in his ueſtigia metit̃ ꝓ maximo ha
bens negocio triſtitiam/odiũq; ab animo depellere.atq; ea inquirere/quæ in
hac uita appareant iucundiora/& poſt hanc uitã immortalitatẽ ſecurius ſpõ
deant.quas cogitationes nemo inuidus recipit/aut ſi recipit uelut hallucina
bundus nebulas/aut tenebras exiſtimat.quo uenẽo huius teterrimæ beſtiæ
ſunt pauci immunes præſertĩ hoc infœliciſſimo ſæculo/in quo pene tota Eu
ropa deperit inuidiæ incendio.Cuius officina duæ pnicioſiſſimæ factiões cõ
flatæ ſũt/quarũ ob duo barbarorũ noĩa maxĩe Italia peſte hac iam radicata/
miſerrime inficit̃/quũ unanimes eẽ deberemus cõtra exteras natiões/ad tu
tandã tã fœlicẽ patriam.o miſerã inuidiã quæ tãtas inter mortales diſcordias
paris.quæ tã diuerſa aĩorũ ſtudia cõflas.ſcis tu Sereniſſime prĩceps quotiẽs
ꝑ aſpertima montiũ Germaniæ ꝑ abrupta ualliũ itinera ꝑegrinabamur/quo
ties Italiæ amœnitates repetebamus rati a Diĩs ĩmortalibus nullã eẽ in toto
orbe prouinciã magis dilectã/ubi ingenia ꝓpe diuina/ubi uiri in omni erudi
tione præclariſſimi/ubi quicq̃d politioris ritus atq; cõſuetudinis in rerũ na/
tura excogitari poteſt/facile reperiri poteſt.& ſi quæ Reſpublicæ/urbes ma
gnæ/cultæ/opulentæ deſiderari poſſunt/& regna/& prĩcipatus/& ſtatus/
& caput totius orbis cum eccleſia ſancta Romana/illic cũ maxima delecta
tione mortaliũ ſpectari poſſunt. Ea tñ nullibi ſæuius/q̃ in Italia debacchat̃
inuidia.ornauit hãc deus ĩmortalis ꝓuinciã(non ſine lachrymis repeto ſapi
entiſſime princeps)omnibus rebus quæ ad uſum humãæ uitæ faciũt/ut au
ri & argenti ſcaturiginẽ/metallorũq; oĩm/& arborũ & uitiũ inextimabilẽ co
piã omittã/quid dicemus de balneorũ ſaluberrimis aq̃s? quæ ad capeſcendã
humani corpis ſoliditatẽ natura paſſim ſcaturire uoluit.Quid repetam ani/
malium omniũ præſtantiſſimã genera? pecudũq; innumerã uim/lacus pul
cherrimos/flumina regia/quibus antiq̃ ineſſe numina credebant.& tamẽ in
tãto oĩm rerũ bono inuidia debacchat̃ .uterq; in alterũ furit/& miſeri factio
ſi in alterutros eruendis oculis laborant.nec enim aduertunt q̃ ridiculũ ſpe/
ctaculũ exteris nationibus p̄bent.Nec in mentẽ reuocãt quanta excellentia
beneficii deus ĩmortalis Italiã patriã noſtrã in primordio rerũ cõdotauit.mõ
tibus altiſſimis/quas Gallica lingua Alpes dicunt/circũcinxit.quibus p̄ru/
ptis ferit aſtra iugis/aperitq; tremendã uix æſtate uiã/ut exterarũ gentium fu
rores extra excluderentur.ſed inuidia & diſcordia miſeræ Italiæ frequenter
tranſitum hoſtibus patefecir.ſic Galli ſic Germani in nos ſæpe irruere.utinã
ætas noſtra occluſum iter habuiſſet.ſed quæ loca tã abdita/& tam remota/
quæ temeraria inuidia hoſtiũ & barbarorum/qua Italicum nomen proſe/
quuntur/non occupauerit? ipſæ quoq; Cotiæ alpes quas nunc montem Ci/
neſiũ dicimus/quãto ob Hiſpanos & Germanos incendio flagrauere? ipſæ
Graiæ & Pœninæ quibus recta itur in Auguſtam Prætoriã/nõne hac noſtra
tempeſtate hoſtium noſtrorum perpeſſæ ſunt ruinas? quo itinere paucis
hinc annis Armiratus Franciæ Gallicũ recepit exercitũ/quum male eẽt pu
gnatũ ad flumen Seſiã/qd Plynius Seſitẽ appellat.q̃bus Romãi freq̃nter in

Galliam

Humeros poſt.
Triſtitiam depellere.
Quæ inquirenda.
Inuidus nõ recipit.
Inuidiæ pauci immunes.
Sæculũ hoc ĩfœliciſſimũ.
Inuidia europa depit.
Factiones duæ pnicioſiſſimæ.
Factiones a barbaris.
Inuidia diſcordias.
Perbõus cũ duce in germania.
Italiæ dotes
Italia orbis caput.
Romana eccleſia caput.
Inuidia in italia.
Italiã deus.
Balnea ſaluberrima.
Fluminibus numina.
Inuidia in italia debacchatur.
Italorum diſcordiæ.
Deus italiã montibus.
Cotiæ alpes.
Cineſius mons.
Auguſta prætoria.
Armiratus franciæ.
Seſia flumen ſiue ſeſites.

Galliã iter cõſueuere.ſicut ꝑ alpes quas Domũ oſſulam dicimus/quas Cæſar in initio tertii Cõmentarii ſummas Alpes appellat.unde noſtra memoria mercatores dum nundinas Lugduni celebrant/eo itinere ſolent merces con uehere.iã attritæ ſũt hæ ab hoſtibus uiæ ĩ nr̃a incõmoda/quas natura aſperitate inuias effecit/muniuitq̃ Italiam/ne dum alpibus/ſed hinc inde Thyrreno & Adriatico mari.ſed nihil audentibus mortalibus obſtare poteſt.ex ſummis enim Alpibus nõ lõge a pago Octodaro nunc ſancti Martini appellatio uiget non ꝓcul a Sedunenſi ciuitate/quo itinere Cymbros olim Italiæ opũ cupidos ueniſſe putamus/atq̃ iuxta flumẽ Thoſam caſtrametatos/nõ apđ Atheſim inter labentẽ ueronẽſiũ mœnia ut deprauati codices dicũt.nã Thoſa ex ipſis ſũmis Alpibus decurrẽs in Verbanum lacum influit itinere tãtũ q̃ duorũ dierũ Vercellis diſtet.Atheſis uero ſex dierũ.ipſe quando Arpinas Marius cũ exercitu Romão nõ ꝓcul a Thoſa cõſedit ꝓpe oppidũ Cimarianũ/adhuc nomen retinet/quaſi caſtra Mariana & ipſi⁹ Cymbrici exercitus pars alia apud aquas Seſtias tentoria poſuit. quẽ locũ nunc ꝓuinciæ Aſas appellamus.unde faciliori tranſitu ꝑ ſummas Alpes in Italiã uenitur/q̃ per Noricos montes/qui Veronæ iminẽt.ſed nec mirũ.tantũ enĩ ꝓualet inuidia/ut nihil ſit tam uetitũ/quod mens mortaliũ non odio ꝑrũpat.Annibal quoq̃ pœnus ardens liuore in Romanũ nomẽ ꝑ ꝓuinciã citeriorẽ/ꝑ Alpes cotias in Italiam ueniſſe creditur.Nihil tam atrox/tã horrendũ humanæ quieti/q̃đ inuidia non incuſſerit Italiæ.Adeo exteræ nationes in Italicas opes coniecere oculos/ut nihil aliud præmeditent̃/q̃ obſeruatis occaſiõibus in nos irruere.tuum eſt princeps ſapientiſſime dare operam/ut Italicæ uires ſeſe recolligant/uindicentq̃ ſeſe tandem a Barbarorum Inuidia.nemo præter te id commodius facere poteſt.oĩa enim habes inſtrumenta/quibus iam ꝑſciſũ corpus æque ad ſolidiorem potentiam reducere uales.ſunt hic cuncta(non dubiũ eſt)quæ alienas excitare poſſunt inuidias/opes/ingenia/præclariſſimæ urbes/Reſpu.Principatus & uirtus omnium rerum capaciſſima/quæ ſi una ſibi incumbent ꝑſtentq̃/inuidiam uincemus/expellemuſq̃ procul ab Italicis finibus/atq̃ longe ea triſtitia intra ſe peribit.dum noſtra cõmoda ſpectabit/ſua dãna plorabit.dũ augmentũ/abundantiã/cõcordiã/pacẽ principũ/ſuã diminutionẽ/populationẽ/& diſcordiã illachrymabit.ẽ enĩ obiectũ inuidiæ/nil aliud q̃ ꝓſperitas alterius/uel æqualis uel ſimilis in bono excellenti/& concors ſupbiæ/q̃ ꝓpriæ excellentiæ ſtudioſa eſt.Inuidia uero odiũ alterius boni.ideo miniſtra ſupbiæ dicit̃/propterea quod amando quis ſuã excellentiã/uel paribus inuidet/ꝙ ei coæquent̃/uel inferioribus ne pari fauſtu tumeant/uel ſupiorib⁹ ꝙ deorſum non ruant.ſed maior eſt inuidentia/atq̃ urgentius urit/quũ reſpectu æqualiũ ardet/minor quũ ſuperiora ſpectat/minima quũ inferiora deſpicit.ſed neq̃ magnanimos animos inuidia attingere poteſt.Hinc eſt ꝙ nunq̃ uiſus es mi princeps excellentiſſime inuidere cuipiam.omnia laudas/omnia toleras/omnia quodam charitatis lumine proſpicis.Ideo cuncta quæ concipis/uincis.& recte & ſapienter agis quum quilibet inuidus alius eſſe non poteſt q̃ puſillanimis/qui quũ cuncta taceant/cõtra ſeipſum manifeſtã exibeat fidẽ/ꝙ quibus inuidet minor oĩno

Romani in Galliam.
Alpes dom⁹ oſſulæ.
Alpes ſummæ.
Lugduni nũdinæ.
Italiã natura muniuit.
Thyrrenũ & adriaticum mare.
Audentibus mortalibus.
Pagus octodarus ſiue ſcti martini.
Sedunẽſis ciuitas.
Cymbri ita liam.
Thoſa flumen.
Atheſis uero nam.
Verbanus lacus.
Vercellis diſtat.
Marius arpinas.
Cimarianũ oppidum.
Mariana caſtra.
Seſtiæ aquæ
Aſas pro uinciæ.
Norici mon tes veronæ.
Vetitũ nil tã
Annibal in italiam.
Prouincia citerior.
Exteri in ita liæ opes.
Ducis offici um.
Inuidia barbarorum
Alienas inui dias quæ excitant.
Italiæ vires.
Virtus rerũ capax.
Italia vincet ſi.

pſcribitur . hinc Cacodæmon naturæ humanæ hoſtis primo parēti noſtro/
quæ erāt inuidenda uafre ſubripuit.prolapſus enim ea beatitudine/& amiſ/
ſo eo bono/quo excellebat/minorem ſe humanitate illius cognouit.ſic miſer
Caym in fratricidium corruit/deſpectoq; ad aras ſuo ſacriſicio alterū præla/
tum ſibi infremuit.ille Eſau amiſſa primogeniti gratia in excidium fratris a/
nimum armauit.inuidia fuit/& atrox illa triſticia qua Iacobi filii Ioſephū cō/
citati Hiſmaelitis uendiderunt cognito eius reuelationis miſterio,ne is meli/
or aliis fieret/eius creſcētibus uirtutibus obuiare conati ſunt.Saul Rex quē
arma exterarū gentiū uincere non potuere/cognita Dauid uirtute ab inuidia
depreſſus eſt.ideo ſe minorem fecit.Iccirco uere a ſapientibus dictum eſt.in/
uidiā nō alios occidere/q̄ paruulos.neq; tamen reor inuidiam idem fore cum
odio.nō enim illa humanum genus excedit.cum hominibus negocium hæc
habet.inuidet frater fratri/ſocius ſocio/& in prouerbio apud Ariſto . figulus
figulo.odium autem ad alia animalia/q̄ quæ rationis ſunt capacia.nā de Egi
to & Achantide inimicis auibus apud egregios auctores ſcriptū eſt/q; eo/
rum cruor quum interfecti ſunt commiſceri non poteſt.ſic odium latius pa/
tet q̄ inuidia.Piſon enim & Epimantus & Thimon/ qui Miſanthropos di/
ctus eſt/omnes homines odio habebant.Moriens Thimon ſepulchro iuſſit
inſcribi duo carmina.Hic ſum poſt inopem uitam/miſeramq; ſepult⁹.nomē
nō quæras.Dii te lector male pdant.mitto Marcum Antonium qui poſtq̄ p
fligatus ē ab Auguſto/uſq; adeo puectus in odium eſt/ut Thimonium in
ſeceſſu īſtituerit.& ut a magnis poetis memoriæ proditum eſt/Ethcocles &
Polynices dum uitam uixerit acerrimi inimici/in rogo iacentes atrox adhuc
odium retinent.quod tantū apud inferos potuit ut nunq̄ in eo rogo fumi cō
miſceri potuerint.profecto diffundit ſe latius odium,ita enim multa anima/
lia inter ſe odio certant.Aquilæ & Dracones/Cornices & noctuæ/leones &
galli/Elephantes & Apri.ſed hæc duo cor hoim ulcerantia ex timore plerū/
q; emanant.quod enim timent homines manifeſte oderunt.Ideo pleriq; ſapi
entum amorem & odium naturalia exiſtere putant.nam quoſdam odimus/
quos nunq̄ læſiſſe nos cognouimus.quoſdam etiam amamus/quos iuuiſſe
nunq̄ percepimus.ideo differre ab inuidia eruditiores putant/q; ſine crimi/
ne odiſſe malos putatur/inuiſiſſe non licet.Ideo dixit ille magnus uates.Ini/
quos odio habui.Illud quoq; nec præteriiſſe fas eſt/quod magnitudo uitio
rum auget odium.quæ res non auget inuidiam. fœlicitates quoq; inuidiam
compeſcunt/ odium uero non.nec alibi maiorem indicē hæc res nobis præ/
ſtare poteſt/q̄ ea conditio/quæ ante paucis annis Sereniſſimū meum princi
pem Franciſcum ſecundum Sfortiam pluribus inuidentibus uexauit. ſed in
uicto prudentiæ ſcuto tutatus hoſtibus & inſidiis quaq; parte depreſſis im/
perium ſui ſtatus mira tranquillitate cum mira omnium beniuolentia guber
nat.atq; ne qua liuor ocultus dentem acuat/tanta in rebus omnibus utitur
manſuetudine/humanitate/modeſtia/ut ſi quis ſit/qui in eum/ uirtutemq;
excelſam liuore tentet/inſpecto uitæ pulcherrimæ inſtituto omnem depōat
inuidiam & undiq; ſe expoliet odio,ſapientiſſime namq; ad euitandam plu/
rimorum maleuolētiam unicuiq; occurrit gratus/beneficus/ officioſus/atq;

ea probitate

Cacodæmō hois hoſtis.
Caym i fratricidium.
Eſau fratrē.
Ioſephum fratres.
Hiſmaelitæ.
Saul rex.
Dauid uirt⁹
Inuidia paruulos.
Inuidia cū odio.
Inuidia cū hominibus.
Frater inuidet fratri.
Odium īter animalia.
Egiti & achātidis cruor.
Odium latiuſq̄ inuidia.
Piſon.
Epimantus.
Thimon.
Thimonis epitaphium.
Auguſti & marci antonii odium.
Thimoniū inſtituit.
Ethcocles & polycines inimici.
Odium ſe latius.
Odio quæ animalia certant.
Homīes qd timent.
Sapientia amor & odium.
Odimus & amamus.
Odium ab inuidia differt.
Odiſſe malos.
Odium auget.
Odium cōpeſcunt.
Frāciſcus.ii.

ea probitate conſpicuus/ut nihil dicat faciatq; ſine maximo æq̄tatis & mo/
deſtiæ exemplo.omnia ſolet ad iudicium Dei referre.ita ſane eſt Priceps.Ita
Mediolani nō ſolum Inſubriæ imperium ornatiſſime tenet/ſed Italiæ totius
cūcta ſuo arbitrio tractat.tam manſuetus in omni actione conſpicitur/ut me
diocrem & uoluntariam paupertatem aſſumpſiſſe uideatur.fugit illud præ/
cipue rerum omnium oſtentationem/ut inuidiam quaq; parte proſcindat.fu
git apparatum coram hominibus & inſolentem luxum/nec inani ſtudio glo
riam inquirit/uelut iam habeat illud Socraticum pro explorato.inuidiam ſe
qui gloriam/ſicut ſolis radios umbram.hinc eſt q̄d omnibus apparet amabi
lis/quia in uirtute in fortunis amplis arrogantia & ſuperbia non utitur.obſer
uatorem(ut puto)adagii illius in apologo Eſopi excogitati.q̄d Oratius per
belle ſibi aſciuit.iam tacite paſci ſi ſciret Coruus/haberet plus dapis/īuidiæ
q̄ minus.quam rem ſcribit Elianus multos magnos proceres obſeruaſſe/q
rerum geſtarum gloria florentes quum non poſſent ex æquo cum cæteris ui
uere/ad declinandam inuidiā/atq; ut liberius uictitarēt a magiſtratiſtus alie
ni & extra patriam ſponte agebāt/ut Iphicrates in Thracia/Conō in Cypro
Timotheus i Leſbo/Cabrias in Aegypto/Cares i Sygeo.ipſe quoq; magn⁹
Pompeius poſt triumphos magnos & īmortalia geſta & imperia liberius ſe
domi/aut ruri continebat raro in publico conſpectus/qui in imperii celſitu/
dine facilis ante omnium ora uerſabatur.ſic qui inuidiam crudelem beſtiam
euitare cupiunt/facere annituntur.quod mirum aliis Sereniſ.princeps uide/
ri non debet/ſi æquo ad Ouilias meas diuerti libentius/ubi inuidorum om/
nium ſecluſo oculo tranquilitatem per has meas compillationes nanciſcor.
Ideo hanc opellam tuæ celſitudini Sereniſſimæ mi Princeps de inuidia con
ſcripſi/quoniam expertus ſum quantis te inſidiis improbus liuor olim circū
ſedit.ſed uoti compos factus omnibus ꝓſciſis liuoribus gratias Deo immor
tali agis.atq; eodem exemplo ego obnoxius hæc addo/uelut appendicē ad
uirginem intemeratā/quæ te/quæ me morſibus inuidiæ tutata ē.& hoc uo
lui dicare Sereniſſimæ conſorti tuæ.

Inuidiam ꝓſcindit.
Inuidia ſequitur gloriam.
Eſopi adagium.
Coruus inuidus.
Elianus.
Inuidiam ut declinemus.
Iphicrates in thracia.
Conon i cypro.
Thimotheuſ in leſbo.
Cabrias in ægypto.
Cares in ſygeo.
Pompeius magnus.
Inuidia crudelis beſtia.
Inuidiā qui vitare.
Perbonus ad ouilias.
Dux & ꝓbonus ab inuidia.
Virgo intemerata.

F I N I S.

Illuſtriſſimae Ducíſſae Mediolani Chriſtiernae Hieronymus Perbonus Marchio Inciſae Seruus Foelicitatem.

VOTo mihi uenit optatiſſimo ſereniſſima Chriſtierna/ Chriſtierna
qđ Deus immortalis ita euenire uoluerit/ ut tua maie ducíſſa.
ſtas/tua Excellẽtía ſit cæleſti cõſilio decreta pro prin
cipe noſtro Sereniſſimo Frãciſco Sfortia Secũdo ma
trimonio/& ſactis nuptiis deſtinata. nihil potuit gra/
tius e cælo noſtræ patriæ illabi.nihil potuimus his tẽ
poribus maius inter mortalia hæc deſyderare q̃ id ip̃m.
qđ hoc tpe euenit. fœlix pr̃ia hæc noſtra.fœlices erũt
urbes/fœlices populi/fœlix Mediolanũ qđ tantã intra ſua mœnia ſit habitu Mediolanũ. fœlix.
rũ dominã.repellent cũcti hac tam diuina lætitia/qua modo affecti ſumus/
omnẽ mœrorem/qui per elapſos annos crudeliſſime Inſubriã uexauit. Nõ
erit ꝙ quiſq̃ audeat amplius de iniqua cõqueri fortuna.illucebũt ꝑ aduẽtũ
tuũ dies albis ſignandi lapillis.portabis tecũ omne bonũ/omnem fœlicita/ Fortuna iniqua.
tẽ/omnẽ ꝓpriam noſtrã gratiã. Et infortunia quæ tantoꝑe furore bellico to Dies albo lapillo.
tã Italiam flagellarũt/hoc tuo ſancto matrimonio recedẽt.pro bello te auſpi
ce pacẽ habebimus.ꝓ rerũ penuria te uolente omnium copia affluet.pro Mala conuertentur.
luctu gaudiũ te uolẽte poſſidebimus.o fœlix patria q̃ tale & tãtũ cõſequuta Vitꝰ ſancta
eſt patrocinium. ſancta uirtus tua/& uera Datiæ familiæ nobilitas in Italia Datiæ nobilitas.
multo ſplẽdidior emicabit.erũt tũc tuæ excelſæ uirtutes cognitæ.a te noſtræ
matronæ/omniſq; ætas capient uiuendi normam. præibit tua caſtiſſima &
integerrima uita ante oculos uelut Luciđiſſimum ſydus. non erit quiſpiam
qui te in conſpectu omnium reſidente audeat quicq̃ committere quod ſce/
lus redoleat.eris nobis uera regina uirtutum.fulgebit omnibus ſpectãtibus
tuum/quod geris ſacrum nomen uera patriæ noſtræ Chriſtierna. nihil ſane
diminues ex hac nominis excellentia.beatum efficies nobis ſæculum.beatꝰ Nomẽ ſacrũ Chriſtierna.
erit noſter humaniſſimus princeps/qui te ſortitus eſt ad dilectiſſimum am/
plexum.unde ſperamus uenturam fœlicem & pulcherrimam prolem quæ
toto refulgebit orbe.Hæc in noſtris nos O uiliis fauemus. uota hæc a diis
imortalibus citamus precibus.quod quum unica ſis uirtute lux nobis/ nec
moribus/nec uitæ integritate/nec ſtudio iuſticiæ & ſapiẽtiæ parẽ habeas/ Virgo deipara.
Libellum quem his diebus de uirgine deipara compoſuimus/tuæ excellen
tiæ dedicamus/ut illa dea/quã tãtoꝑe colimus/amamus/deſideramus/tuũ
ſubſequatur nomen.quod fauſtum fœlixq; ſit/& tua ſit fortunatiſſima uita.
ſimulq; cum Principe noſtro Neſtoreos uiuas annos.Ex Ouiliis.

Liber

De laudibus Jmmaculatae Uirginis Deiparae Hieronymi Perboni Marchio. Jncisae Et Ouil. Dñi Libellus.

Virgo deipara.
Pelagus deuorans.
Inuidiæ mõſtra.
Circes.

AD tuũ cõfugio p̄ſidiũ uirgo deipara/& uelut iuidiæ nau
fragio erept9 añ tuas ſacratiſſimas ædes ſtatuo & appo/
no hãc cũ eulogio tabellã.uoui & euaſi deuorãtis pelagi
minas & iuidiæ mõſtra latrãtia Circes.tu mihi quacũq; pe
riclitãti iuidiæ rabiæ manũ porrexiſti ſapientiſſima. neq;
fas eſt me tãta bñficia ſilẽtio tacere.neq; ẽt ſi qcq̃ cupiã
tuarũ laudũ attigerĩ/ ualeã ſine tuo numie/ſine tua gratia
uirgo piẽtiſſima.ꝓinde hic añ tuos pedes ꝓſtratus cũ uxore mea amatiſſi/
ma/cũ filiis meis chariſſimis q̃leſcũq; poſſũ/refero gr̃as. ſcio qd piis oculis
nr̃am poti9 ſpectabis mẽtẽ/q̃ igenii uires.nõ.n.hũanæ liguæ potẽtia ẽt tuo

Virgo humanum genus.
Voluiſſe ſat.

rũ meritorũ gradũ primũ poterit laudib9 cõſequi.tua uirtutũ excel.& tãtus
bñficiorũ cumul9/qbus humanũ genus ornaſti/ſempq; ornas & ſuſtines/
oĩa p̄conia maximorũ uatũ lõge ſupat.ſed mihi ſat fuerit uoluiſſe. atq; hæc
tãtũ illa qbus me/meoſq; ab inuidiæ morſibus eripuiſti/tacere impiũ puto.
& ſi neſciã eloq/dicã & exprimã tñ quocũq; rudi calamo potero.mouet ani

Virgo ſupat

mũ deſideriũ/ſed reprimit tãti nũinis ſplẽdor.inanimat tñ imẽſa bõitas tua/
excelſa hũilitas/ q̃ cũctas ꝓphetarũ & oĩum ſanctorũ uirtutes ſupaſti.cui9

Perbon9 ab inuidia.

ſpe firmiſſime cõfido/ſicut p hæc tpa lapſa fret9 fuerã.neq; ꝓfecto nũc ico/
lumior cũ meis uiuerẽ ĩ hiſce Ouiliis/neq; huc tutã reportaſſem ab iuidiæ
dẽtib9 uitã ſine tuis opib9.illa.n.crudeliſſia rabies quocũq; prexeri/ꝓſecuta
ẽ.ſi aufugeri p̃riæ excidiũ/& uagat9 p uarias ſim regiões/hãc añ meos ocu

Inuidia ſcatet.
Perbonũ inuidi.
Inuidiæ occulta ſpicula
Virtute emergere.
Matrimoniũ ſacrum.
Virgo regina cæli.
Inuidiæ ſtilli cidia.
Filii theſauro chariores.
Perboni filii ad virtutes & ſtudia.
Tẽpora hæc infœlicia.
Perbonum lues inuidiæ.

los ſerpe repi.ubiq; hæc radix ſcatet iuidiæ.ſcis tu intemerata mr̃ quãtis me
uiis circũcixere inuidi.neq; obliuiſci licet ꝓpterea qd igratus utiq; eſſem añ
tuã maieſtatẽ ſi nõ tuæ p̄ſentaneæ opis fuero ſemp memor.erã olĩ adoleſcẽs
& cũ æq̃lib9 meis cõuerſabar.& ab occultis iuidiæ ſpiculis ñ poterã p̄cauerĩ.
ſi qcq̃ qd uirtutis inueret ſpeciẽ/ex me tẽtarẽ/illico q morderẽt/ q moleſtiã
facerẽt/a laterĩ apparebãt.ſi ĩ publicis academiis nauarẽ opam adipiſcẽdis ſa
piẽtiæ p̄ceptis/erãt liuore pleni/q aĩum diuerterẽt meũ/& ad uanitates meũ
diſtorquerẽt greſſũ. quoties conarer e tenebris ad aliquã uirtutẽ emergere/
toties maleuolẽtũ liuorĩ pũgebar.acceſſit maior ætas/& nũine tuo ſpirãte ad
ſacras & ĩextiguibiles mr̃imonii faces aĩum applicui/ſortit9 ſum te uolẽte re
gia cæli thalamũ ſecũdũ cordis mei deſideriũ.& ſẽſi quaq; pte iuidiæ ſtillici
cidia.ꝓceſſere uota ꝓ creãdis filiis/& te uolẽte fœlici9 habui q̃ ſi igẽtes repe
riſſẽ theſauros.nata ꝓles tuo filio/& tui filii p̃re/& diuino ſpiritu uolẽte/ita
ad uirtutes & ad uirtutũ ſtudia eſt ꝓ me directa/ut qd de his uolui/p gr̃a a
te acceperi.ſed neq; ſine magno & ingenti labore ab inuidiæ urentibus lin/
guis ſemper defendimus.uenere per hæc infœlicia tempora bellorum mo/
tus.ſcis tu Dea immortalis quanta nobis emerſerit lues inuidiæ.ſi iuſtas ſe/
quuti ſumus partes/ſi principẽ meum humaniſſimũ Franciſcum Sforciam

ſecundum

ſecũdũ per mõtes per aſpera montiũ oĩbus relictis/amauimus/colúmus/
obſeruauimus/& in tanto noſtro officio illæ/ quæ me meoſq; petiebant inui
diæ/quæ tãto impetu furoreq; undiq; agreſſæ ſunt/ uiuũ deuoraſſent/ niſi
tu Regina cæli tuo numine deiectis ſuccurriſſes.& poſtq̃ te uolẽte tuaq; im
pellẽte gratia ad patrios lares ſumus reuerſi/qd cõtra nos nõ tẽtauit íuidia?
tot lites/tot iurgia/tot íſidiæ doliq; ſupuenere/ut nihil peiꝰ durinſq; paſſus
ſim/q̃ qd iniqua mihi ſtruxerit íuidia.dũ pacata ſector/ dũ meæ familiæ cõ
pono qetẽ/dũ filios ad legũ opoſa pabula impello/dũ opes ꝓ uita ducẽda
reſeruo/dũ pricipi meo obſeqa pſto/dũ antiqua mea iura defendo/& ad ci/
uilẽ uitã cũcta mediocriter colo/me miſerũ quãtæ íuidorũ cateruæ ſupcilia
íſtruxere? quãti latrãtiũ canũ obſtrepuere impetꝰ? nos tãtis íuidorũ telis pe
titi ad tuũ numẽ accurrimꝰ Regina pientiſſima/te ꝓ nr̃o clypeo habuimꝰ/
te ꝓ ſumma tenuimus arce.nec noſtratia alio defendimꝰ numine/q̃ í tui no
minis ſigno.multa ꝑpeſſi ſumus/multaq; patimur q̃ humana lígua exprimi
nõ poſſunt.ſcis tu dea/& ex alto uides í quãtis fluctibus agitati ob inuidiæ
ſpicula uix emergimꝰ.noſti utiq; quãtũ inuidia põt/q̃ nõ ſolũ terreſtria ſed
quãdoq; cæli limẽ pulſauit/& infecit.nõ ne ille imẽſus & uaſtꝰ miniſter mo
tus nõ alio ſtudio q̃ liuore/erexit caput cõtra altiſſimũ/& minatꝰ eſt ponere
ſedẽ in Aquilone? unã hæc tãta temeritas? niſi qd íuidia correptus qa uidit
pſonã tui dilectiſſimi filii humanandã/ne illi ſubiiceret/inuidia exarſit. un/
de merito cũ deprauatis aſſeclis deiectus eſt in ꝓfundum terræ.ſcis Dea im
mortalis & cæli Regina quãtũ íuidia in terris patrauit.frater occidit fratrem
q; alter ſacrificio litarit/alter deſpectus ſit.unde per inuidiã tellus inoccenti
ſanguine maduit.ſcis quãta í furorẽ euenere inuidia Iacob filii in innocẽtem
Ioſephũ.neq; nr̃o opus ꝓfatu/quãtũ tibi lachrymarũ hauſit crudelis íuidia
quũ dilectiſſimũ filiũ tuũ inuidi ꝓceres ad piaculũ crucis cõdẽnauere.nõ
eſt quiſq̃ alius/neq; humana mẽs q̃ magis íuidiæ acerbitates paſſa ſit/q̃ tua.
tu regina cæli/tu lux mũdi/tu maior q̃ ſol/q̃ Luna/q̃ cætera matutina aſtra/
tu illa ſane q̃ anq̃ abiſſi erãt/cõcepta fuiſti/& ante ſæcula eluxiſti in æterno
gremio.tu q̃ maior angelis & cæleſti altior hierarchia/q̃ uno cõſenſu merui/
ſti oĩum gratiatum & donorũ & uirtutũ plenitudinẽ & fœcunditatẽ in uir/
ginitate/& maternitatẽ unigeniti filii Dei.tu q̃ fuiſti ſingulare indiuiniũ.q; ſi
nõ í natura/í gratia tñ & gloria oẽs angelos & cæleſtia dona dignitate ſu/
paſti/& tñ auſa eſt íuidia mordere & dẽtes luridos in tãtũ fulminare numẽ.
Ideo piẽtiſſima mater & gratiarũ Dea me ab iuuidiæ Latrociniis ꝓtexiſti.
Nec res alia potuit me defendere e tãto inuidiæ uſtu q̃ Mariæ glorioſæ gr̃a.
eſt ímortalis Dea q̃ ꝓ tãta/& imẽſa humilitate tãtũ altiſſimo placuit/ ut pro
pter eã ſolã reſeruatũ ſit í eſſe humanũ genus.parẽtes .n.noſtri primarii ob
trãſgreſſionis imprudẽtiã anichilationis exterminiũ ſubiiſſent/ niſi Mariæ
uitalis uita obſtitiſſet.diuina.n.ultio reſpectũ nõ nouit pſonarũ.ſicut Ange
licã labẽ e cælo explodit & lapſum caſtigauit/ita humanũ genꝰ nõ reliquiſ
ſet inpunitũ.deleuiſſet utiq; e rerũ exiſtẽtia.ſed ꝓpter uirginis ímaculatæ re
rẽtiã reſeruati ſũt ꝓthoplaſti.ꝓpterea q; dea hæc erat abſcõſa í Adæ lumbis
ſecundum tationẽ ſeminalẽ.& quia de tanta matre erat naſciturus Chriſtus

Perbonꝰ ſem per ſequutus ducem.
Virginis gratia in patriã.
Perbonũ domi inuidia.
Perboni filii ad leges.
Vita ciuilis.
Inuidorum cateruæ.
Latrantium impetus.
Virgo regina pientiſſima.
Perbonꝰ ſub clypeo virginis.
Inuidiæ ſpicula.
Inuidia quãtum poteſt.
Inuidia cælũ infecit.
Liuore motꝰ dæmon.
Chriſtus humanandus.
Virgo dea immortalis.
Inuidia í terris quantum.
Caym fratrem.
Iacob filii.
Ioſephꝰ innocens.
Virginẽ piam inuidia.
crucis ad piaculum.
virgo lux mũdi paſſa.
Virgo maior q̃ ſol &.
Virgo ante ſæcula.
Virgo altior hierarchia.
Virgo gratiarum & virtutum plena.
Virgo fœcũda.
Virgo gratia & gloria ſuperauit.
Virgo dignitate cæleſtia.

ſumpturus de eo reſeruato ſanguine corpus immaculatū in uirginē trāſpoſi
to/ideo propter tam nobilē/tam excelſam matrē Deus primos præſeruauit
patentes/& abſoluit de tranſgreſſione/ſicut Noe de diluuio/& Abraam de
cæde regum/& Iſach de immolatione/& Ioſephum de Hiſmaelitis/& Po/
pulū Iudaicū de manu Pharaonis/& de Mari rubro de Nabuchodonoſor/
& de captiuitate Babilonica/& Dauid de Leone & Golia/& de Saul iſidiis.
quæ omnia Deus immortalis ſupēdit his & illis parcēdo/hos & illos conſer
uando ob amorē huius cæleſtis Deæ. Ipſi quoq; cæli accolæ/poſtq̄ in eo me
morabili prælio contra dæmones uictoriā adepti ſunt/non maius habuere
gaudium uicto hoſte/q̄ ex eo quod cognouere ex gratia/& infuſione diuini
numinis Chriſtum incarnandū d hac uirgine naſciturum. ſumus ergo per te
Dea. & quicquid humanū habet genus in te referre acceptū potuit. Icciteo
putandum eſt uirginem hanc puriſſimam/cæleſtiſſimā/dilectiſſimā a tuo
numine cōceptā fuiſſe ſine labe originali/quæ infectio eſt quædā in anima
ex ea unione ad carnem diffuſa. Nam caro huiuſce concupiſcentia ſemi/
nata continuo/& continuo retinet. ſicut corpus quod ueſtit ſordido ueſti/
mento inquinatur/ſic ſpiritus rationalis qui induitur corpore infecto per cō
cupiſcentiā genito dicit maculari. Hinc illud in ueteri teſtamento ſchema q̄
lex, poſita erat Leuitici/ut quiſq; ſuccederet domū lepra infectā/efficeret in
mundus. ſic anima/ex eo qd exit extra humanū corpus/quaſi domiciliū le/
proſum efficitur ſtatim inmūda. quāobrē huiuſce ab origine malū contrahi
omnibus cōpetit propter primi parētis lapſum/& propter decretū diuinū/
libere obligans filios Adæ ad pœnam damni pro patrato ſcelere. qua ratio/
ne uirgo quātum de ſe erat/ex conditione naturæ/erat apta nata contrahere
peccatum originale. ſed illud non contraxit ex priuilegio priuatim conceſſo.
ſic Chriſtū nō contraxiſſe dicimus labem illā per naturā. uirginē uero p gra
tiā. & q̄uis uirgo ab initio ſanctior facta ſit & præſeruata ab hac fluuida labe
quatenus ad maculā perſonalē ſpectat/nō tamē fuit ab humano reatu exē
pta/quo tota natura tenebat obnoxia. ideo Chriſt⁹ mori uoluit/ut dea hæc
nō alio prius tranſmigraret q̄ in cælum. prius in hac formanda laborauit illa
Dei ſapiētia/q̄ in totius emanatione mundi. facta eius anima rationali cum
corpore/ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus. & poſtq̄ tam candidū ſibi
domicilium parauit/nō potuit uox diuina tacere/quin intonuerit. tota pul/
chra es amica mea/& macula non eſt in te. Ideo Salomon in libro regum di
cit feciſſe ſibi Thronū de ebore grande/& ueſtiuit eū auro puriſſimo/& ha
buit ſex gradus. & ſummitas eius erat rotunda/& duæ manus erant tenen
tes hinc inde/& duo Leones erant iuxta manus & duodecim Leonculi. qa
Salomon ideſt Chriſtus uirginē elegit de ebore caſtitatis/& charitatis auro.
quæ tranſegit ſex ordines ſanctorū Angelorū/Prophetarū/Apoſtolorum/
Martirū/Confeſſorū/& uirginū. & illi ſummitas erat rotunda/qa profecta
erat/& i ea duo Leones/duo teſtamēta/& duodecim articuli elucebāt. Ideo
bene diuus Hieronym⁹ dixit. Quid nobilius/qd ab æterno ſanctius ma/
tre domini? qd ſplēdidius q̄ illa/quā ſplēdor elegit/& candor lucis æternæ
ab æterno p̄deſtinauit? hæc ēt Dauid p̄uidit in ſpiritu/quū dixit/ Thronus
eius

Maria nobilis.
Maria mater excelſa.
Maria quod eua.
Noē de diluuio.
Abraam de cæde regum.
Iſaach de imolatione.
Iudaicus populus de
Dauit de.
Deus ob cæleſtē virginē.
Victoria contra dæmones
Christus de virgine.
Humanum genus q̄qd.
Virgo ſine labe originali.
Labes originalis eſt.
Corpus inq̄natur.
Animus maculatur.
Schema.
Lepra infect⁹.
Peccatum originale omnibus.
Adæ filii ad pœnam.
Maria ex cōditione naturæ.
Maria exempta per priuilegium.
Christus exēptus per naturam.
Virgo ab humano reatu.
Deus in formanda virgine.
Maria ſāctificata.
Maria tota pulchra.
Salomon de virgine.
Rotundū p̄fectum.

eius ſicut ſol in conſpectu meo.tanta tibi inerat pulchritudo Regina cæli/ ut auſus ſit diuus Ambroſius tuus ſeruus dicere de te/quod nullus te aſpiceret/qui idem non uehemẽter amaret/& quod nemo te amauit concupiſcibiliter/quia intuentiũ omnium concupiſcentias extinguebas.Ideo cedro cõparata/quia ſicut cedrus odore ſerpẽtes interficit/ſic cãdida Mariæ uirginitas illecebras carnis deſpiciebat.& ſi humilis & uirgo pia/ fuit tamen tantæ excelſæ nobilitatis/ut cunctos mortales generoſo ſuperauerit ſtemmate.traxit enim originẽ a quatuordecim patriarchis/ a quatuordecim Regibus/a quatuordecim Ducibus.Et quod ſuperat omniũ uiuentiũ natales/fuit mater Chriſti.& Chriſtus omnẽ nobilitatẽ a matre ſecundũ carnẽ accepit.Ideo in tẽplis per totum orbẽ de te ſiſtema canitur.Natiuitas tua ex ſemine Hebrææ.orta eſt de tribu Iuda.clara ex ſtirpe Dauid regali ex ꝓgenie Maria exorta refulget.Et quod omne mortale ingeniũ ſuperat/in ea incarnatio Chriſti uere ineffabilis.nec unq̃ nata eſt tam magna Regina quæ meruerit habere paranymphũ Angelũ.tota cæleſtis Hierarchia in conſultationẽ deſcendit quem potiſſimũ conſtitueret/qui merito tanta Legatione ad Mariã fungeretur.poſtremo decretũ eſt ut omniũ Angelorum excellentiſſimus Gabriel ad Mariã ueniret nuntians filii altiſſimi incarnationem.uenit ergo Gabriel fortitudo Dei.ſane per fortitudinẽ Dei nuntiandũ erat/quia uirtutũ domin⁹/ & potens in prælio ad debellandas aereas poteſtates ueniebat. uenit ergo ad te paranymphus magnus Chriſti/ non patriarcha/nõ propheta aliquis/non Rex/nõ prĩceps.ſed Gabriel Archãgelus facie rutilãs/ueſte coruſcans. neq; enim ĩmortalis Deus ſine cõſenſu tantæ Virginis filiũ ad ſumendũ ex eius ſanguine corpus mittere uoluit.Cæli cuncti/ſtellæ/angeli/ & Archangeli/ elementa/& homines/& natura/& quicquid dici poteſt in rerum cõplexu/ cuncta gauiſa ſunt/quũ tu Regina cæli dixiſti ad ſalutationẽ labẽtis e cælo angeli.Ecce ancilla domini/fiat mihi ſecundũ uerbum tuũ.tunc in te Maria tota Trinitas habitauit.omnis ſapientia & gratia uirtutũ inte domiciliũ conſtituit. & tanto immenſo & inextimabili aucta dono adhuc tu uirgo humilitatem colebas/conſeruabaſq;.tecũ omnia hæc in corde tuo ſemper/ & in omnibus modeſta/uerecundaq;/quum ſcires tamen ex te ſolem iuſticiæ oriturũ eſſe/ in te omnẽ gratiæ plenitudinẽ/reconciliationem hominum cum Deo/mortis deſtructionem/& uitæ reparationem.ſtupuit inde natura de tãta filii Dei cõceptione/quæ in inſtanti eluxit uirtute diuina/quæ infinita eſt. Propterea qđ illico cõuerſio facta eſt ſanguinis uirginis in corpus Chriſti/ & formatio membrorũ & animatio corporis/& aſſumptio corporis & animæ cũ diuinitate ita/ut in eodẽ inſtanti ſit inuentus Chriſtus in uentre uirgineo uerus homo/ & uerus Deus. O admirabile opificiũ/o inextimabilis Mariæ potentia.potuit Deus generare non niſi Deũ.at uirgo potuit & Deũ & hominẽ cõcipere.Deus non potuit generare niſi infinitũ/ immortalẽ/ & æternum/inſenſibilẽ/inuiſibilẽ/impalpabilẽ ſub forma Dei.ſed uirgo fecit eũ finitũ/mortalẽ/mendicũ/temporalẽ/palpabilẽ/ſenſibilẽ/ uiſibilem ſub forma ſerui/ſuppoſitũ ſub natura creata.hæc omnia per te habemus uirgo glorioſa.gaudere põt humanũ genus de tanta piẽtiſſima matre/ cuius bene

Ambroſius de uirgine.
Maria concupiſcentias.
Cedrus ſerpẽtes.
Mariæ virginitas.
Mariæ ſtemma.
Maria mater chriſti.
Chriſt⁹ a matre.
Siſtema.
Maria ex regali ꝓgenie.
Maria angelũ paranymphum.
Gabriel excellentiſſim⁹ angelorum.
Gabriel ad mariam.
Gabriel fortitudo dei.
Deus potens virtutum dominus.
Gabriel archangelus.
Ancilla domini.
Trinitas in maria.
Virgo humilis.
Iuſticiæ ſol ex maria &.
Bona ex maria.
Conceptio Dei filii.
Natura ſtupuit.
Virtus dei infinita.
Virginis ſanguis i chriſtũ
Chriſtus verus deus & homo.
Mariæ potẽtia inextimabilis.
Virgo fecit.
Chriſtus ſub natura creata.

ficio/iã uia atritta eſt ad excelſam paradyſi aulam.proinde nõ potuit ſalubri
bius quicquã humano generi de cælo offerri/ q̃ Chriſti incarnatio. Homo
abiectus & excluſus a cæleſtibus ædibus per exilia longa moriẽs potuit per
uirginis conſenſum/per illam immẽſam humilitatẽ ad ſuũ reuerti auctorẽ.
Vere humani generis portus/uere tu uirgo p̃ſidium indeficiens/uere uirgo
a Prophetis prænunciata/a Patriarchis uario enigmate/& figuris præli//
gnata/ab euangeliſtis exhibita & monſtrata/ab angelo uenerabiliter atq; of
ficioſiſſime ſalutata . ut eccleſiaſticũ illud in/te exactiſſime cadere põt. Ego
mater pulchræ dilectionis/& magnitudinis/& ſanctæ ſpei.in me omnis uita
& ueritas/in me omnis uita & uirtus.tranſite ad me omnes qui cõcupiſcitis
me/& a generationibus meis ad implemini. ſpiritus enim meus ſuper mel
dulcis/& hæreditas mea ſuper mel & fauũ.igitur q̃bus Laudibus te lingua
humana poſcit referre/profecto non habet uirgo puriſſima/cuius uita lucẽ
dedit ſæculo.cuius gratia ſcelerũ tenebras fugamus.tua natiuitas gaudium
in uniuerſo mundo dedit.uere flos campi/ortus de quo proceſſit Liliũ cõual
liũ.nunq̃ ſalus in mundo extitit/niſi quum peperit Maria eum/qui in te ue/
lut in ſole tabernaculum poſuit.feciſti filium Dei hominem/ut filius homi/
nis fieret Deus.quũ e cælo dilecta dea ueniſti in terram/tunc omnes cœpe/
re tuũ ſentire numẽ.tunc omnes in te certa ſpe ſua impleuere uota.e tuo lar
giſſimo pietatis fonte omnes hauriunt ad plenum.a te uirgo in bello auxiliũ
petunt/& in Mari fluctuanti.te Maris ſtellã/te fulgentiſſimũ ſydus appel/
lant.ſi ſors captiuos habet/ad te cõuerſis nodos diſſoluis.languentibus opẽ
affers.iacẽtes cõſolaris.ſceleribus inuolutos ſi ad te recurrant & doleant/ue
niam condonas.iuſti a te præmia & coronam accipiunt.iniuſti miſericordiã.
ipſi quoq; accolæ cæli ſi maiori ſe uolunt hauſtu leticiæ repleri tuum ſplen
dorem ſpectant. gratiæ itaq; omnes per tuas manus uirgo prudentiſſima
mortalibus diffunduntur . ipſe filius tuus dilectiſſimus ſol ſupra cælos
quem in terra uoluit uideri/non aliud carnis indumentum ſuſcepit q̃ tuum.
non mirum ſi oculis mortalium præcedis quaſi aurora / quaſi candida Lu/
na / quia ubi præſentaneum tuum numen adeſt / diſſimulat profecto pater
cæleſtis eſſe Deum / diſſimulat filius / diſſi mulat ſpiritus Sanctus / ut te
potius mortales colant./ & tuam humilitatem Deam factam uenerentur/
tibiq; confidant . fluerent omnes deſperatione ſui tot & tantis cumulati ſce
leribus/ niſi te tantum humani generis patrocinium haberemus.tu patrona
certiſſima. tu uera noſtris medicina lango ribus.tu uerum afflictis leuamen.
tu laborantibus præmium. nemo deſperet quantumcunq; a rectitudine
deuius / ſi huius reginæ ſit memor / in qua uelut in publico theatro in con
ſpectu mortalium oſtendit ſummus Deus ſuæ potentiæ per miracula
infinitum uigorem . ſi quid a primordio mundi editum eſt miraculoſe/
ad Mariæ totum radios referri debet. ſtupuere patres olim quum Deus
uolebat ſupra naturam miracula ſpectari/& neſciebant quia erant hæc
præludia ad Virginis tantæ/& tantæ Deæ futuros natales. mirum non
eſt ſi Moiſi monſtratum eſt rubum ardere ſine igne / & Aaronis uir//
gam florere ſine uiridi / & Gedeonis uellus rore ſolũ madeſcere/ & tellurem

madidam

Mariæ beneficio.
Chriſti q̃ incarnatio.
Homo excluſus.
Virginis conſenſus.
Virgo eſt.
Virgo prænũciata.
Virgo ſalutata.
Maria mater pulchræ dilectionis.
Mariæ cũctæ virtutes.
Mariæ ſpirit⁹ dulcis.
Mariæ hæreditas ſup mel
Mariã laudate.
Maria puriſſima.
Virginis gratia.
Virginis natiuitas.
Maria flos campi.
Maria ſalutẽ peperit.
Hoĩm filiꝰ deus.
Maria e cælo
Maria omnibus auxiliatrix.
Maria ſydus fulgentiſſimũ
Gratiæ per virginem.
Chriſtus ſup cælos.
Maria vt aurora.
Virgo vt luna.
Mariam vult trinitas adorari.
Virgine ſine homines.
Virgo noſtrũ patrocinium
Virgo patrona.

madidam fieri ſicco uellere. Hæc eſt illa quam uidit Salomon fortem & con
ſtantem mulierē. hæc eſt illa Ezechielis porta/quæ erat clauſa & non aperie
batur/& dominus ſolus ingreſſus eſt per eam. hæc eſt ille lapis Danieli ab
ſciſus de monte ſine manibus. hoc eſt illud ſignum Iſaiæ/quod depræn ſum
eſt intra uirginea uiſcera altiſſimum numen ſe inſeruiſſe. Proinde cecinit ille
cæleſtis Cytharedus a domino/eſſe factū/& eſſe mirabile in oculis noſtris.
Confide miſer peccator ſi tantam nanciſceris patronam, nam ſi Dei iuſticia
te expellit/miſericordia uirginis te recipit. ille enim dilectiſſimus Mariæ fi/
lius humanā redempturus gentem totum pretiū coadunauit in Maria/cui
non ſat fuit contuliſſe in carne puritatis candorem/in opere in extimabilem
pietatem/in corde omnē charitatē/ſed ſe uoluit totum infundi/totamq; diui
nitatem itra uteri clauſtra. Ideo omnes quotq; fuerunt/quotq; ſunt/quotq;
erunt ſancti Martyres & uirgines in cōparatione huius uirginis/habebunt
uelut arena exigua/& Lutum exiſtimabitur argentū. Propterea quod iextin
guibile eſt Lumen illius/& nunq̄ in futurum ſæculum deſinet. imo illa cun
cta ſæcula ſecū gerit/quum quē terra/quē cæli capere non poterāt/ſuo gre
mio portauit. hæc eſt quā uidit ille amictam ſole habere ſub pedibus Lunā.
maior profecto/& altior/& capacior Maria cælo eſt. nā & ſi ubiq; Deus im
mortalis ſit per eſſentiam/præſentiam/potentiam/tamen in cælo laudabilis
in una quaq; creatura mirabilis/in Angelis & in choro Seraphico deſidera/
bilis/quocūq; bono amabilis/in quocunq; malo tolerabilis/in ſe quoq; cō
præhenſibilis/in Maria tamē per carnis ſuſceptionē factus eſt uiſibilis. Ideo
quicquid eſt nihil Mariam coæquat. aut enim eſt ſupra ſe q̄ Deus eſt/aut in
fra ſe quod reliquū eſt. Alioquin quicquid alii per partes habuere/in Maria
totum integrū reluxit. nihil Mariæ uirtutum deſideratum/relictumq; extra
remanſit/quum Angelus plenitudinem gratiæ promiſſit. uicit fide Patriar/
charum chorum. ſuperauit ſpe prophetarum pectora. plus exarſit charitate
q̄ apoſtolorū mētes. ualidior ſtetit quā fortitudo Martyrum. plus contem/
platrix q̄ cæteri eccleſiæ ſapientes. plus uirgo/q̄ uirginitas. plus fœcunda q̄
fœcunditas. Ideo diuus Dionyſius uidens Mariam dixit. ſi nō diuinis literis
eſſem eruditus/& fidē nō haberē/aliud lumen nō crederē propter eius ſplē
dorem. ſane ex oculis exibat ſplēdor. tanta eſt Mariæ puritas/ut angelica di
gnitas nō uenire poſſit in eius cōparationem. putare poſſumus nequaq̄ ſu/
pra omnes choros angelorum euolaſſe, ſi eos puritate non tranſcendiſſet.
plus habet ꝑfecto q̄ intellectus humanus conſiderare poſſit. ꝙ ſis Angelo/
rū ſpeculū/Patriarcharū qāies/Prophetarū ueritas/Apoſtolorū ſapiētia/
Doctorū uaſculū/Martyrū ſolamē/Virginū uita/Beatorū limen/Regum
Reginarūq; corona/Peregrinorū theſaurus/pauperum nō fallax poſſeſſio/
errantium portus/uirtutum fontana emanatio/miraculorum & gratiarum
plenus canalis nemo ſane dubitat. & quanta ſis omniū bonitatū & fœlicita
tē plēitudo/ex eo dignoſci pōt. ſi ꝑ plateas deambulo/ſi ꝑ mōtes/ꝑ ualles/
ꝑ urbes/ꝑ rura/ubiq; ſunt q̄ tuū recolūt nomē/ubiq; tibi ſpectant ſublcua
tæ ædes/ubiq; pēdēt ſimulachra & imagunculæ/q̄bus ſignāter ſcimus quā
tæ tuo chriſtiano pelago mortalibus piclitātibus emanauere ſalutes. non eſt

Maria cōſtās & fortis.
virgo ezechielis porta.
Maria lapis ſine.
Virgo ſignū. Iſaiæ.
Dauid cæleſtis cytharedus.
Virgo mirabilis.
Peccator cōfide.
Virginis miſericordia.
Dei iuſticia.
Maria coadunauit.
Virginalis vteri clauſtra.
Sancti oēs quo ad virginem.
virginis lumē non deſinet.
virgo ſuo gremio.
Maria lunā ſub pedibus.
Maria cælo capacior.
Deus ſit.
Deus per virginē viſibilis.
Mariam nil æquat.
Supra ſe & infra ſe.
Maria totū.
Mariæ plenitudo gratiæ.
maria patriarchas.
Maria ꝓphetas.
Maria apoſtolos.
Maria martyres.
Maria q̄ virginitas q̄ fœcunditas.
Dionyſius de virgine.
Mariæ ſplendor.
Mariæ puritas.

Audacia ſine prudentia ſæpe peccat.
Præteritorum/præſentium/& futurorum diuerſa;
eſt ſcientia.
Moralis diſciplina omnibus eſt neceſſaria.
Inuidus plus ſibi/q̄ alteri nocens.
Cupit deus ut omnes boni ſimus.
Pudor/& magnanimitas nos bonos efficiunt.
Fortuna ſequitur uirtutem/non uirtus fortunam.
Sapiens eſt liber/diues/& fœlix.
Honor uirtuti debetur.
Honor alienum iudicium ſequitur.
Qui honorem negligit offendit uirtutem.
Fraus fraude truditur.
Ex officio agendum eſt.
Ciuili bello nil eſt funeſtius.
Italus exitium eſt italo.
Retrocedere turpiſſimum eſt.
Celeritas uim magnam habet/ni præceps.
Qualitercunq; ſeruanda eſt ciuitas.
Vafer ſiniſtra patiens non commouetur.
Orphania multa habet incommoda.
Terra parturit ſalutifera/& noxia.
Noxia producuntur/quia aliquando iuuant.
Dignitas/& fauor augent animum.
Finis uirtutis eſt gloria.
Ventri quod datur membris diſtribuitur.
Præcellere magis uirtute/q̄ potentia debemus.
Nec obſequio/nec cenſu eligatur ſenator.
Nec in diuinis/nec in ſenatu negociandum eſt.
Adulationes in uiro graui indecoræ.
Sedere ad principem ſenatorium eſt.
Bonus princeps negligit iniurias.
Vir/ſi uir/eſt amicus amici.
Suum quiſq; habet iudicium.
Si potentior iniuriatur/iniuriam facere uidetur.
Per ſeipſam non tuta probitas.
Pro beneficio habetur beneuolentia principis.
Melius eſt non uiuere/q̄ contemni.
Pars deterior in ſenatu ſæpe uincit.
Paucis carior eſt iuſticia/q̄ pecunia.
Vtilior pecunia/q̄ iuſticia malis.
Prauum ſæpe uincit conſilium.

Melius fuiſſet non acquirere / q̃ parta amittere.
Debita nunc parui fiunt.
Vrbs uenalis peritura eſt.
Etiam inimico eſurienti cibus dandus eſt.
Loquax tanq̃ urbs abſq; mutorum ambitu.
Calcar equo / flagellum ceruicoſæ mulieri.
Calcar / & flagellum mouent ignauum.
Inimico non eſt credendum.
Ignoramus craſtina quid pariat dies.
Stulti ira grauis.
Paternus amicus pro theſauro habetur.
Melior uicinus / q̃ frater abſens.
Ferrum ferro acuitur.
Arbitria principum pro legibus habentur.
Conuenit maiorum acta tueri.
Melior eſt cautus imperator / q̃ temerarius.
Sat cito eſt ſi bene eſt.
Spei opponitur metus.
Victoria ſimilis hamo aureo.
Fortuna non dat / nec eripit probitatem.
Sæpe pro uitio natura accuſatur.
Suam culpam quiſq; in alium transfert.
Aliena curare magis q̃ propria imbecillis animi ē
Magis indulgemus corpori q̃ animæ.
Ingenii egregia facinora ſunt immortalia.
Bonorũ fortunæ & corpis ut ē initiũ ita finis eſt.
Omnia orta occidunt / & cuncta ſeneſcunt.
Blaſſemia peſſimum uitium.
Grauior eſt contumelia q̃ eius detrimentum.
Licet factis repellere contumeliam.
Bõa fortũa / ſimul cũ uirtute / magnos hoĩes facit.
Ambitio nocet plurimum.
Omnia cum peritia agenda ſunt.
Bona fortuna raro ſponte uenit.
Apud ſapientes uini magna eſt parſimonia.
Facilior uia tentanda eſt.
Doctus ſtudioſe ſcribit.
Praui ſunt qui per ignauiam ætatem agunt.
Claritudo ingenii arte paratur.
Nunc uirtuti nullus honor.
Mutationes multa mala pariunt.
Deus nos flagellis emendat.
Bonus non extollitur / nec frangitur.
Exitus belli / & tempora pendent a deo.

Nocturna ſpectacula non ſunt probanda.
Nunc lex ſcatinia dormit.
Vana lingua loquacitatem præſtat.
Corrigi a doctis/utilius q̄ laudari ab indoctis.
Decet prudentem cuncta præſcire.
Contra naturam omne eſt uitium.
Voluntas praua malum ſemen.
Inobedientia deterior eſt ſuperbia.
Ira/& libido ſapientia cohibentur.
Voluntas hominis eſt uariabilis.
Miſericors in dei eſt cuſtodia.
Qui prouocat principem ignem accendit.
Hominem fidelem rarus inuenit.
Somnus nimius egeſtatem generat.
Conſiliis maturis inchoanda ſunt bella.
Greſſus ſuū metrum habent/& diriguntur a deo.
Dei ſenſum nemo intelligere poteſt.
Extinguit impios princeps ſapiens.
Victima non maior q̄ miſericors.
Clementia regis roboratur eius imperium.
Cor principis deus habet in manu.
Virtutes laudes non quærunt/ſed habent.
Virtutes laudari debent/uitia uituperari.
Virtutes ab exercitatione proueniunt.
Deus prouidet/& conſulit.
Magna res eſt breuibus multa amplecti.
Nimio uino fœtent ora.
Perniciosa ſunt condimenta/& nimia omnia.
Ambulatio cibo eſt utilis.
Nil uiuit ſine anima.
Errantem cum Platone pauci taxant.
In patria raro auctoritas naſcitur.
Vnus aliquādo plus/q̄ totus Mediolanenſis pp^ls
Sapienti non conueniunt muliebria.
Prudens criminationem reſpuens obaudit.
Aliqui freno/aliqui calcaribus indigent.
Frenum/& calcar aduerſa una geruntur.
Carceri blanditur qui ſtudioſius cutem curat.
Inter ſpinas aliquando roſæ/& lilia naſcuntur.
Demens rubiginem ſplendori præſtare putat.
Virtutis æterna ē uoluptas/uitiorū dolor ē ppetu⁹
Conſuetudo non ſentit interitum/ſi ſeneſcit.
Ad diſcendum aptiſſima eſt prima lanuginis ætas.
Tuti ſumus/ſi nemo furatur alteri.

Magno uſui eſt memoria rerum geſtarum.
Mutua innocentia tuta eſt.
Nemo ſapiens erga deum parcus eſt.
Multi aliena cupiunt.
Satietas eſt rerum noſtrarum.
Bona gratia nihil eſt pretioſius.
Mutuantis ſerui ſumus.
Iniquus tandem ſua iniquitate conſumabitur.
Miſericors erit/ & eſt benedictus.
Furioſi/ & iracundi fugiendi ſunt.
Non accipias mutuo/ ſi non potes reddere.
Veloces grati ſunt principibus.
Inuidi uitandi ſunt.
Pupillorum deus eſt tutor.
Qui iuſtus dicitur etiam ſepties in die cadit.
Demens fruſtra nititur.
Qui gratis odium quærit/ odium amat.
De iis fidē nō capias q ad nutū fortunæ cōmittanẽ.
Honores raro ſine onere.
Superbia nobilitatis cuncta permiſcuit.
Homo præceps eſt ad explendam animi cupidinem.
Nunc omnia uenalia ſunt.
Periculoſe a paucis emitur/ quod multorum eſt.
Difficillimum eſt gloria inuidiam uincere.
Amici fideles ſunt theſauri/ & præſidia regum.
Mutata auctoritate uaneſcit gloria.
Ab ignorantia mala cuncta proueniunt.
Decepti imagine boni mala eligimus.
Vnguenta/ & olea uetera meliora ſunt.
Vnguentum redolens aliena eſt uoluptas.
Vita hominis commertio rerum/ & pace perficitur.
Artes auaritiæ ſolum coluntur in præſentia.
Multi principes propter artes honorati fuere.
Amplitudo rerum ſæpe damno fuit.
Suum cuiq; placet.
Habendi quæſtu ad ſpes hominum tendit uotum.
Multi aliena uitia/ q̃ bona ſua colere malunt.
Quum uoluptas uiuere cœpit/ uita ipſa deficit.
Nulli æterna eſt natura.
Animus diſciplina alitur.
Non eſt credendum mercatori de ſuis mercibus.
Ementes/ & uendentes mendacio præſtant.
In emendis diſciplinis maxime cauendum eſt.
Iuuenis de uirtute contendere debet.

Peregrinus ut cautus ſit/opus eſt.
Confeſſione uitatur inuidia.
In cōfeſſū nō ſunt partes iudicis niſi in cōdānādo.
De inimici infortunio bonus non multum gaudet.
Apud iuſtū iudicem non eſt exceptio perſonarum.
Cor principis eſt inſcrutabile.
Noli eſſe principe coram glorioſus.
In loco digniori ex te non ſteteris.
Multi ꝓpter fœlicitatē obliuiſcunť ſe eē homines.
Amicitiæ admiſſæ conſtantiſſime retinendæ ſunt.
Penuriæ conuiuia deformant.
Sicut cæteris quietibus ludo uti licet principi.
Potiora ſunt uitia animi/q̄ corporis.
Benignitas nos effert ad ſydera.
Pulchritudo donum dei eſt.
Decor/& forma eſt fauorabilis.
Maius decorum eſt ſuperare clementia/q̄ armis.
Breuis uoluptas magna ſolet trahere incommoda.
Probus in aula negligitur.
Res ſecundæ conſilio durant.
Curiali quintum elementum eſt maledicere.
In ſpinis ſine punctura ambulare non poſſumus.
Viuens in curia decedit in paleis.
Principi maxime eſt neceſſaria bonorū familiaritas
Perniciosa ignorantia poteſtati adiuncta.
Prius cogitandum/q̄ faciendum.
Aliena inuito domino non tangenda.
Virtute/q̄ pecunia præſtandum eſt.
Venditio ad tempus uſuræ non caret ſuſpicione.
Fœneratori nullum deberet eſſe iudicium.
Par eſt principem/& maiores reuereri.
Inuidia etiam remota ſtimulat.
Mors æquat omnia.
Verus amicus cum phenice connumeratur.
Quilibet ſibi nunc tantum amicatur.
Qui ſoli ſibi ſcit/nihil ſcit.
Omnia pene animalia conſpectum hoīs effugiūt.
Nunc uitium in præcipiti ſtat.
Nihil morientem comitatur niſi uirtus.
Diuerſæ arbores uarium producunt fructum.
Alienis erroribus non bene uiuimus.
Sors hominum nunc dulcis/nunc amara eſt.
Homo eget homine/ſed non infido.
Inter artes bonas integrum ingenium breui adolet.

Hoſtium metus nos ad uirtutem excitat.
Modus in omni arte eſt ſtatuendus.
In uictoria etiam ignaui gloriantur.
Præclarum facinus caſus adiuuat.
Timorem incutit praua conſcientia.
Nullus durior caſus/q̄ principi ſeruire.
Supra fortunam animum gerere non debemus.
Non omnia omnibus cupienda ſunt.
Fœlix cui res ſuæ ſatis placent.
Non eſt petendum quod iure negari poteſt.
Non ualet mente qui morbis confectus eſt.
Omnia ſunt facienda ne noſtris priuemur.
Metus plus coadiuuat/q̄ gaudium.
Supra fortunam ſapere maioris hominis eſt.
Ex nihilo ſolus deus fecit cuncta.
Princeps ſibi/& ſuis conſulere debet.
Malus artifex mala ſua arte pereat.
Q uod aliis facimus ab aliis expectemus.
Iuſta eſt lex/ſi necis artificem perimit.
Mulier aut perdite amat/aut uehementer odit.
Litigans cum ebrio inſanus efficitur.
Q uod cupiunt miſeri credunt.
Miſeris miſerrimum eſt/ſi diu uiuunt.
Amare crimen/& ludibrium eſt ſeni.
Q ui beneficia reddere ſcit plurima recipit.
Q ui beneficia dare neſcit/ea iniuſte petit.
Vni quod nocet ſæpe alteri prodeſt.
Grato beneficus ſibi beneficiũ facit.
Q ui merita connumerat beneficium petit.
Vincere ſeipſum ſuprema eſt uictoria.
Dolenda mors ſiquis ſuis armis perimitur.
Q ui parcit malis nocet bonis.
Publice intereſt/ne delicta ſint impunita.
Humana uerba furorem minuunt.
Contumeliam ingenuus pati non poteſt.
Maxima infirmitas eſt imperitia.
Periculoſum eſt nouam fidem experiri.
Proditionum conſilia ex ocio capiuntur.
Proditiones uinum ſæpe detegit.
Animus multitudine diſtrahitur.
In auctorem ſæpe reflectitur ſcelus.
Studium nos ſapientes/& memores facit.
Vnus actus ad quid eſt/& alius ad aliud.
Negligentia obliuionem parit.

Non eſt quis peritus abſq; præceptore.
Veritas ab omnibus eſt audienda.
Scripturæ non eſt pictura muta comparabilis.
Iniuria affectus ſuorum eget præſidio.
Bonus agricola bene ſeminat/ut bene colligat.
Vota iniuſta deus non exaudit.
Ignauus nunq̄ erit fœlix.
Nihil eſt loquacius ſcriptura.
Deus eſt adiutor iuuantium.
Impiorum ſacra deus reſpuit.
Fidum eſſe ſumma laus eſt.
Publicum mendacium ſæpe parit uerum.
Incertæ famæ deus eſt auctor.
Fama qua omnes famant ex toto non perit.
Arbor abſq; fructu comburi debet.
Solus panis non paſcit homines.
Deus non eſt temptandus.
Eleemoſyna uera non fit ob gloriam.
Lux omnibus luceat.
Qui dimiſſerit ſaluabitur.
Vbi theſaurus ibi cor.
Oculus illuſtrat/& obtenebrat corpus.
Adulterans quicq̄ nec deum/nec homines colit
Diuina non ſunt inquinanda.
Vir bonus uendit ſimpliciter.
Pauci moderate ſe gerunt.
Vulgus immoderata cupit.
Peſſimi ſunt qui nihil proſunt.
Nautæ/caupões/ſtabularii/& publicãi eiuſdẽ ſunt generis.
Diuitiæ & egeſtas animo plurimum nocent.
Deum timens beneficia computat/& neminem decipit.
Ars quælibet mendacium excludere debet.
Bona ingenia contumelia accenduntur.
Stultitia eſt alienam rem ſuo periculo curare.
Non debemus incerta pro certis mutare.
Benefaciendum eſt omnibus/ſed magis propinquioribus.
Stultus nil pendet pretioſa/uiliſſima plurimi facit.
Magis pro diuitiis & gloria/q̄ pro uirtute laboramus.
Feræ ſæpe in eorũ man⁹ ſe puenire permittũt q natos tenent.
Auaritia ignobile uitium animos uilificat.
Magnanimus nõ cupit uiuere ſine dignitate.
A miſeris miſericordia non aufertur.
Hoſtis uilis uictoris deturpat uictoriam.
Virtus cadentium etiam ueneratur ab hoſtibus.

Ignauia etiam fortunata uituperatione non caret.
Humana fœlicitas non habet pedes.
Nemo debet præſenti fœlicitate confiſus ſuperbire.
A potentibus fortuna magis timenda eſt.
Proſperis tandem ſuperuenit infortunium.
Prudens timet exitum fœlicitatis.
Curandum eſt ut animus/& corpus bene ualeant.
Motus a ſemetipſo omnium eſt optimus.
Morbi periculoſi non ſunt pharmacis irritandi.
Heris duobus nemo bene ſeruit.
Paſcit deus aues/quæ tamen non metunt.
Timenti deum omnia bona adiiciuntur.
Improbi tantum aliena uitia uident.
Non ſunt ponendæ gemmæ ante porcos.
Sæpe quærens inuenit quod non quærit.
Facilis eſt deſcenſus ad tartara/& ad ſydera difficilis.
Mala arbor bonos non producit fructus.
Glorioſius eſt ciues inſtruere/q̄ inimicos ſuperare.
Multi ignorant qua parte calceus retorqueat pedem.
Diuerſitas morum ſocietatem facile diſiungit.
Ligures ſunt ſæpes Italiæ.
Vtilius eſt inferre bellum/q̄ ſuſtinere.
Homo aggreſſus pene eſt deperditus.
Sanius tripudiamus ſuper alienis linteaminibus.
Doſo multa promittit/pauca dat.
Vbi eſt bonum conſilium fortuna laborat.
Audacia prodeſt inimico.
Scit uincere qui bene ſcit pugnare.
Res pecuniis/non rebus pecuniæ emuntur.
Venerandi qui præcepta dei ſeruant.
Stulti aurum inimicis ſeruant.
Ex fracta petra aliquando exiuit aqua.
Q uilibet in te ſua moderator eſt/& arbiter.

FINIS.

Liber Decimus ſeptimus De Jra Ad Jlluſtriſſimum Marchionē Vuaſti: Et de Confeſſione Hominis Aduerſus Lutheranos: Et de Pontificis Auctoritate: De Purgatorii Loco: De Sacramentis Diuinis: ac ſacerdotia poteſtate.

Gaſparis Elephantucii Ad Perbonum. Ode Dicolos Tetraſtrophos.

Nunc tandem redeunt tempora ſæculi
Priſci, nunc ueterum gloria naſcitur.
Nunc auri refluit copia purior
Antiquum referens decus.
Natura omnipotens en facit aureis
Dignos temporibus, non modo feruidis
Heroas animis, conſilio at graui
Fatales reuocans uiros.
Noſtra pectora iam dura uidebimus
Sæclo militiæ, neſcia cedere
Sæuis horribili corpore barbaris
Semper dira minantibus.
Hæc præſtat pariter candidioribus
O natos homines mentibus inclytos,
Qui poſſunt ueteres ingenio pari
Inter connumerarier.
Hos inter ſolium iam tibi comparas
Sublime. & merito. nam tua ſanctitas
Hoc præſtat, decus & pectoris integri,
Culpari & metuens fides.
Sic o, ſi petitur limen olympium.
Sic reſtat celebris fama nepotibus.
Iam lætis animis concipe ſydera.
Et noſtri maneas memor.

Illuſtriſſimo ac Inuictiſſimo Caeſarei Exercitus In Italia Imperatori Alphonſo Daualo Uuaſti Marchioni digniſſimo Hieronymus perbonus Inciſae Marchio Foelicitatē.

MENTEM te excellentiſſime Marchio erga me aliquā
tiſper infenſam gerere non nulli aiunt & prædicant.
quod neq; ego credere potui/neq; cupiam meam unq̄
aſtringam fidem. non enim tā excelſi animi tui in quo
non niſi cādor nobilitatis regnat/non niſi ſumma/egre
gia/& inuicta magnitudo/alia poſſunt eſſe officia/q̄
beneuolentiæ. præſertim erga eos qui tuæ familiæ præ
clariſſima facinora/& geſta recolunt & admirantur. te
illum eſſe exiſtimo inter omnes Italiæ principes non alium/q̄ fulgentem ſtel
lam/quæ Italicæ uirtutis iam pene fugientis fulgorem/& uim/& fortitudi/
nem ſit reſtitutura/atq; nomen ueterum latiorum/quod tantopere tui uete
res armorum excelentia illuſtrauere/omnino noſtris temporibus auctura.
Quamobrem his quæ inuidæ confingunt linguæ apud me penitus aboli
tis/ea nunc erga te negocia capeſcam/ut de tuaq; mirifica armorum uirtute
non aliter putem q̄ de nouo Alcide. ſic enim in hac tua ætatis præſtantia/&
initiorum Tyrocinio quædam præfers ſigna/ut breui ſis pro Sereniſſimo
Cæſare/pro totius Italiæ tranquilitate immortalia facinora geſturus. Magna
profecto ſunt quæ tuus Ferdinandus Piſcariæ princeps paucis annis geſſit.
tam fœlici armorum curſu exteros furores/& Reges/& prouincias ita do/
muit/ita omnia ſuo uoto conduxit/ut neſcio an Iulius Cæſar/an Scipio/an
Alexander in tam paruo tempore maiora geſſerit. ſed inuidit fortuna nobis/
& Italico nomini reſurgenti iam prope ad aſtra. quoniā dum ille maiora ani/
mo uolueret in mortem incidit. cuius fatum non tantum Italici oculi lachry
mant/quātum Hiſpani/& Auſtraſia familia/quæ eius ſperabat ductu amiſ
ſa olim imperia recuperaturam. ſed mens Dei quæ cuncta uidet/quæ cun/
cta ſuo ſapientiſſimo conſilio diſponit/omnia hæc quæ in illis ob breuitatē
uitæ deſiere eſſe/in te peragenda repoſuit. Europæ Imperii terminos tam lō
ge ampliabis/tam late latinum ſplendorem dilatabis/& non ſolum Tur/
carum proſcindes inumeras copias/ſed uſq; ad Indicos penetrabis receſ/
ſus/& Mædos/& Perſas/& Scythas Cæſaris Imperio fortunatiſſimi cum
Italis tuis/& Hiſpanis ſubiugabis. Tunc tanto gaudebit Italia alumno/&
partes Italiæ/Hetruria/Vmbria/Inſubria/Latium/Calabria/Apulia/i qui

Alphonſus daulos.
Daulos familiæ præclariſſimæ.
Italica virtus.
Alphonſi ueteres.
Alphonſus nouus hercules.
Ferdinandus piſcariæ marchio.
Iulius cæſar
Scipio.
Alexander.
Fortuna Italico nomini.
Auſtraſia familia.
Dei mens cūcta.
Europæ imperium.
Latinus ſplēdor.
Turcarum copiæ.
Indi.
Mædi.
Perſæ.
Scythæ.
Carolus fortunatiſſimus
Italiæ partes

bus tantum locis comparaſti nomen/tantum famæ ſplendorem/ut quæ ſu
perioribus annis mœrebat triſtitia / ſuorum.ſ.ueterum & armorum excellē
tiam/eſſe iam ante oculos extinctam/nunc per te reſumere uires . gaudebit
quoq; & Hiſpania unde tui maiores oriundi nobiliſſima atq; Illuſtriſſima
Daulorum familia.gaudebit & Germania/ubi Imperium reſidet/ꝙ per te
non præualuerint infidelium ruinæ/& crudelis Ira/& impetus huius ſæuiſ
ſimi/quos tantopere in noſtrum genus exercent/in eos reflectentur/& eo/
rum malitia ſub iugo Romanæ eccleſiæ/& imperio Cæſari ſubiugabitur.
tunc bonæ reſurgent artes/& pulcherrimæ diſciplinæ.tūc principes chriſtia
ni nominis magnificentius & glorioſius incedent .tunc egregii hiſtoriæ ſcri
ptores copioſam habebunt poſteris præbendi materiam.Non hæc quæ tan
to auguramur animo uaneſcere patietur immortalis Deus.Erunt/erunt inui
cti tui triumphi Alphonſe Princeps.Eſt Deus in nobis/ſunt & commertia
cæli.ſedibus æthereis ſpiritus iſte uenit.Q uod quum hæc in Ouiliarum nō
ſtrarum receſſu meditaremur/ſubiit in mentem tua egregia uirtus/qua com
motus ad te hunc libellum de Ira conſcribere decreuimus/ut illa depoſita in
qua plurimum Iuuentus ſolet frequenter delinquere/ad eum ſplendorem
animi tui magnitudinem applices/quo ego qui tuo nomini plurimum affi/
cior/& cæteri amici ab omni iniuria & iraſcentium furore defendamur.Diu
fœlix ſis diſciplinæ militaris decus.Ex Ouiliis.

Triſtitia mœret.
Excellentia veterum.
Alphonſus ex Hiſpania.
Daulorū familia nobiliſſima.
Germania imperium.
Infidelium ruinæ.
Infideles ſubiugabuntur
Fœlicitas futura.
Chriſtiani principes.
Hiſtoriæ ſcriptores.
Alphonſi inuicti triumphi.
Per boni vaticinium.
Ouiliarū receſſus.

Hieronymi Perboni Marchionis Incisae Ac Ouiliarum domini Liber Decimus Septimus De Ira.

AVDIANT obſecro omnes / qui Iracundia tantopere
corripiuntur pauca cum ſilentio / quæ in noſtro hoc libel
lo cōpilauimus de Ira & de his quæ ad irā ſpectāt / & quā
tum / dum eo retinētur furore / a uera excellentis uiri ſapiē
tia abeunt diuerſum. nihil eſt quod magis deformet pru/
dentiæ / ac ſapientiæ uultum / q̄ perniciosa ira. non Ira unq̄
quicq̄ cognitu dignum excogitare poterit / quum ſit ex
tra rationis callem. impetus enim Illius mentem præcipi
tat / ſedeq; rationis longe depellit. Iccirco Alphonſe mi lux & uigor præſen/
tis militiæ quum tantum in te in omnibus partibus natura et uirtus ſedeant
amplexæ / hoc tibi fac præcipue ut Ira / & animi iſto tuo impetu eas non de/
pellas / quibus tantopere inter alios principes enites. Q uid aliud laborat
Ira: q̄ deſtruere / nocere / perdere / quū ſit cupiditas officiendi prona / & ad
uindictā indeficiens ſtimulus. quod quantū ſit a uera diuerſum gloria / ipſa
in arcano ſapientiæ monumenta dicant / quæ ulciſcendi uoluptatem / quā
Ira ſuadet / uiliſſimæ fœminæ aſcribunt. Nā generoſi animi / & qui altius mē
tem eleuant / hos motus magna diligentia e mēte diluunt / & libentius par/
cunt. Et illi qui Iræ obtemperāt diſſimiles nō ſunt a rabida fera. Proinde lau
dant linguæ ſapientū eos / qui tam prudenter ſciunt audire cōuitia. iniurias /
& contumelias. ſic Socrates ſuæ æquitatis tenax / & dignitatis obſeruator /
hæc tanq̄ ſcopulus obaudiebat. Ille Princeps præſtantiſſimus Antoninus
Pius dignus qui pater patriæ optimus diceretur / ab homonculo / in Iram
non abiit / ſed paſſus eſt ſibi legem imponi / ut ſurdus & mutus eſſet in alie/
na domo. Ille quoq; Marcus Antonius / qui ſemper omni laude dignus exi
ſtimatus eſt ſummus ſenator / ſummus philoſophus / ſummus Imperator /
Ira depoſita Caſſii eius rebellis & hoſtis liberos ſumma humanitate proſe/
quutus eſt. qui tanto ſtudio a ſe Irā depellebat / ut Fauſtinæ uxoris iniurias
maluerit diſſimulare / q̄ in uindictā prorũere. q; hic quanto maiori laude di/
gnus exiſtimatur / tanto peior infamia proſciſus eſt eius filius cōmodus / qui
per Iram concitatus balneatorem coniici in ardentem fornacem iuſſerit. ipſe
quoq; Cæſar / qui totum orbem ſub pedibus tenebat / proſciſſus quandoq;
Catulli Veronei epigrāmate non tantum in Iram non abiit / ſed humaniſſi/
me illū cœnæ adhibuit. Ipſe Auguſtus fortunæ e cælo ulnis amplexus ob
maledicta etiam acerrima non iraſcebatur iudicans in ciuitate libera ſub bo
no principe liberam' eſſe linguam oportere. Ariſtides quoq; ſputo inquina/
tus riſit hominis improbitatē / & i iram nō acceſſit. eſt enim tāta iræ peruerſi
tas / ut magni duces q̄a iræ obnoxii erāt / plurimas uictorias p̄diderint. animi

Iræ furor. Iracundi aſapientia. Ira deformat Ira rationeſ.

Alphonſus daulos.

Ira laborans Ira ad vindictam. Ira agloria.

Ira fœminis. Generoſi parcunt. Iracūdi feris. Iracundos qui ſciunt. Socrates iniurias.

Antoninus pius.

Marcus Antonius. Fauſtina vxor marci antonii Commodus iracundus. Iulius cæſar. Catullus veronenſis. Auguſt⁹ nō iraſcebatur. Ligua libera. Ariſtides riſit Iræ peruerſitas.

Ira morbus animi.

morbus grauiſſimus eſt / ut uſum rationis non mediocriter impediat.
neq; tam ſublimem maieſtatem alicuius magni regis ſpectamus / quam
ſi frequenter ira capiatur / non facile lapſuram putemus. labes non par/
ua utiq; eſt ira etiam priuatis hominibus / ſicut & in principe deteſta/
bilis quem ſolet in maximam crudelitatem protrahere. quod quum ita
ſit Alphonſe iuuenis nobiliſſime / Iram magno ſtudio euitabis / ne nos
decipias / qui te ad immortalia & præcleclariſſima rerum geſta omina/
mur / quando Ira peſſima conſiliorum miniſtra habetur: nam nihil ſua/
dere niſi perperam / & iniq; poteſt. Ideo cæleſti præconio ſcriptum eſt.
Sol non occidat ſuper iracundiam ueſtram. Ideo qui præſunt magnis /
ira uacui eſſe omnino debent. qua quantum Europa / præſertimq; in
fœlix Italia laboret / uix dici poteſt / quum undiq; ſcateant blaſphemiæ.
etiam pueri uix primos egreſſi annos in omne blaſphemandi genus im/
pune concitantur. uerum nonnunquam prodeſt. & ſi non excedit mo/
dum / naturæ uitium / non crimen appellamus / quum ſit accenſio ſan/
guinis circa præcordia / quæ ſi nimia fellis exuberantia creuerit / fit men/
tis perturbatio / & iracundia / quæ utiq; exceſſus iræ eſt. Cui occurrit illa
candida & mitis uirtus / quam manſuetudinem appellamus. qua cuncta
cõualeſcũt officiorum beneficia & cuncta optima rerum gerendarum conſi
lia. ſed tamen quia multi de ira Dei conſcripſere / quæritur a ſapiẽtibus / q̃ nã
hæc ſit / quũ tantus furor in numẽ nullo pacto cadat. ſed neq; illic Ira eſt. ſed
tranquilla / & ſumme pacifica iuſti ſupplicii conſtitutio / ex qua hominũ mali
tiam peſte / bello / penuria / pœnis quoq; diuerſis punit / corrigit / caſtigat.
quin uno peccante ſæpe uniuerſum ſuppliciũ effundit. in homine uero ſi ira
cito ſurgit / citoq; cadat ſine crimine / non uituperabilis eſt. ſed ſi paulo reſide
rit ultra modum fit deformis. paulatim ſerpit & germinat quæ multa mala
inducere ſolent. multi diſſimulant / in quibus quanto magis conſeruatur /
tanto poſtremum proruit crudelior. Ideo ſcriptum eſt. fatuus iram indicat /
& callidus iniuriã diſſimulat / ſapiens uero non recipit / aut ſi recipit natura
impellente non peccat. quæ ſi i homine frequenter coaleſcit / furori proxima
fit tempore / quæ mentem alternat. Tremere iracundo labia facit / dentes cõ
crepare / uultum pallere. uſq; adeo quandoq; furialibus Ira exagitata ſtimu/
lis conſilium protulit mente / ut qui ita / non iraſci / ſed inſanire credatur. Iccir
co non minoris uirtutis eſt cohibere iracundiam / atq; indignationem compe
ſcere / q̃ omnino non iraſci / quum plerunq; illud Leuius / hoc fortius exiſti/
metur. ſed pro comperto habetur maximas fore multorum malorum cauſas
iracundiam / & cupiditatem. Eam ob rem Architæ illud tarentini omni ſæ/
culo laude dignum habemus. qui uillico iratus dixit q̃ miſere te haberem / ni
ſi iratus eſſem. ſic eſt profecto. per iram ſapientia confunditur / & quid quo/
que ordine agendum ſit ignoratur. cætera auerſantur uitia / hæc deſtruit.
Ira enim iuſticiam iugulat. nam mens turbata Iudicium ſine ratio/
ne pronunciat / & quod furor ſuggerit rectum putat. Cæterum ira quam
uis plurimum in ſcelus cadat / charitate iuſtificari poteſt / quum eo ſtudio
mouemur

Victoriæ ob Iram.
Ira reges.
Ira in priuatis.
Ira in principe deteſtabilis.
Ira crudelitatem.
Alphonſe ab ira.
Ira peſſima miniſtra.
Iracundiam ſol.
Ira qui præſunt.
Ira europa & italia
Ira blaſphemiam.
Blaſphemãt pueri.
Naturæ vitiũ non crimen.
Ira unde fit.
Manſuetudo
Ira dei.
Furor in numen.
Deus malitiã punit.
Peccante vno
Ira in homine tollerabilis.
Ira deformis.
Ira ſerpit.
Iram qui diſſimulant.
Iram ſtultus
Sapiens iraſ.
Natura impellente.
Ira frequens
Ira furori.
Ira furialis facit.
Iracundo.
Iraſci & inſanire.
Iracundiam cohibere.
Indignationem cõpeſcere.
Iraſci nõ omnino.

mouemur / ut errores proximi Ira concitati reprehendamus / atq; eos qui
facile in ſcelera labuntur / aliquo iraſcendi modo compeſcamus. eſt ta//
men in his qui facile ad iram corripiuntur / glorioſius iram / quam ho/
ſtem uincere. prodeſt tamen iratis / & his qui cupiunt eſſe ab ira ua//
cuos / deformitatem quandoq; intueri. nam in his turbata facies ſolet ap/
parere deformior / & uultus tranquillus ſolet in toruitatem cadere. quod
ſi in aſpectu foris hominis ora ita fœdat ira / quid intus in anima puta/
mus agere? ſed remedium efficax iræ ſapientiſſimi excogitarunt dilatio//
nem. ſi ſe enim aliquantiſper iratior tenuerit / taciteq; intra pectus re//
ſederit / ſolet ſæpius ille concitatus feruor langueſcere. quo paulum delapſo
mens ea caligine paulo egreſſa implacabilem reddit ſtatum. nam iræ ſupra
iram acceſſio inſaniam quodammodo gignit / ſed relabente ad ima præcordia
initium pœnitentiæ emergit. Ideo ad tantum furorem reprimendum longo
opus eſt ſapientiæ uſu. mala multa irato ſolent accidere. ſed illud in primis
effluenti: praua haud uerum ſolet credi. ideo qui hæc incommoda cui/
tare cupit / ad manſuetudinem recurrere oportet. ſubſequuntur & alia in/
commoda / ut puta inimicitia & odium. atq; (ut Plato exiſtimauit de
Republica) Nihil eſt optimæ Reipubli. magis obnoxium / q̄ iræ com//
motio in ciuibus. Ideo ſigna ſedati animi ſunt imprimis impoſſibilia / non
cupere / in uia non feſtinare / loquendo manus non mouere / & legi//
bus præcipue obedire. interrogatus Plato quomodo ſapiens dignoſci in/
ter alios poteſt / Reſpondit / quum ſapiens uituperatur / non iraſci ſo//
let / neq; quum laudatur / ſigna elationis oſtendit. nec audiendi ſunt /
qui grauiter inimicis iraſcendum putant / atq; eos excidio premi rem lau/
dabilem exiſtimant / magniq; animi munus quum effrenati / atq; pene in/
ſanientis potius eſſe credimus / quoniam hos neq; in poteſtate men//
tis conſtitutos cernimus. ſunt tamen ex peripateticis / qui iram laudent/
quando negant bonum oratorem ſine aculeis iracundiæ exiſtere poſ//
ſe. ſed eam hos puto laudare / quam magni oratores interdum ſimulant/
ut auditoris iram orationis concitata incendat actio. tunc enim orato//
res iraſci uidentur / quum quid in cauſis acrius & uehementius dicunt.
nam uere iraſci / & in ira permanere apud ueros Philoſophos laudabi/
le non eſt. hinc eſt q̄ tantopere illud repetitur Architæ / qui quum uil
lico factus eſſet iratior / quo te modo (inquit) accepiſſem / niſi iratus eſ/
ſem. ſunt qui ſecundum naturam ponant / & ideo utilem. quod ſi ita
eſt / erit & ſecundum naturam inſania / quæ ab ira fluit / tamen ſi na//
turalis eſſet ira / alius alio iracundus magis non eſſet. nec pœnitentia ſe/
queretur ex his quæ per iram patramus. impune Alexander cederet /
quod interfeciſſet Clytum familiarem / pro illo tanto ſcelere per iracun/
diam perpetrato / pœnam non refugiens melioris mentis conſcius mor/
tem ſibi per inediam quærere uoluit. ſed ab exercitu exoratus ſibi ip//
ſi ignoſcere coactus eſt. Iccirco nec naturalis / nec laudabilis ira per//
manens eſt. imo non debet iratus princeps de reo quopiam ſumere
ſupplicium / ſed potius debet impunitum reum dimittere / q̄ propter

Irā q̄ hoſtes.
Iratis prodeſt.
Irati deformitas.
Irati anima deformior.
Ira fœdat.
Iræ remediū dilatio.
Ira ſupra iram.
Pœnitentiæ initium.
Iram ad reprimēdam.
Irato mala multa.
Verum non creditur.
Irā contra māſuetudo:
Irā inimicitia & odium
Reipu. obnoxium.
Animi ſedati ſigna.
Sapiens nō iraſcitur.
Sapiens dignoſcitur.
Iraſci inimicis.
irā peripater.
iraſci oratorem.
ira oratoris
iraſci oratores videntur.
iraſci vere apud philoſophos.
Archita villicum.
ira ſecūdum naturam.
inſāia ab ira.
ira ſi naturalis.
iram pœnitentia.
Alexāder clytum.
ira nec naturalis nec laudabilis.
iratus princeps impunitū dimittere.

iram aliquid grauius iure incurrere.procul ergo ab omnibus iuſticiam admi
niſtrantibus ira eſſe debet/quũ ſit oĩs cõſilii expers.manum ira impellente in
quemq̃ iniicere non ꝓbat ſapiens.Ideo Phocylides conſuluit.ne ſis prom/
ptus ad manum / ſed frena agreſtem iram.multa praue facinora cogit agere
ira.ſcripſit Menander.ab iratis principibus maxime & lõge cauere debem⁹/
quibus omne nefas impune cedit.ideo mala cuncta miniſtrat impetus. ceci/
nit Statius.homines ſane reddit deformiores.ora tumẽt ira.nigreſcũt ſangui
ne uenæ.lumina gorgoneo leuius angue micãt.Nulla ꝑfecto reperitur laus
quæ æquet eos principes/qui & aliis imperãt/& qui norũt ſuos uincere ani
mos.aſperũ & immitẽ reddit ira imperãtẽ/& rabiæ eius iecur incendente ui
tam breuiat.abſolutum omnino ira ſpectam⁹ Franciſcũ Sforciã/ideo regen/
do imperio aptiſſimum. cuius animo tranquillo mirum nõ eſt ſi exactiſſima
emanant conſilia.obſeruaui tamen in obiurgando/in repræhẽdendo omniũ
mortalium apparere iratiſſimum/ſed ſimulate hoc facit.utinã ſic cæteri hũc
morẽ retinerent/ne noſtri in Italia primates tam cito ad effundendũ ſangui/
nem currerent.habent pro maxima exiſtimatione ſi irati in eos/qui aliq̃d præ
ter uotum egerint/enſe euaginato efferant͛ ut appareant puſillis & uili plebe
culæ fortiores/quum ſint longe fortioribus hominibus diuerſi . neſciunt ſa/
ne ubi fortitudo conſiſtit.laude dignum eſt aduerſus iram reluctari/quam ſi
quis uicerit/non minori laude decorandus eſt / q̃ ſi ſuperarit hoſtem. ex ira
enim & excandeſcentia illa deformi nemo unq̃ gratiam reportauit.ſunt tamẽ
quidam primi motus iræ quos legum decreta indemnatos eſſe uoluerũt.pri
mum ſi quis nullo procedente penſu iudicioq; hominem occiderit/qui adul
terum cum uxore depræhenſum tranſſixerit/aut utroſq; complexos trucida
rit.nam coniugum id intolerabili dolori lex indulſit.ad ꝙ ſæpe facinus ira im
pulit ex ſuſpicione hauſta/quos ſæpe germinãt uiſus/eloquia/tact⁹/ & oſcu
la.ideo meo iudicio inſulſiſſime faciunt quædã exteræ gentes/quæ familiari
ter mulierũ oſcula alienis impune ꝑmittunt.ſecundũ/lex abſolutũ cõſilio ſa
pientũ ſanxit.ſi quis ui uim depellat ob tutelã ſui corporis/iure id feciſſe exi
ſtimari iubet/oſtenſione alioquin euidenti mortẽ effugere nequiſſe niſi ad/
uerſario interempto.quippe nihil cuipiã maius eripi poteſt q̃ uita.tertiũ quo
q; impunitum leges clamant/ſi hoſtem publice habitũ in bello interfeciſſet,
quod non ſolũ damnatũ ueteres uoluere/ſed multis honoribus dignum/&
decoramẽtis ornandũ eſſe & coronis uoluere.ueneno tamen non licet ho /
ſtem perimere.alienũ enim ab humano & bono exemplo putatur. Ideo tela
ueneno tincta in bello interdicta ſunt . habet enim huiuſce pernicies inſtru/
cta dolum quem natura ipſa abhorret / etiam ſi iuſta ira permiſerit / inuen/
rum ſane truculentum nõ ab alio quam ab imbecillo & formidoloſo animo.
ideo fere omnes fœminæ hac perturbatione mentis & iracundia laborant /
quia quod in aperto præſtare non poſſunt/in occulto maxima iracundia cu
dunt . unde poſtmodum maxima mala ſolent euenire . hinc odia / ſimu /
lationes / inſidiæ / prodimenta / & cætera hæc quæ ab occultis animi te/
nebris effluunt / his male creditur conſultantibus Reſpublica quan/ /
do(ſi Cæſari credimus apud Saluſtium)qui de rebus conſultant dubiis ab

odio

Menander.
Irati a prin
cipibus:
Principibus
nefas.
Ineptus ma
la.
Statius.
Ira homĩes
deformiores
Laus prima
in principe.
Animũ vince
re.
Ira imperan
tis.
Ira iecur.
Franciſcus
ſforcia.
Italiæ prima
tes.
Iram cõtra
reluctari.
Iram qui vi
cerit.
Iram gratiã
non.
Motus pri/
mi iræ.
Homicidia
impunita.
Adulterũ oc
cidere.
Adulterii in/
dicia.
Oſcula mu/
lierum.
Vim vi.
Vita nil ma/
ius.
Hoſtem oc/
cidere.
Veneno vti.
Tela venena
ta.
Venefici for
midoloſi.
Iracũdæ fœ
minæ.
Veneficæ
fœminæ.
Ira maxima
mala.
Iratis nõ cre
ditur.
Saluſtius.
Conſultãtes
vacuos.

odio & amicitia & ira atq; miſericordia oportet eſſe uacuos. animi huiu//
ſce affectus male ſpectant/quæ claris oculis mentis intuenda ſunt.ideo ue//
teres ab omni publica conſultatione muliebre genus amouerũt.non eni ma/
ior iracundia in cæteris animalibus reperiri poteſt/q̃ in fœmina. Tolerabilio
rem multi exiſtimauere manſionem eſſe cum leone aut cum dracone q̃ cum
iracunda muliere.Ideo ſæpe immortales deos uenerari aſſueui de tanto do/
no/quo uitam meam honorauit/& auxit.uxor mihi candidiſſima eſt mente
& corpore. cuius pro manſuetudine animi/ & incredibili prouidentia ad/
huc parietes domus meæ nunq̃ iracundiæ motus/& turbationes ſenſere.qđ
p̃tioſiſſimum munus a diis immortalibus paucis conceſſum eſt.pinde & p
hæc/& per omnia ſit benedictus Deus de tanto beneficio/ quo maius poſt
æternam ſalutem mihi contingere non potuit.ex ea enim præter uitam placi
diſſimam/habui chariſſimos filios/& dulciſſimos/& obſequentes/& ad uir
tutes omnes procliues/quos ingentem reputo theſaurum.hos quum uideo
ſpectata fide & tranquilitate præſtantes omnem iracundiam & triſtitiam ab
animo eiicio meo.omnes malas expello curas.beatos eẽ illos puto qui expul
ſis animo ſceleribus & ira/cum chariſſimis filiis & uxoribus intemeratis in/
nocentem agunt uitam.his ſi quandoq; contingit iraſci/eo tamen pacto ira/
ſcuntur/ut eorum iraſcentiæ effectus dulcior melle diſtillet. Tardi enim hi
ſunt ſapientes ad iram/neq; ſine ratione/ aut maiori emolumento iraſcun/
tur/propterea quod ſcriptum eſt præconio cæleſti.ſit homo uelox ad audiẽ/
dum/tardus ad loquendum/tardiſſimus ad iram.nam ira profecto & odium
ſunt homicidii occaſiones.ſic iratus tam effreni impetu quandoq; effertur/
ut diuina humanaq; cõfundat.hinc locum reperit ſæuitia & crudele facinus/
quod in animo plerumq; uili ſolet conſpici.quamq̃ multi in ſumma poteſta
te conſtituti raro iram ſine ultione remittant/ quod catholico uiro minime
conuenit.ſicut princeps malus facile in iram incidit/propterea quod eius ui
ta/timore/& ſuſpicione repletior omnem anſam iraſcendi p̃bet/ ne a ſuis &
ab alienis petatur inſidiis.Ideo periculoſum eſt imperium poni in manu ira
cundi regis.manſuetos/& prudentes regendis rebus conuenit præeſſe. atq;
obſeruatum eſt/quanto præſtantiores animo ſunt/tanto tranquilliores exti
tere & fortiores.ſic Iulius Cæſar.ſic Veſpaſianus & Titus.ſic.M.Antonius
Pius.hi nihil obliuiſci ſoliti erant præter q̃ iniurias.hanc ob rem heroum exẽ
plo Carolus Romanus imperator pacem uniuerſæ Reipu.Chriſtianæ intro
ducere conatur abolita omni iniuriarum memoria/ut ea fundamentis uali/
dis corroborata contra communes hoſtes uela explicare ualeat. quæ ut ſi/
ſtat fiatq; ſtabilior in Chriſtiana Republi.quiſq; optimus precibus ad deum
iugiter extenſis conari debet.non enim aliter fieri poteſt/ut tam crudelis ho/
ſtis tanta potentia/& uiribus armorum fultus poſſit conculcari. ego autem
ad terram proſtratus immortale numen lachrymis/quãto animi ſtudio mei
poſſum/rogo/ut tã opoſam rẽ hac noſtra tẽpeſtate ſæcũdis rebus fœlicitet/
fiatq; nobis uiuẽtibus illud/quod dei filius Chriſtus pollicitus ẽ fore/ut hu/
mana mortalitas ſpectaret ſub catholica fide unũ paſtorẽ in uno ouili.cui rei
pficiẽdæ ſáctiores religioſi/& q cõtẽplatiõe cælũ adipiſcunt/ſũma diligẽtia

Mulieres a publicis.
Iracũdia in mulieres.
Iracunda q̃ cum fœmia
Per boni vxor.
Per boni filii.
Per bõus triſtitiam.
Beatos puto.
Iraſci eo pacto.
Homo ad iram ſit.
Ira & odiũ homicidii.
Facinus crudele.
Irã potẽtes.
In irã malus princeps.
Manſuetos & prudẽtes.
Iniuriarum obliuioſi.
Carolus imperator.
Pax vt ſit.
Turcæ non aliter.
Bellum vt cõtra infideles.
Paſtor vnus & vnũ ouile.
Religioſi ad pacem.

& affectu animi deberent incumbere.ſpem alioquin ꝓpono haudambiguā/
principes/reges/urbes Chriſtianæ Reipu.ſi ad pacem uerāq; concordiā in/
medio ſanctæ eccleſiæ cōcurrant/ pculdubio adepturos cōtra hoſtē trium
phales lauros.caſuros itaq; mihi pſuadeo acertimos Scythas ante Chriſtia/
norū pedes.cætera enim mortaliū arma ſiue in Aſya/ſiue in Africa ſint/ ni/
hil eſt quod in cōparatione principū fortiſſimæ Europæ habeāt. ſed noſtris
ꝓcipue unū deeſt/cōcordiæ robur/quā ſi Deus qui in gloria maieſtatis ſuæ
reſidet/in ſæculo hoc noſtro fieri inter nos pmiſerit iam iā nauibus tenemus
Hieroſolymā/iam ditiſſimā minorē Aſyam/iā pulcherrimā Aegyptū/Per/
ſiam/Arabiam/& quicquid ad rubrū mare ſpectat/& indicos receſſus. nec
dubiū paratū eſſe cœli portum nobis fœliciſſime/ſi unanimes erimus/ſi illa
charitatis potentia cōiunxerit reges/ſi depoſuerimus omnē irā/oēm inſulſā
factionē/qua tantopere Italia miſera laborat.Multū rebus hiſce adeſſe potes
Alphonſe cum animo tuo inuicto/& conſilio/cuius auctoritas tantum iam
apud imperatorem præualet/ut in uirtute tuorum armorum/tuorum pedi/
tum ferocia plurimum confidamus. Te ſperamus diis adiuuantibus a perfi/
dis hoſtibus magnos triumphos in Italiam reportaturū.Magna pars ſpei Ita
lici nominis in te princeps uuaſti repoſita eſt.pene erat deſerta Italia & ſpolia
ta uiris/niſi tuus ille inuictus animo Piſcariæ princeps releuaſſet ad æternā
gloriam.cuius ueſtigiis te inſiſtentem/& maiora etiam ꝓmeditantē/oēs ſpe/
ramus.ſunt enim Italicis ingenia ita præſtantia/ut ſi ira abſuerit/ omnia cōſi
lio & uirtute cōſequi poſſint.ſicut ſacri fontes incendia extingunt / ſic uires
Italicæ omne mortaliū robur deperdere ſolent.olim Italica uirtus orbem do
muit/ſub pedibuſq; poſuit.ꝙ ſi potuit & fecit/nobis non deſperandum eſt/
ut eadem noſtri principes non fuerint acturi.regat utinam noſtros nō ira/ſed
rationis metrū/non deerunt īmortalitatis gloriæ.laboro ego in hoc meo deſi
derio in Ouiliis meis modo Deum precibus fatigando/modo principes ex
hortando/ut anteq̄ ex hoc ſæculo tranſmigrem/ tantum ſpectem triūphū /
quē Carolus imperator fortunatiſſimus/quē cæteri noſtri ſapiētiſſimi reges
poſſent ſi uellent/ſi omnem iram poſt humeros abiicerent/facile p totū or /
bem ad ſacratos Romanæ urbis colles reportare.ſup hæc ꝓcipue deberet eſ
ſe pontificis Clemētis meditatio/ut principes omnes/ut reges/qui eccleſiæ
filii habent/deponerent omnē ſeorſum iram.a qua ſimultates occultæ nu/
triuntur.quod niſi ſuauior/& benignior palpet manus tumores qui iam cō
flati nimium turgent/magis dolebunt.ita fieri oporteret.humanitate & man
ſuetudine atq; humilitate noſtri alliciendi ſunt.plærumq; animi excellentio/
res ad iram magis aſperitate & minis prouocantur q̄ ad placabilitatem.debe
rent & a ſecretis uiri/qui prope regum aures aſtant/hoc præcipue animad/
uertere/ne quid inſtillent qđ iram nutriat.ſolent ii priuata inuidia/aut odio/
quæ uniuerſalia ſunt/omnia commiſcere diſcordiis.qui ſi Reipubli.Chriſtia
næ utilitatem reſpectent/ſi hoſtium noſtrorum bene penſitent uires/ſi quā
tis iniuriis chatolicos populos illi affecerint/per ſe conſiderarent/ſummope
re deberent animos Regum & principum ſuorum ad communem induce/
re concordiam.ſic enim prudentes faciunt.Iram ſolent compeſcere.nam ce/

Principes ſi unanimes
Triūphales laurus chriſtianorum.
Scythæ ſupabuntur.
Europa inſuperabilis.
Concordia de eſt tantū.
Hieroſolymam recupe rabimus.
Aſya minor ditiſſima.
Aegyptus pulcherrima
Cæli portus
Unanimes ſi.
Factiones inſulſæ.
Italia miſera factionibus.
Alphonſus daulos.
Piſchariæ princeps.
Italiæ ingenia.
Incendia fōtes.
Italiæ vires.
Italica virt⁹ orbem.
Deſperandū non eſt.
Perbonus p triumpho caroli.
Carolus fortunatiſſim⁹.
Clementis. P. meditatio.
Tumores conflati.
Humanitate alliciendi.
Viri a ſecretis animad uertant.
Concordiā inducere.
Irā prudentes.

leres

leres eſſe debemus in audiendo/tardiores ad effundendum ſanguinem.pro
uida enim natura binas aures nobis fecit/& ab omni impedimento liberas/
ut ad percipiendum ſint promptiores.at linguam unicam cui etiam reſera/
cula poſuit/tanq̄ binas ianuas/dentes/ſcilicet & labia.propterea a ſapiētibus
eſt iudicatum.laudabilius fore ſuperari a manſuetudine/q̄ ab ira. bona ſem/
per referre principi utilius eſt pro pace uniuerſali populi.nihil eſt irato prin/
cipe aut rege in Republi.Chriſtiana damnoſius.ponunt ſapientiores reme/
dia ad iratum tria præcipue/recedere a conſpectu/aut corā ſilere/aut mite re
ſpondere.prudentem autem nullo pacto iracundum eſſe cōuēit.nihil enī a
dignitate regis & principis alienum magis iudicatur/q̄ ea effluere quæ indi/
gnationem ſapiant.Ideo ira/lamentatio/eiulatus/conqueſtus/minæ/uer/
ba inania mulierum ſunt/non regum/non grauium uirorum.Nam perſcri/
ptum eſt ꝙ animi perturbatio nobis communis eſt cum beſtiis.iratus qui ha
bet acetum in pectore/haud poterit dulce effundere uinum.ſed ſunt nōnul
li qui iraſci non uultu uidentur/quum intrinſecus ſint crudeliſſimi; ſed ab
his maxime præcauendum eſt.conſuetudinem enim iſtorum Poſſidonius
Apollinaris notauit/& naturæ flammarum comparauit.quæ ſicut ab arden
ti radice ſemotæ parum illuminant/ita compreſſæ magis cōburunt.atq; ho/
rum blanditiæ/uelut infidum mare præſiſtunt/quibus tanta leuitas/tanta
fraus eſt/ut tutius ſit eos iratos/q̄ faciles habere.ſicut in Domitiano princi/
pe/in quo non maius ſignum ſæuitie atrocius apparebat/q̄ lenitas/& ira in/
tus æxtuabat.ſicut in multis noſtris hodie ira ſedem ſuam poſuit/ſacerdoti
tibus præcipue.& in his qui in eccleſia Dei uelut in conſpectu omnium ſe/
dent.tantam enim perſuaſerunt ſe habere auctoritatem/ut ſi quid ſit/quod
aliqui per imprudentiam egerint contra eorum uotum/maxime excādeſcāt
& in iram prorūpant/quaſi exiſtimantes lædi numina/ſi quæ ipſi ſtatuerint/
cæteri nō ſanctiora putent/quum maxime humilitate & manſuetudine uti
deberent.ſic eadem inſolenter oſtendunt ii qui aliquid ſupra ſapiunt doctri/
næ/aut Philoſophicæ diſputationis.ita cæteros inſectantur/qui eorum di/
ctis non adhærent/perinde ac ſi ipſi reſerato cæli clauſtro in terram elapſi ue
niſſent ad aperiendum mortalibus ueritatem.ex ira atq; ex hiſce(quas di/
ſputauimus)controuerſiis iracundis & contumelioſis/quia utriq; eos ſpe/
ctantium faſtu uolunt uincere/infinitas emerſiſſe hæreſes puto.ſic Luthe/
rus inuolutus ira/quia pleroſq; uidit/non ire in ſuam ſententiam/iracundiæ
plenus incidit in multa/quæ uſq; ad inferos detrudant. quid enim impro/
bius ab homine irato dici poteſt q̄ e medio abduci confeſſionem factam quā
præcepit Chriſtus? non ne qui emundari cupiunt/neceſſe eſt ſacerdotibus
oſtendi? quam legem e Chriſti ore audientes Apoſtoli perpetuo exercue/
re/atq; ſcriptis relictam poſteris dedere. ſic Iacobus/ſic Petrus/ſic cæte/
ri.quod quandoq; ueteres ſapientes poſuere neſcientes tamen quid dicerēt.
ſic Plato dixit ingenua confeſſione minui delicta/quod a ſanctis prophetis
enucleatius explicatum eſt. Iob pro maximo facinore tenet/qui pecca/
tum abſconderit ſuum. conatus eſt hic/uelut Antichriſti præcurſor/
ſemina Apoſtolorum peruertere/& ſuas ſeminare Zizanias. quæ res

Tardi ad ſā
guinem.
Natura pro
uida.
Aures binæ.
Lingua vni
ca.
Linguæ bi
næ valuæ.
Manſuetudi
ne q̄ ira.
Principi re
ferre bona.
Irato rege.
Iræ tria re
media.
Iracundum
prudentem.
Regis a di
gnitate.
Belluis cōe ē
Acetū qui in
pectore.
Iraſci q non
vultu.
Poſſidonius
apollinaris
Mare infidū
Iratos q̄ faci
les.
Domitiani
lenitas atro
citas.
Ira in ſacer
dotibus.
Sacerdotes
praui.
Religioſi de
berent.
Sape ſupra
ſe.
Lutherus.
Confeſſionē
chriſtus.
Sacerdotib⁹
oſtendi.
Iacobus &
petrus de cō
feſſione.
Plato de cō
feſſione.
Confeſſione
ingenua.
Iob de con
feſſione.
Peccatum q
ſuum.
Lutherus an
tichriſti præ
curſor.

nõ ab alia emanauit cauſa/q̃ ab iracundia. utinã cõpoſitiori mẽte Martinus ad ſcribendum animum applicuiſſet/atq; obſeruaſſet ſaltem quod Plato ſcripſit/ oportere diligentiſſime nos cuſtodire/ne ira ſuperet/ne cui iniuriã inferamus.qđ Salomon/q nõ cõfitet̃ ſcelera ſua/nõ diriget̃. qui aũt confeſſus fuerit/& reliquerit ea/miſericordiã cõſequet̃.ira tñ ille percitus non ſacerdoti cõfeſſionẽ audiendã eſſe/ſed Deo ut cũ græcis inſaniat/apte arbitrat̃/& ſcripſit.ſic in ira ſua miſer perid parũ animaduertens qđ eccleſia uetus/ & recens p ſanctiſſima cõcilia ſpũ ſancto directa ſanciuerit. quæ nedũ ſacerdoti iure fieri pmittit/ſed urgente neceſſitate/hoi nõ ſacris aucto.nõ enim ſine ſui ipſius pfeſſione qſq̃ ſaluari põt. neq; ſola dolentia/mẽtiſq; attritio peccatum delet.ſunt ẽt ſcælerũ circũſtantiæ excutiendæ.nec diuerſa diuerſis enucleanda/ſed uni cũ magna erubeſcentia/& ſatiſſactiõis pollicito.ſic in numeris ueteri teſtamẽto habet̃/qui trãſgreſſi illico ad cõfitẽdũ ſcelus pcurrãt. ſic apđ Ioſue da gloriã dño Deo Iſrael/& cõfitere atq; indica mihi qđ feceris/nec abſcondas.& apud eccleſiaſticũ/nõ cõfundaris peccata tua/ & ne ſubiicias te omni homini p peccato.quæ uerba innuũt adeundos eẽ hoies/nõ ſolũ Deum/ad cõfitenda peccata.ſicut illud oſtẽdite uos ſacerdotibus.tanta eminet in cõfeſſiõe uirtus/ut reſtituat peteũtibus cælũ.Diuus Vgo de clauſtro animæ auſus eſt dicere/ſi ueniret dæmon ad cõfeſſionẽ poſſe impetrare ueniã/qui expulſus eſt e cælo propter ſupbiã/ſicut Adã e paradyſo pp̃ter inobedientiã/& damnatus eſt Iudas pp̃ter auaritiã.ſed mirã eſt dei clementia/qui & ſi ppetrata fuerint oĩa ſcelera/ſacerdoti tñ patefacta illico delet & pro nihilo reputat.imo p pœna ſalutẽ cõmutat.tollit diuina cõfeſſio æternũ ſuppliciũ/ubi integra fit.nã initiũ reſurgentis ſalutis eſt patefactio peccati.hoc eni a natura habem⁹/ut patefacta & cognita morbi cauſa incipiat leuior fieri.ſic ſentit etiam ad lucillum Seneca/ꝙ omnia uitia in aperto leuiora ſũt/ & morbi quoq; ad ſanitatẽ inclinãt/quum ex abdito erũpunt.nã ſcelera humanæ mentis/pernicioſa magis auctum ſentiunt quũ ſimulata ſanitate occultant̃. ſed hoc pretioſum donũ e cælo portauit Chriſtus.optimus medicus uẽit ad ĩfirmos/iuſtus ad delinquẽtes/pius ad impios/humilis ad ſupbos uenit/ut errantes corrigeret/dubitantes dirigeret/certantes defenderet/uictores coronaret.ſed Lutherus ira tumidus/quod ſemel ſcripſit/ediditq; foras ſuſtinere cõtendit.Dæmonũ auctus deliriis factus eſt illis indulgentiſſimus.non põt ueritatẽ ſane cernere donec pectore non abiiciat irã cõtra pontificẽ/ cæteroſq; eccleſiaſticos.non oportet decretis ueterũ ſanctorũ canonibus quicq̃ ſapientius eſſe.leges enim ſunt/quæ uiã nobis oſtendunt.ideo uenerandæ ab omnibus ſunt.mandat Plato in libro de regno/ ut nemo audeat quicq̃ p̃ter legũ ſancita cõmittere/aut attentare cõtra ea quæ ſumma ratione a maioribus noſtris ſancita/& ordinata ſunt.& ſi quis ẽ tã ĩprobus/qui audeat/morte iubet multari atq; extremis omnibus ſuppliciis affligi.ſic illi cõuenit et.ſed pietas eccleſiæ expectat ut redeat ad gremiũ matris/quæ quanto magis expectat tanto ille ira eſt obtenebratus/qua quotidie creſcẽte ĩpoſſibile ẽ/ut eius oculi ueritatem ſpectent.At ſaltem hos fructus qui ex imputiſſima doctrina eius euenere/per belle conſideraſſet.fuerunt eni ii partus iratiſſimi ſophiſtæ

incendia/

Martin⁹ ad ſcribendum.
Ira ne ſuperet.
Iniuriã nõ inferamus.
Confeſſus q fuerit.
Confeſſio a ſacerdote.
Inſanire cũ græcis.
Concilia ſanctiſſima.
Confeſſio in neceſſitate.
Cõfeſſiõe ſine non ſaluari.
Peccatũ delet.
Confeſſiõis ſcelerũ circũſtantiæ.
Cõfeſſio nõ diuerſis.
Confiteant̃ trãſgreſſores
Cõfitere mihi.
Confitenda peccata hoi.
Sacerdotib⁹ oſtendite.
Confeſſiõis uirtus.
Cõfiteretur ſi dæmon.
Dæmõ e cælo.
Adam e paradyſo.
Iudas pp auaritiam.
Dei clementia.
Confeſſa ſcelera.
Confeſſio integra.
Confeſſio ſalutis initium
Morbi cauſa cognita.
Seneca.
Vitia ĩ apto.
Morbi ad ſanitatem.
Scelera occulta.
Chriſtus ad infirmos.

incendia/depopulationes/innumeroſæ cædes/ſtupra/& ſacrilegia/ ædium
euerſiones/ bella nefanda.cæterum quod mens ſuſpicatur/Deus auertat, ne
idem Germaniæ accidat/ſicut Græciæ/quæ his aliquando erroribus inqui/
nata/& diu a cæli numine tolerata/quia ad ſaniorem frugem ob iracundiam
redire noluerit/diuino iudicio factum eſt/ut urbs illa magna conſtantini/ &
tota Græcia in graue ſeruitiũ infideliũ proruerit.an Germani impune hoc
habiturum credunt? ita perciti credunt potius uaniſſimo homini & Iracũ
do/q̃ ueterũ noſtrorũ ſanctiſſimis/qui per os ſpiritus ſancti locuti ſunt. ne/
ſciunt diuinã uindictã tarditatẽ ſupplicii grauitate compẽſari.& ſi modo fla
gello abſtinet/credimus ne niſi ad ſaniorẽ ſenſum redeatis/igt oturũ? ceſſat
modo utiq; quia uos diligit & pœnitentiæ concedit locũ/tũ quia optimum
imperatorẽ reſpicit noſtrũ.nã ſæpe Deus propter regũ delicta populos acer
be plectit. itidem ob principum merita parcit ſubiectis.Iccirco Iram abiici/
te.cõfeſſionem adite apud ſacerdotes depoſitis erroribus hiſce.pacẽ & unio
nem inter omnes chriſtianæ Reipu.principes ſtatuite.tunc ueſtræ uaſtæ &
inextimabiles uires aduerſus nefandiſſimũ hoſtẽ præualebunt. erit hoc ho/
norificum & ſummũ decus heroibus Germaniæ & ſumma laus & gloria &
ſalus & tutela chriſtiani nominis.q; ſi negligitis/quid aliud ſuſpicari quim⁹/
q̃ uentura ſuper uos incendia/minas/cædes? uidete(obſecro)ne id inſtiget
Dæmon/ ne ueſtris oculis tantũ iniiciat puluerẽ/Iracundiæq; turbationẽ/
ut nõ cognoſcatis quãta hic apoſtata Ira correptus mala cõmiſſerit.cõcitat
in primis ueſtra arma cõtra põtifices/a qbus Impii decoramẽtis fuiſtis præ
cæteris aliis aucti.ſi autẽ ceſſat pontificis auctoritas/qd ius in nobis remane
bit? Germania immemor ab eccleſia Romana orbis Imperiũ recepit.& nũc
Iracundia tumidior beneficia poſt humeros habet.pro gratitudine impieta
tem/pro beniuolentia Iram & odium/pro pietate ſæuitiam reddit. ſpectate
modo quo pacto urbs illa/quæ nobis Iura ſua cõceſſit/ut deſerta iacet/pro
ſciſſa/Labefactata/incẽſa.Duce Borbonio omnia diuina & humana peruerti
ſtis.quod neq; unq̃ ferox cõmiſcit Geta/ neq; O ſtrogoti.non uandali/nõ
Attila flagellũ Dei tanta ſcelera perpetrarũt quãta ueſtri illic turpiter/ne di
cã crudeliter cõmiſſere.ſed obiici poſſunt noſtra ſcelera. fateor.diuino enim
iudicio/quæ Roma/quæ Italia paucis hinc annis paſſæ ſunt/euenere. no/
ſtræ ambitiões/noſtræ factiones/ſupbia/auaritia/& cæteræ labes/quæ uſq;
ad cælum fœdos emittunt uapores/hæc prouocarunt mala.nõ propter hoc
debuit Germania cõtra caput eccleſiæ armis furere.neſcitis uos q; flagella/
poſtq̃ impreſſere uibices/ſolent confringi & in ignem coniici.pudet meher
cle dicere tot tãtoſq; Germaniæ proceres & heroes/tam magnos populos/
tot urbes liberas ad unius Iraſcentis fraterculi ſuggeſtionem auertiſſe fa/
ciem a parente eccleſia/& ab his quæ ueteres ueſtri ſapientiſſimi & ſanctiſ/
ſimi multo religionis cultu retinuere/& auxere.tam leuiter credidiſtis homi
ni iracũdo omnes epiſcopos æquales exiſtere pontifici Romano? quid hoc
inſulſius dici poteſt/quo tollitur mirificus in natura rerum ordo? in omniũ
enim conuentu unum primarium præeſſe neceſſe eſt.ſic unum Deum dici
mus.ſic unum pontificem/unum imperatorem.negauit ille olim coram Au

Græcia erroribus inquinata.
Conſtantinopolis inſeruium.
Germani credunt.
Diuina vindicta.
Deus ob principes
Confiteãtur germani.
Germaniæ vires vaſtæ.
Germanis decus.
Germaniæ ruinæ.
Dæmon inſtiger.
Luther⁹ apoſtata.
Imperatores germani apõtificibus.
Pontificis ſi ceſſat auctoritas.
Germania ab eccleſia.
Germania ingrata erga pontificem.
Roma.
Borbonius dux.
Getaſ rex.
Oſtrogoti.
Vandali.
Attila flagellum dei.
Scelera noſtra puocant
Diuino iudicio mala.
Flagella ſolẽt
Lutherus fraterculus.
Eccleſia parens.
Pontifici nõ æquales alii.
Ordo in natura.
Primarium unũ præeſſe.
Deus vnus.
Põtifex vn⁹.

guſto pluralitatem Cæſarum/ propterea quod Ariſtoteles aperte aſſerit in omnium genere/opportere eſſe primum/ ad quod eiuſdem generis cætera referantur. entia enim hoc pacto ſuo diſponuntur ordine. adhuc etiã negat ſicut plenus Iræ in Romanam ſedem nullũ eſſe purgatorii Locum contra ueterum ſancita. quid enim fecit fortiſſimus Iudas? hortabatur populum ut omnẽ fugeret peccatũ/ & pro defunctis qui in bello fortiter cecidere/ duodecim milia dragmarũ argenti Hieroſolymã ad ſacrificium portaret. quod ſi nõ eſſet reſeruatus expiationis locus/ſuperflua illi foret de defunctis procuratio. quod quum Ita ſit apud ſanctos patres ea præcipue erat cogitatio. manifeſte ergo apparet ſaluberrimum fore orare pro mortuis. Ideo ultius non alterius/q̄ irati hominis inſaniæ aut impudentiæ credendũ nõ eſt/ ſed Romanæ eccleſiæ ſanctiſſimis decretis. quod ſi ad ſocietatem humanã ſpectare uidetur ſummis Regibus obtemperare/multo maiori Iure/id uidetur fieri/ ſi ſummo Pontifici/qui in terris diuinã uicem gerit/ obtemperauerimus. nam omnis maior poteſtas/minori ad parendũ præponitur. itaqꝫ omnium Luthero manibus exploſo/ſanctiſſimis Romanæ eccleſiæ cõſtitutionibus credendũ eſt/quæ apoſtolica auctoritate confirmata ſunt. nam & ſi aliquis alius Epiſcopus Martini inſaniã ſequutus ſe Romano æquari pontifici præſumit/ non aliud innititur q̄ Domini præcepta reſcindere. nam & Chriſtus Dominus Deus/quũ lauare pedes diſcipulorũ uoluiſſet/tanq̄ digniorem imprimis Petrum adiuit, tanto humilitatis exemplo præbito/ ut quemadmodũ ipſe fecit/& nos faciamus. Ita ad ſacramenta animũ applicemus/ſicut noſtri ueteres. non leuiter/ut Martinus facit. nam ea uera ſunt nobis ſacramenta/quæ Chriſtus inſtituit/quorũ unum alio maius diuerſis reſpectibus haberi debet. ut baptiſma effectu/Euchariſtia ſubiecto/ ſacerdotium dignitate/quo decorati ipſa ſacramenta exhibere debent. quæ reiterari non debent/& ſunt libere conferenda/quæ tantam in ſe obtinent diuinitatis munitionem/ut nullo pacto malitia hominũ profanari poſſint. quæ ſi quandoqꝫ neglecta aut prætermiſſa/caute ſupplenda ſunt. nihil quicq̄ pretioſius exigunt/ q̄ affectum/ſapiẽtiam/& mẽtis deuotionẽ. indigne uero tractãtibꝰ grauiter obſunt/ſicut per eos digne ſumentibus egregie proſunt. nõ ab aliis alioquin uerſanda tangendaqꝫ/q̄ a ueris ſacerdotibus/qui Deo dicati ſacrificia facienda miniſtrant. nam ſacerdotis appellatione ueniunt omnes habentes ſacrum ordinẽ/& ſacerdotes etiam Angeli/ & Dii nuncupantur. tanto decoratus munere eſt ordo ſacerdotalis/ut etiam regibus præemineat. ipſis quoqꝫ ſacerdotibus magnam Chriſtus reuerentiam haberi oſtendit/quum ad eos leproſos remiſſit/ideſt ad confeſſionem peccatores incitauit. qui quũ ſint in tanta dignitate conſtituti/ debent omnibus mortalibus cunctarum uirtutum de ſe bona exempla exibere ab his enim benedictio in populum/& gratia diuina per manus effunditur/& peccata remittuntur/ & delentur. Ideo q̄ iniqꝫ faciunt Romæ præſules/& alibi/qui nonnullos ad eam dignitatem deuehunt/quos commodius eſſet ad boues religandos/ & ſoluẽdos dirigere. nam ii omni eruditione/& bonitate relucere debent/qui ſacerdotio decorant/eo qđ in tãta dignitate/& poteſtate cõſtituti debẽt eſſe omnibus

mortalibus

Cæſarũ non pluralitas.
Primum eſſe in omnibus.
Entia diſponuntur.
Purgatorii locus.
Iudas fortiſſimus.
Expiationis locus.
Orare p defunctis.
Pontifici multo magis.
Pontifex uicem chriſti.
Poteſtas maior minori.
Eccleſiæ Romanæ credẽdum.
Luthero exploſo.
Martini inſania.
Petri pedes prius.
Humilitatis exemplum.
Chriſti actio.
Martinus leuiter.
Sacramenta diuina.
Sacramenta exigunt.
Sacramenta p ſunt & obſunt.
Sacramenta a ſacerdotibꝰ
Sacerdotis appellatione.
ſacerdotalis ordo regibus
Chriſti reuerentia ad ſacerdotes.
Sacerdotes debent.
Sacerdotis poteſtas.
Præſules romæ & alibi.
Sacerdotales ad dignitatẽ euehi.

mortalibus pulcherrima ſpecula. Petro Chriſtus poteſtatem ligandi & ſol/
uendi dedit. nam tradidit iudiciariam poteſtatem. non poſſunt enim ſacerdo
tes recte iudicare niſi confeſſio intercidat. propterea dando iudiciariam pote
ſtatem/ſequitur ꝙ mandauit confeſſionem ſine qua talis poteſtas exerceri
non pōt/quū oporteat iudicātē cuncta rimari. qd ſi fruſtra eam eſſe datam
improbi dicant/nefandiſſimum extimari debet. quia Deus/& natura nihil
agant fruſtra. imo Chriſtus per os apoſtoli confeſſionem euidenter ordina/
uit/quum dixit ille. confitemini alterutrum peccata ueſtra/ut ſaluemini. At
Lutherus ſolita iracundia præceps ſi eo modo confeſſio/quo dicimus intro
ducta eſt (inquit) nō tantū ſacerdotibus excutienda eſt/ſed cuilibet. quod
nos iſtud ipſum in homine Iracundo & perfido inſaniā appellamus. nā Dei
omnia ſunt perfecta opera/& quanto ens eſt perfectius/tanto diuina proui/
dentia in ipſo apertius apparet ex indito pulcherrimo ordine/ut de his quæ
oculis apparent noſtris liquidius loquamur. uidemus cæleſtia ita operari. nā
Luna & ſydera a ſole ſuum accipiunt lumen & dignius elementorum cælo
propinquiuus collocauit Deus. ſi igitur tantum circa corpora diuina proui
dentia diſpoſuit ordinem/quid exiſtimare debemus in eccleſia quæ ſponſa
& dilectiſſima appellari ſolet/quam proprio fundauit ſanguine & erexit? In
conueniens utiq; eſſet maximū/ſi eccleſiam præbita tanta poteſtate iudicā
di & ſoluendi/inordinatā reliquiſſet. quod utiq; eſſet nulli dubiū/ſi homo
cuilibet homini confiteri poſſet/non tantum ſacerdotibus/quibus data eſt
poteſtas confitendi & diſpenſandi ſacramenta. ſed ualeat ille inſanus cū Ira/
cundia ſua. ſacerdotes alioquin ita debent eſſe ab omni penitus uitio alieni/
ut iracundi nunq̄ ſint/ſed humiles/& probi/& mites. qui ſi boni ſunt/dicū
tur patres/& magiſtri/& ſunt lumen mundi. quorū miniſterio tantū Chriſti
corpus cōſecratur. & ab hiis benedictio populis/& gratia diuina datur. pec
cata remittuntur & delentur & eorū officii merito futura reuelantur. ſi mali
ſunt/& publice concubinam teneant/eorum miſſæ audiri non debēt. quod
nefariæ Martini opinioni aduerſatur/q̄ diu toleratur. non ſunt tamen con
tēnēdæ/quia ipſi non ſuis/ſed Chriſti uerbis ſacramenta conficiunt. Luthe
rus impudens aſſerit confeſſionem non eſſe de lege diuina/& ꝙ ad eam nō
tenemur/niſi quoad Deum. uerū conſtat fuiſſe inſtitutam etiam in lege pri
mæua. nam dominus uocauit Adā inquens Adam ubi es? docet uero Augu/
ſtinus uerba illa eſſe increpantis/& ad confeſſionem incitantis. ſimiliter ad
Caym ubi eſt Abel frater tuus? & ſi noluerit peccatum confiteri/cognouit
tamen Deū ſcire omniū delicta/etiam ſine confeſſione/& ſi exigat confeſ/
ſionem propter humilitatem. Ideo ſubiunxit. ſanguis clamat. & in lege etiā
moſayca tenebantur ad cōfeſſionē generalem per oblationem ſacrificiorū/
ſicut habetur leuitici. c. iiii. in lege autem euāgelica præceptū eſt ad ſpeciale
peccatū. quū dixit ite/& oſtēdite uos ſacerdotibus. & in reſuſcitatiōe Laza
ri ſoluite eū/& ſinite abire. qua dignitate ipſe Lutherus omniū belluarū de
terrimus Ira pcitus cōtra Ro. Ponti. abuſus eſt. uide ergo Alphōſe Vuaſti
princeps/quantū cōſlet incendiū Ira/ut neq; humanū quicq̄ neq; diuinum
relinquat intactū. tam īmenſa huius eſt uis/ut etiam in cuncta præceps ele

Petro chriſt⁹ poteſtatē iudiciariam.
Iudicantem rimari.
Deus & natura.
Confitemini alterutrum.
Lutherus.
Confeſſio an cuilibet.
Dei operas
Ens quo perfectius.
Luna & ſydera a ſole.
Elementorū dignius.
Ordo circa cæleſtia.
Eccleſia dei ſponſa.
Eccleſia fundata.
Sacerdotes uitio ab omni.
Lutherus.
Ira incendiū.
Iræ vis tanta
Ira in elementa.

menta ruat.ipſa quoq; aſtra & cælũ ne dum animalia uiuentia uſtulat. quis
poſſet leonum iram explicare furentẽ? & tigriũ & urſarũ rabiẽ & Aprorũ?
qui quandoq; dum Ira corripiunť/dentibus uibrant ſcintillam.ipſum quis
diceret Mare iraſci quum ſæuit undis/& ſcopulos frangit/littora pulſat &
Ira longe mugitu ſentitur?imo reſupinat undas/& mõtes conflat aquoſos.
tunc uela fugiunt/& piſces diram iraſcentis perniciem euitantes intra uiſce
ra terræ illatebrant ſe ſe.Aerem Ira plenum abhorrent Aues ſeuientibus uẽ
torũ flatibus quoties trux boreas in Auſtrũ iraſcitur/& æſtus & nubes/&
turbines ſtrepũt tonitru/& iaculator fulminis æther.ipſa quoq; parẽs pro
ſtrata pedibus omniũ tremendã cõcipit iram.ruunt tunc culmina montium,
dehiſcunt rupes.tremunt telluris baſes/& motum horrendum Dii manes
ſupra caput ſentiunt.ne in abiſſum cadat ira uerẽtur obſcuri receſſus.audet
maiora Labes Iræ/& ad cælum furit impia/& ſydera pungit iniqua.hinc ani
malia ſentiunt dirá luem.& nos quum fuerit iraſcentis cæli facies/bella ſpe
ctamus/& peſtem/& famem.decidunt fructus.ficantur auenæ. herbæ lan/
guent pecudum pabula.uileſcunt mortaliũ animi/& ob Iram cæli hæc cun
cta fiũt uolubilia.O audacem Irã/& temerariam/quanto uniuerſam machi
nam commoues ſcelere.tu quoq; innocentiã perdis immanior omni beſtia.
Reges & infimos nullo diſcrimine crucias.quid per te ille commiſſit Saul?
qui ob dauidem inuiſum teterrima perdidit ſtrage Abimelechum hoſpi/
tem/& ipſam Nobeã urbẽ nullo diſcrimine ſexus/& qnq; & octoginta ui/
ros ſapiẽtia & diuinatione Illuſtres incẽdio affecit.Ira quoq; incẽſi Stepha/
nũ lapidibus obruere.unde tot ſupplicia a principibus Romano.in ſanctos
Martyres excogitata ſunt niſi inſtigãte Ira? Ira quoq; ſupra cælos aſcendit&
attingit maieſtatem diuinã/quoties aduerſus datas leges delinquimus/quo
ties ad correctionẽ prauitatum genus inſtigat humanum.Iraſcitur Deus/&
iratus corrigit & caſtigat.Ideo ille Dauid macerabať timore/ueritus ne ob
ſcelera cõmiſſa irã Dei ꝓuocaret.Cinerẽ (exclamabat) tamq̃ panẽ mandu
cabã & potũ meũ cum fletu miſcebã a facie iræ indignationis tuæ/quia ele/
uãs alliſiſti me/& alibi plorat.Domine ne in furore tuo arguas me neq; in Ira
tua corripias me.quod neq; Erythrea Sibylla ſuo in ſpiritu tacuit aperte in
quiens.in corruptibilis & cõditor æternus in aere habitans bonis bonum
præferens/iuſtis multo maiorẽ mercedem/iniuſtis autẽ & malis iram & fu/
rorem excitãs.ꝓinde fuge ſceleratas religiones/& uni Deo ſerui.ab adulte/
rio te cõtine/& praua maſculi ꝑ miſtione.propriã generationem crea/& ne
occidas.his enim Deus immortalis iraſcitur/qui hæc agunt. indignať ergo
aduerſus peccatores.unde certũ eſt iraſcẽte Deo olim mare/terrã/& ipſas
ciuitates cũ hoibus cũctis coopuit diluuio rupto/& ob auerſam uenerem
Idumeas urbes redegit ĩ cinerẽ.uide illuſtriſ.dñe quãtũ ira põt.tãtæ eſt potẽ
tiæ furor/ut nihil relinquat itactũ.cui niſi maxĩa cũ prudẽtia reſiſtatis fiatq;
moderatior ĩ prĩcipib⁹/ĩ ſæuitiẽ uerti ſolet. hæc ut cæteros taceã fecit ut Ece
linus nullo tyrãnorũ inferior crudelitate/q uictus ꝓlio ad Soncinum ira in/
fremẽs/ſe ipm in mortẽ deſtinauerit.Ideo iſtã tuo pacatiſſimo ingenio uua
ſti princeps caſtigãdã mittimus/in cuius pectore/licet Iuuenili/tãta uiget

moderatio

Marginal notes:
Ira in elemẽta.
Ira animalia
Iraſci mare.
Ira aues.
Boreas in auſtrum.
Ira in æthere
Ira tellurem.
Ira cælum & ſydera.
Animalia ſentiunt.
Bellũ peſtis & fames a cælo.
Ira cæli mala quanta.
Ira audax & temeraria.
Ira vniuerſã machinam.
Saul dauid.
Nobea ciuitas.
Stephanus lapidibus obrutus.
Supplicia in martyres.
Ira ſupra cælos.
Ira Dei.
Sibylla erithrea.
Iraſcitur quibus Deus.
Vitium contra naturam.
Diluuium ira dei.
Idumeæ vrbes in cinerẽ.
Venus auerſa
Ira in ſæuitiẽ
Ecelinus tyrannus.
Soncinũ apd
Alphonſus vuaſti. marchio.

moderatio, ut facile ſine ira hoſtes uincas, urbes expugnes, paceq́; introducas. Viue ergo fœlix Alphonſe Illuſtriſſime, poſtq̃ ſcis non ſolum repugnãtes uincere, ſed te ipſum. & ita diu, & beate uiue, ut Hieronymi Peboni, qui tuo nomini afficitur, memoriam retineas, ſicut tuæ excellentiæ memoriam in O uiliis meis conſtitui immortalem. Vale fœlix.

ADAGIA LIBRI DECIMISEPTIMI.

Si ira deformat, naturæ inimica eſt.
Q uum numen abeſt, auxilia non ſubſunt.
Sine dei auxilio nil bene fit.
Ingens lætitia nobis eripit ſenſum.
T urpe eſt fraude uincere.
Vincendum eſt uirtute.
Apud inferos ingratitudine nil ſeuerius punitur.
Inimicitias inuicti calami fugit ſapiens.
Nulla fit iactura cum ſapiente negocium.
Senex non fit præſtantior niſi addiſcat.
Prudens ſua, & aliena recte gubernat.
A peritis expedit habere conſilium.
Pluris ſunt facta.q̃ dicta.
Ignem gladio ne fodias.
Q uiſq; fortis generoſus eſt.
V na communis natura eſt omnibus.
Sunt qui modeſtiam, & conſcientiam uertant.
Bonos nulla oratio lædere poteſt.
Virtus etiam apud incognitos lucet.
T urpia facta difficile eſt tegere.
Metuenda ſunt quæ perpetuo nocent.
Acerbũ eſt e ſummo cadere.ſed acerbius nõ reſurgere.
Q uamdiu humi ſerpis cadere non potes.
T riſtitia incerta homini cogitatio mortis eſt.
Futilis cor omnibus aperit.
Multorum commodum dilatatur.
Eundum eſt quo neceſſitas uocat.
Non eſt exhæredãdus filius, ut eccleſia inſtituatur.
Priceps bon⁹ & publicis, & priuatis cõſulit cõmodis.
Orphanis opitulandum eſt.
Finis & principium belli non in eiuſdem ſunt arbitrio.
Nobilitas, & opes tutandæ ſunt uirtute.
Bonis eſt naturale benefacere.
Ingratus patriæ iugulat natales.
Omnia uirtute domantur.
Virtute præditus ſecunda, & aduerſa pro faſciculo habet.

Terræ fœcunditas longo tractu diminuitur.
Nugis hominem medici perpetuant.
Quo circuitu fœcundantur eodem macrent.
Aeris temperantia prodeſt ingeniis.
Velle in diuinis eſt poſſe.
Cum prudentia cohæret uis libera.
Sanis præcipue etiam opus eſt medico.
Ieiunium ſolum laborat pane.
Senes/ſtudioſi/& pueri immunes ſunt a ieiunio.
Minerua reſecat neruos.
Quæ fructus producunt ſapiens ſeminat.
Solus diues nunc ſapiens dicitur.
Finis non adiungitur niſi pede dei.
Trahitur naturale artis digito.
Pro fide omnia tolleranda ſunt.
Res hominum a deo non negliguntur.
Diuina ope in omnibus opus eſt.
Sine ſapientia non eſt ratio/non regula/non ordo.
Deus homini maxime proficit.
Homini neceſſaria lex.& mutua congregatio.
Deus non deeſt neceſſariis.
Nil occultum quod non fiat manifeſtum.
Regnum diuiſum non permanet.
Tempus uitæ præfixum poteſt minui non prorogari.
Corpus ſanum non eſt pharmacis inſtigandum.
Cuilibet diuinus cuſtos eſt proprius.
Magna eſt cupiditas mulieris circa prolem.
Stulti uerbis/ſapientes factis operantur.
Iram/& linguam frenat prudens.
Ex fructu cognoſcitur arbor.
Quod ex ore exit hominem inficit.
Iuuenum iactātia/& ſuperbia ſenum/paruit odium.
Grata requies itinere feſſis.
Ruſtica petitio obaudienda eſt.
Decet uirum aggredi præclara.
Segnes non aſſequuntur palmam.
Priſcorum nomina filiis imponimus.
Mas & fœmina ſimul omnia poſſunt.
Inuido plus nocet inuidia/q̄ alteri.
Liuor ſumma petit.
Domat omnia tempus indomitum.
Penitus eſt cæcus qui ſolem uidere nequit.
Non iuuat ſcuto uti aduerſus fatum.
Non eſt ſol facibus illuſtrandus.

Conſilium ſeni/iuueni uoluptas eſt.
Mors præſtat omnia præter ſenſum.
Vſus uenit ab annis ſeris.
Ante cineres quis non eſt fœlix.
Deus eſt ſumma ueritas/& non mentitur:
Primogenito regnum relinquendum eſt.
Parua magnis non ſunt comparanda.
Subditi plurium dominio non ſunt grauãdi.
Poteſtas conſortis eſt impatiens.
Vni plurima copia facit inopiam.
Bellaria ſunt ſatietatis ſolatia.
Vinum ſuaue alimentum/ſi uis aberit.
Male ambobus ſi cæcus cæcum ducit.
Credenti omnia nihil eſt impoſſibile.
Fortuna in ſecundis formidoloſa eſt.
Fragilitatis humanæ infinita ſunt exempla.
Paſtores ouium ſerui ſunt ouium.
Scire quæ neſcimus eſt ſcire quæ ſcimus.
Calumnia/& inuidia inimicantur bonis.
Iniuriã inſerre/& maioribus nõ obedire ẽ de/
Pecuniã nõ uirtutẽ curamus. (ſcriptio neq̃.
Homo ad uitia facilis eſt.
Ira non durat in prudente.
Malum malo eiicitur.
Ingratum omnes odere.
Quod ſemel ſtatuendum eſt diu cogitandũ.
Facile crimina credere non debemus.
Ingens ſupplicium ſæpe mentiri cogit.
Ex uitio alterius ſapiens cautus eſt.
Non ẽ tã ſubtilis capillus/q umbrã nõ faciat.
Iuſti ſubterfugiens iudicium delictũ fatetur.
Furore ſæpe læditur patientia.
Qui fidem perdit omnia amittit.
Quædã nõ noſce/utilius eſt q̃ ſcire.
Aliquando utile eſt obliuiſci.
Fortuna nunq̃ indulgenter parcit.
Gradatim faciendus eſt aſcenſus.
Nunq̃ euenit ſimplex infortunium.
Gloriæ cuſtodia admodum difficilis eſt.
Definimus ab homine quum iraſcimur.
Quã durũ ẽ ab illis lædi de qbus cõqueri nõ
Magna in uirtute fiducia eſt. (poſſumus.
In aliena arte nemo recte conſulit.
Quilibet de Republica conſulit.

Honorantibus parentes eſt deus obſes.
Iuuenum moreſimitantur nubes.
Filio ſenex pater eſt iconiſma.
Agreſte eſt iuſta petenti non annuere.
Prolixitas faſtidioſa eſt.
Præclara uirtus neq; datur dono / neq; accipitur.
Munditiæ mulieribus / uiris labor conuenit.
Ignauia nemo immortalis factus eſt.
Timidis uirtutem uerba non addunt.
Compos uoti nouitatem non appetit.
Ciues fidi fiunt non onerantibus.
Serpentum uenenum acriter ſiti accenditur.
Nimio potu furor hominis imitatur.
Cibus & potus hoſtes habent ſedandos nõ obruẽdos.
Temeritas aliquando uirtutis gradũ iniuſte attigit.
Nobile eſt cuiuſuis famam non lædere.
Melius eſt amicos / q̃ ſeruos acquirere.
Tutius eſt malos placare / q̃ bonos non lædere.
Tutius eſt uolentibus / q̃ coactis imperare.
Inuictus eſt qui beneficiis non uincitur.
Res hũanæ ideo fluxæ qa modo fœlices modo aduerſæ
Virtus paucorum quandoq; ualidior.
Pernicioſior eſt adulatio / q̃ minæ.
Magis credere debet qs ſibi / q̃ alteri.
Apes mel habet in ore / uenenum in cauda.
Dum credit placere ſtultus diſplicet.
Non pœnitet conſulto agens.
Tela præuiſa minus lædunt.
Iuuenum non eſt ſanum conſilium.
Ira / celeritas / & cupiditas conſilio aduerſantur.
Homines experiri multoties paupertas cogit.
Melius eſt hæredem habere / q̃ quærere.
Non eſt ingenui indignum rogare.
Auarus aliis malus / ſibi peſſimus.
Qui celeriter beneficium confert / bis confert.
Inops eſt diues qui diuitiis uti neſcit.
Ingrati faciunt ut pauci benefaciant.
Diuitiæ labor̃ acqrunt̃ / timore cõſeruant̃ / dolor̃ amit
Interdũ paruus lapis magnũ currũ euertit. (tunt̃.
Alieno exemplo ſapiens addiſcit.
Omnis adulatio plena eſt ueneni.
Hamus mortiferam eſcã p̃bet / & magnũ piſcẽ trahit.
Rationi aſſentiri decet.
In paruis experimenta fieri debent.

Perſuaſio mirum eſt artificium.
Mora prudentiæ amicatur.
In re ſua qui male uerſať alteri nõ bñ cõſulit
Omnia ſano conſilio bene firmantur.
Abſtinẽtia caſtũ/aſſiduitas hoiem ĩgẽioſũ eſ
Plurimus riſus detegit dementiam. (ficit.
Familiaritas uitiorum/& uirtutum teſtis eſt.
Qui iniuſte iudicat iuſte iudicabitur.
Grauiſſimi ſunt morſus neceſſitatis.
Iniuſte quæritur quod neglĩgẽtia amiſſimus
Senectus per ſe grauis duplicat curam.
Vita & mors iuris naturæ ſunt.
Nil pernicioſius eſt maledictione paterna.
Vhe ubi puer dominatur.
Exemplo aliorum mali puniuntur.
Factum infectum eſſe non poteſt.
Princeps non puniẽs delicta/delictorũ cã ẽ.
Homicida ut plurimum male perit.
De male acquiſitis nemo diutiſſime gaudet.
Amori timor comes eſt.
Nihil humana natura imbecillius eſt.
Boni mores/& bonæ actiões a bõis ꝓuẽiũt.
Pauci paupertatem generoſe ferunt.
Pecunia oi in re opus eſt & eſt belli neruus.
Multis uitiis obruti peſſum eant neceſſe eſt.
Vbi eſt infamia/ ibi eſt turpitudo.
Alii alios queſtus ſequuntur.
Omnes omnia proprio commodo perpẽdũt
Finis libertatis non eſt excedendus.
Sine ratione non retinetur medium.
Qui dat ut accipiat fœnerator eſt.
Turpe eſt ſibi ſoli uiuere/& mori.
Propter aduerſa ingenuus nõ ſit aĩo abiecto.
Leo non ſatis recte inter pecudes uerſatur.
Libertatis dulcedinem etiã belluæ appetũt.
Multæ mulierum libertate claudicant.
Ipſæ ẽt mulieres dñant neglĩgẽtibꝰ libertatẽ
Arte aliqui fiunt/alii natura magis præualẽt
Qui donat indignis iacturam quærit.
Dantis/& accipientis habenda eſt ratio.
Inſignis gloria prouenit ex uirtute.
Nõ ẽ qd rectũ ſine mẽſura & opportũo tpe.
Pauper probus habet uectigal.
Sanus mendicans non parum ægrotat.

Iuſdicens & teſtis & iudex eſſe non poteſt.
Frons caperata liberalitatem inficit.
Q uæ multis ſũt cõmoda in paucos cõferri nõ debẽt.
Dona uerborum cultu creſcunt.
De fama certant qui maiora non cupiunt.
Retributio circino comprobatur.
Q ui referre nequit gratias non muteſcat.
Magna munera ſæpe ſunt exigua reſpectu meritorũ.
Cani latranti occurre offulis.
Beneficio prouocantem gloria eſt uincere.
Virtus eſt patrocinanda.
Q ui male imperat non diu regnat.
Frequenter nubens curas multiplicat.
Aegritudo animi alios dolores antecedit.
Magna fortuna magno animo conueniens eſt.
Arridere ridentibus ſignum eſt adulationis.
Oculis animus imperare debet.
Non eſt proprium quod cito mutari poteſt.
Periculum periculo ſuperatur.
Libenter moritur qui bene uixit.
Auaro non deeſt cauſa repulſæ.
Magni animi eſt magna deſpicere.
Facta cernimus/animus uideri non poteſt.
Conſcientia prima eſt ultrix malorum.
Nec procliuis ad accuſandum/nec facilis ad laudãdũ
Raro peccat qui nulla loca putat eſſe ſine teſte.
Deus eſt ubiq.
Inexpugnabilis ciuitas ſi ciues amici ſunt.
Non eſt ſcelus ſcelere uindicandum.
Nullum animal maiori arte tractandum eſt/q̃ homo.
Nemo inuitus peccat.
Nemo præclarius in principe/q̃ legibus uiuere.
Oculi hominum ſunt inſatiabiles.
Gregem tuum conſidera.
Corruet qui ceruicis eſt duræ.
Imprudens princeps multos opprimit per calumniã.
Liberalis diu uiuet.
Vhe ubi regnat impius.
Summo imperio multa eſt cura.
Senectuti mors propior eſt.
Malus mauult mercede delinq̃re q̃ gratis recta facere.
Seneſcunt uires.
Dolus cauendus eſt.
Res plus ualent q̃ uerba.

Mortales fabri fortunæ ſunt.
Peſſimus quiſq; rectorem aſperrime patitur.
Imperia crudelia magis acerba q̃ diuturna ſunt.
Sapientes ſpe ocii labores patiuntur.
Qui uehementer emungit elicit ſanguinem.
Multiforme bonum exiſtit.
Surdo altius q̃ cæteris inclamandum eſt.
Præliandum eſt tantum cum uitiis.
Non decet uti nimia breuitate.
Omne ſolum forti, ſicut æquor eſt piſcibus.
Deteriora ſunt odia tecta, q̃ aperta.
Proximus eſt innocenti qui uerecũde peccatũ fatetur.
Conuitium ſibi facit qui cũ ſtulto contendit.
Plures famam, q̃ conſcientiam uerentur.
Fallax eſt gratia, & fragilis eſt pulchritudo.
Pro nihilo habendum eſt quicquid in orbe conſpicitur.
Improbi ambabus manibus ſunt appræhendendi.
Purgatio animæ eſt praua amputare.
Ignorantia eſt animæ dementia.
Pictor exemplaria ſequitur.
Furoris diuerſa ſunt genera.
Difficile eſt principibus conſilium dare.
Cunctis animalibus ſunt aliquæ naturæ dotes.
Vt uiuamus artes ſunt neceſſariæ.
Seruis uix eſt ſenſus integer.
Homo difficile domatur.
Poſſeſſio hominis eſt difficillima.
Cogitanti omnia ueniunt in promptu.
Vis inertis tantum in lingua conſiſtit.
Occulta pericula difficile uitamus.
Sæpe diuites amittũt, quæ uirtute inopes acq̃ſiuerunt.
Opulentia ſæpe uirtutem ſuperat.
Propter uoluptatem animus a uero deficit.
Dolet iuſtus ſi officium ſuum prætermittitur.
Conſulendum eſt potius utilitati publicæ, q̃ priuatæ.
Vltimus actus non eſt negligendus.
Vbi diuitiæ ſunt in pretio uilis habetur uirtus.
Mortis timor eſt peior morte.
Non eſt generoſi incautum aggredi.
Benefaciens benemerito non dat, ſed accipit bñficiũ.
Senectus admonet ultimum uitæ terminum adeſſe.
Magna eſt tyranni miſeria.
Tyrannus etiam ipſos cuſtodes ueretur.
Qui uult amari æqualem ſe omnibus exhibeat.

Temeritas& iuuẽtutis iſcitia inũeros hoīes pdidit
Nil eſt ſub ſole niſi uanitas.
Apud mortales nihil eſt æternum niſi ſenſus.
Ignoramus quem hæredem ſimus habituri.
Dies noſtri mœrore pleni ſunt.
Cuncta ſuo in tempore bona ſunt:
Nil melius q̄ lætari/& bene uiuere.
Etiam ſerui non ſunt iniuriandi.
Amor populorum ualidiſſimus murus.
Beneficiorum exprobatio liberalitatem fœdat.
Ad agendum/atq; intelligendum nati ſumus.
Ratio omnium honeſtarum actionũ magiſtra ē.
Probitas & bōitas ſunt ptes inocẽtiæ & iuſticiæ.
Homo homini debet.
Aequabile medium locum obtinet.
Maleficio contrariatur beneficium.
Non eſt uitioſus officioſus.
In benefaciendo non fit exceſſus.
In omni uirtutis genere peccari poteſt.
Improbos a natura iuuat malefacere.
Non ſufficit conſilium ubi opus eſt opera.
Res maximæ conſilio perficiuntur.
Vires abſq; conſilio fruſtrantur.
Acerbitas detrahit beneficio.
Promptitudine gratius fit beneficium.
Omnis etiam princeps eget alterius opera.
Nō eſt tā impotēs q nō poſſet aliqualiter pdeſſe.
Non eſt benefaciendum cū alterius detrimento.
Inuitus aliquando medetur.
Inuito non bene fit.

F I N I S.

Liber Decimus Octauus Ad Illuſtriſſimum Federicum Gonzagã Ducẽ Mantuae de charitate.

Illuſtriſſi. ac Magnanimo Federico Gonzagae Duci Mātuaeq Inclyto Hieronymus perbonus Inciſae Marchio Foeliciter Agere.

FECIT tua in omnes bonos charitas/& ſingularis beni
Federicus dux mantuæ
uolentia/& hoſpitalitas/ut te omnes colant/obſeruent/
& ament.ea es compoſitione/& dotibus animi & corpo
ris a natura decoratus/ut ex te/tuiſq officiis/non niſi
præclarum/pretioſum/magnificumq emanet.& locū
per omnes mundi partes famigeratū ita omnibus uirtuti
bus/& moribus ciuilibus ornas/ut nil uideatur maius
addi poſſe tuæ fœlicitati q̄ id quod poſſides. Vrbem in
primis præclariſſimam atq naturæ beneficio inſuperabilem/ubi tantam be
Mantua inſuperabilis.
niuolentiam ab omnibus recipis/tantum tuæ excellentiæ deſiderium/ut ni
hil altius ſpectent tui ciues/q̄ tui animi egregiam charitatem in cunctos dif
fuſam.Iuuenis & ingenii acumine/& uiribus corporis ualidis auctus/& ea
potentia munitus tantam omnibus ad te uenientibus manſuetudinem & li
beralitatē oſtendis/ut nemo etiā remotiſſimis in partibus degens ſit hæc au
Perbonus ſenex ad ouilias.
diens/qui a tuis laudibus abſtinere poſſit. Nos quia ad O uilias noſtras/
uelut ad ſenectutis portum poſt longā p hoc uaſtum pelagus agitationem
nauiculam uitæ noſtræ reduximus/ubi recollectis actionum noſtrarum ſar
cinulis ea temptamus promere/quæ poſteris de nobis fidem faciant/multa
ex ingenio excuſſimus.in quibus ut auctoritatem aliq̄ adderemus/tuū im
mortale nomen interpoſuimus/ut illius ſplendore/qui ſatis per omnes regū
aulas eminentiſſime incedit/noſtra hæc quæ ſub oſcuro iacent lumen euidē
tius capiant.non es inter principes leue ſydus/ſed fulgentiſſimū.Dux nanq
Pax optima
belli acerrimus/& pacis optimæ cuſtos/quæ periculoſa in adoleſcentibus
annis euenere/ita tua eruditione militandi/&animi præſtātia es executus/
Annibal ſagax.
ut ſagacitate pœno Annibali/celeritate Iulio Cæſari/cunctatione Fabio Ma
Iulius cæſar celer.
ximo fueris cōparatus.Es eo loco eminentiſſima urbe uelut in ſpecula con
Fabius maximus cunctator.
ſtitutus/& temporum & rerum conditiones/Regum ſingulos motus ita
perpendis/ita metiris/ut ante pedes ſumma prudentia quicquid alibi in ab
dito cudunt/depræhendis/ut aperte docuiſti/quantum tuo ſublimi inge
Papia a duce mantuæ conſeruata.
nio uales in conſeruanda Ticini urbe.Nam impoſſibile multi exiſtimabant
ciuitatem illam a tam ualido Gallorum exercitu potuiſſe defendi.quāobrem
Gallorū exercitus validus
non immerito te milites Italicum Martem appellant.ſed neq tantum fama
Mars italus.
paſſim efficit te armis/& uirtute militandi promptiſſimum ad hoſtes uincen

dos/ ad amicos tutandos/ſed pace eo animo a natura compoſitum/utq; opti/
mos quoſq; acerrime defendas.ſunt enim mihi hæc comperta literis/ tuam
excellentiam ex ſua optima benefaciendi conſuetudine/ quæ te immortali
Deo proximum efficit/non leuem pro me operam dediſſe/ut bona illa/quæ
nobis ſine ulla cauſa in agro Tridentino ablata ſunt/reſtituantur.quod iam
proculdubio effeciſſes/ſi adeſſet Epiſcopus & princeps Tridenti/& inte/
gerrimus ſenator Andreas Burgeus/cui ea quæ mihi illic iniq; patrata ſunt
plurimum diſplicuere/ut longe diſſimilia a iuſtiſſimi Cæſaris conſuetudi/
ne.ea bona/& agellos in ea regione mihi/& filiis meis ea ratione multo auri
effuſo comparaueram/ut ad omnes fortunæ inſidias ſub Cæſaris partibus
quas ſemper obſeruaui & colui/illic cum familia me reducerem. nō eſt mei
moris beneficia exprobrare.liquidius luce apparet quid egerimus pro com/
modo/pro honore/pro imperio Auſtralium principum. quemadmodum
Diuus Cæſar Maximilianus in priuilegiis mihi conceſſis longo uerborum
ornatu commemorat.Obiiciunt noſtrum Mediolano receſſum.quid habēt
quod obiicere poſſint/quum id natura cuilibet animali præbuit intemera/
tum/ut ſe ſuamq; uitam conſeruet & defendat: de iniuriis eo tempore mihi
illatis ſatis eſt commonitus Reuerendiſſimus Caracius Religionis decus/
& ſpecimen/teſtis utiq; omni exceptione maior.quamobrem tua eſt uera ma
gnitudo animi excellentiſſime Federice/tua imenſa gratia/&(quod maius
dici non poteſt)tua charitas/qua motus erga me/pro rebus meis defenden
dis partes accepiſti.pro tanto beneficio/pro tanta hac gratia Deos immorta
les oro/ut te/tuos/urbem tuam/uota tua/uxorē tuam/filios quos habes/
& habiturus es/& imperia noua quæ adepturus es/ſecundent/& fœlicitēt.
Ego ut uideat a gratitudine animum non amouiſſe libellum/quem de chari
tate inſigniui/tuo excellentiſſimo nomini dedicaui/ut per hunc poſteri co/
gnoſcant/quantū pro tuis meritis tibi Illuſtriſſime princeps/& familiæ tuæ
ego & poſteri mei debebunt. Vale diu fœliciter princeps optime/atq; perpe
tuo benignitas cæli tuis uotis illuceſcat.Ex Ouiliis.

Beneficium ducis mātuæ in perbonū.
Tridentinus princeps.
Andreas burgeus.
Bona a perboni in agro tridentino.
Perbonus partes cæſaris.
Perbon⁹ pro auſtralibus.
Perboni priuilegia a cæſare maximiliano.
Perbonus e mediolano.
Deffenſio naturalis.
Caracius.
Perboni vota pro duce mātuæ.
Federici imperia noua.
Libellus de charitate.

Ad Illuſtriſſimum Federicum Gonzagam Mantuae ducē Primum Hieronymi Per boni Marchionis In/ciſae & domini Oui liaruꝫ Libellus de charitate.

PARVA ex uirtutibus ſtudioſa actio ſolet quandoq; ma
gnos excitare amores Illuſtriſ. Dux Federice domus Gō
zaicæ glorioſum ornamētū. illa tua beniuolētia/quā er
ga meas res oſtēdiſti/fecit/ut dū meas has recolerē Oui
lias/de charitate hunc cōcinarē librū. Et quia non uno
iſto tuo admonitus ſum exēplo/ſed plurimis quæ i dies
tua excellētia erga amicos uiroſq; ꝓbos egregie oſtēdit/
putaui eſſe iuri cōueniēs iri dedicatū tuo animo/ poſtq̄
eſt tā facundus/tam exuberās ea excellentiſſima uirtute/qua quis bene uti
tur/facile cunctas uirtutes ancillātes/& obſequētes habet. proſpicies quan
tū in te hæc emineat/ſi interdū ad Ouilias noſtras hoſpitaberis. illud impri
mis uelut initium/apud conuiuas ſaporū a me offertur/q; Rex/q; pīceps
quiſq; ſit ille q charitatis utitur uehiculo in ſuos ciues/beniuolos/ amicos/
ſubditos/paupes/& peregrinos in æternū ſuo principatu/& ſtatu firmabit.
contemplor id maxime tuis per longa ſæcula conſuetū fuiſſe/ quū uideam
nobiliſſimam familiam diu/& magnifice/ & ornatiſſime/ & cum maxima
apud omnes reges auctoritate regnaſſe. idq; ſolet immortalis Deus pro in/
genti cōdonare beneficio iis/qui mentē charitatis delitiis omnibus exhibēt.
ideo mirū non eſt/ſi tua præclariſſima ciuitas Mantua in tanto Italiæ incen
dio fuerit non ſolū immunis reſeruata/ſed inter alias urbes florentiſſima re
bus cunctis/& tutiſſima euaſerit. Et omnes/ni ingratitudine aliqua corripi
uelint/dicere poſſunt Mantuā fuiſſe oīs nobilitatis/& principū fugiētiū ur
gentē calamitatē/& bellicos furores portū atq; refugiū ſecuriſſimum. fuere
hæc beneficia tantū mortali generi grata/ut per totū orbē de tua excellentia
deq; eius imēſa charitatis officioſitate/de tuis humaniſſimis ciuibus ſermo
honoratiſſimus habeat & celebret. Peregrini oēs/q cum natis & uxoribus
illic reſedere ut euitarēt tātos bellicos furores/ita de beniuolētia ueſtrorū ci
uiū loquunt/ſdeq; tā expreſſa charitate/ut hodie Mātua ſit cōſtituta ſedes
oīum delitiarū/oīum amorū/oīumq; amœnitatū. illic benignitas/illic uiuen
di ſecuritas/illic ſuauis iuſticia/amicitia/ hoſpitalitas/cōmertia iucūda/om
niū uirtutū ſpectacula & rerū oīum copia/ut uere illic repeti poſſit/ & per
oēs urbis regiones a pueris cātari/qd Paulus diuinus cōcionator p orbem

Actio ſtudioſa.
Federicus primus dux.
Federici ducis charitas.
charitate qui vtitur.
Princeps firmabitur.
Gonzalca familia.
Mātua vrbs Florentiſſima
Mantua portus extortū.
Mātua ſedes Mātuæ ſunt.
Paulus diuinus concionator.
Charitas eſt.

expreſſit.charitas benigna eſt.non æmulatur.non agit perperã.nõ inflatur.
non ambitioſa eſt.nõ irritatᷣ.non cogitat malum.non gaudet ſuꝑ iniquitate.
omnia bona ſperat.oĩa ſuſtinet.hæc oĩa tuo ꝓ pulcherrimo ingenio/& natu
ra excellenti in tua patria uigẽt/& lucẽt.Ideo ad tuã excellentiã floribus his
charitatis plenũ uaſculũ apporto.ubi ſi introſpicies/primariũ uidebis florẽ
charitatis/q̃ eſt arctiſſima animi affectio/qua ante oĩa diligitᷣ ſummus Deus
ꝓpter ſe.inde ſecũdus flos/ diligitᷣ ꝓximus ꝓpter Deũ.hæc erit illa charita
tis gratia/q̃ amoris uniq; ſpecies eſt/qñ amor ad oĩa ptinet.charitas tantũ ho
mines amplectitᷣ/q̃ charitas habet plurimos gradus.maior enim charitas de
betᷣ parentibus/imprimis tamẽ patriæ/ꝓximo/uxori/& liberis.deinceps re
liquis.quamq̃ multi exiſtimare uidentᷣ ꝑfectiſſimã charitatẽ in hoc uitæ cur
riculo haberi non poſſe.multæ interdũ facies charitatis fictæ ſpectantur inter
ſimulatores & uafros hoĩes.illa neq; ſolida/neq; firma haberi põt quæ in ad
uerſis nõ ꝑmanet integra/ſed ad oẽm fortunæ reflatũ uacillat & labitᷣ. Ideo
dixit ille/nõ agit ꝑperã.neq; illa q̃ nõ amicis ſuccurrit quũ urget neceſſitas/
quũ diſcrimia ꝑmũt/quũ aduerſa obruũt/ꝓpterea qđ charitas benigna eſt.
neq; illa charitas eſt q̃ ſuffulta ueneni ĩſidiis/& liuore tacita in receſſuq; pun
git/ odit/detrahit/& ſuſurrat/qñ uera illa gr̃a & candidus amor non æmu
latur.neq; is charitatis limẽ attigit q oĩbus ſuis ſecũ gaudet/nihilq; extra cõ
fert/ſed tum et de ſe iactat & de ſe loquitᷣ.Ideo dixit cæleſtis uates nõ inflatᷣ
nõ ãbitioſa ẽ/nõ irritatᷣ.illi ſane ueſtigia charitatis nõ norũt/q de ꝓximo q̃q;
oĩa obliq̃s cõſpiciũt oculis/i ꝑtẽ deteriorẽ accipiũt.Ideo ſcriptũ ẽ/charitas
nõ cogitat malũ.ꝓpterea a cõſortio charitatis excludunt oẽs q aliẽis ĩcõmo
dis pigueſcũt/ridẽt/& oblatrãt.nõ.n.hæc uera charitas facit/q̃ ñ gaudet ſu
per iniq̃tate.lõge ab hac cæleſti uirtute uiuũt illi/q ꝑturbato aĩo oĩa aduerſa
reformidãt.caſurũ putãt cælũ/orbẽ ĩcẽdio flagraturũ/peſtẽ/famẽ/cædẽq;
ubiq; adeſſe cõtiuo tremiſcũt/qñ uera charitas oĩa bona ſperat/oĩa ſuſtinet.
nõ ſpe/nõ fide ullis ĩ aduerſis cadere põt.ſtetit ĩ hac charitatis conſtãtia tua
excel.q ĩ oĩbus Italiæ infortuniis quoſcũq; ad tuã ꝑclariſſimã urbẽ ꝑfectos
inita charitatis gr̃a amplexꝰ es/iuuiſti/fouiſti/ſecuros reddidiſti poſtmodũ
ꝓpriis larībꝰ.ꝓ q̃ te dabit tibi Excelẽ. dux ĩmortalis Deꝰ gr̃am/ut maiora
habeas/ut maiora poſſideas/ut tua inuicta urbs fiat humani gñis delitiarũ
gremiũ/poſtq̃ ſciuerit uti ĩ ꝓximos tãto charitatis officio.qđ ad hæc iactare
poſſũt nonnullæ urbes/q̃ ab his opãdis alienæ fuereᷣ q; diuitiis abundẽt/
q; ꝑclaris ædibꝰ/q; ĩexpugnabilibꝰ mœnibꝰ ſint cinctæ/q; impiũ habeãt.qđ
hæc oĩa ꝓſũt ſi aliis nõ ꝓfuereᷣ audi qđ ille retonuit ad uniuerſos orbis cul
tores.ſi liguis hoĩum loq̄r & angelorũ/ſi oẽm quoq; haberẽ rerũ ui/ & cha
ritatẽ ñ habeã/factꝰ ſum uelut æs ſonãs aut cibalũ tiniẽs .habeãt dũ hñt/&
teneãt dũ tenẽtᷣ qđ poſtremũ eritᷣ uaneſcet. At illi pricipes/illæ urbes/q̃ in
aduerſis aliorũ ĩfortũia ſubleuãda recipiũt/fiũt ꝑfecto naturæ cæleſtis.ſicut
tua ꝑclariſſima urbs/ſicut tui ciues/q tuæ excel.moti exẽplo/plurimã nobi
litatẽ iſtuc ꝓfugã miris opibꝰ ãplexi ſũt.quãtũ ſit illis q mala hæc patiuntᷣ/
refrigeriũ potero ego cũ uxore mea/cũ liberis meis/cũ familia mea uerã exi
bere fidẽ.q ꝓcul patria ſine cauſa ab iniq̃s hoſtibus expulſus per deuia &

aſpera

Marginal notes:

Charitas eſt.
Mantuæ ui-
gent.
Charitatis ua
ſculum.
Charitatis
duo flores.
Amor ad
omnia.
Charitas ad
homines.
charitas debe
tur.
Charitas per
fecta.
Charitatis fa
cies fictæ.
Charitas nõ
eſt integra.
Charitas be-
nigna eſt.
Charitas nõ
eſt.
Charitatis li
men.
Paulus cæle
ſtis uates.
Charitatẽ nõ
norunt.
charitatis a
cõſortio.
charitas cæ
leſtis uirtus.
Charitas ue-
ra.
Charitas ca-
dere non.
Federicꝰ dux
charitatem.
Federicꝰ dux
habebit.
Mãtua inui-
cta.
Mantua deli
tiarũ gremiũ.
Paulꝰ ad co
rynthios.
Naturæ cæle
ſtis.
Mantuani ci
ues.
Perbonꝰ cũ
familia

aſpera alpiũ Germaniæ montium ſum uagatus.quo exilio ſi quis opem ali/
quam porrexerit/non alius q̄ heros exiſtimabitur a me/& uir diuinus. tunc
uera quæ fuerit charitas aperte noui.tunc eam quæ coniugii ſancta iura ſer/
uat/quum eam qua erga natos conſeruauerat pietas/ aderat mecum chariſ/
ſima coniunx/quam iam uiginti octo anni agunt ſummus Deus mihi con/
iunxerat.neq; tot laboribus etiam proprio lacte fouendo infantes parcebat.
modo ſumma cum prudentia.& charitate me adhortari ad bene ſperandum/
ut aduerſa uiriliter & æquo animo ferrem.cuius proſpecta charitate procul/
dubio reſaneſcebã.atq; ita exiſtimabam/ob tam plenum charitatis pectus mi
hi fœliciſſimas adueniſſe nuptias/ex quibus tot filii prodiere animi & cor/
poris tantis dotibus decorati/qui nil maius habent/nil magis inſitum in mẽ/
te portãt/q̄ parentibus obedire.tantus mihi uxoris dilectæ & filiorũ charita/
tis cumulus accidit/ut nefas præteriiſſe exiſtimẽ/ſi dũ de charitate loquor/
eorũ officia nõ meminiſſem.parcãt ii qui nullos experti ſunt cõiugii nexus/
ſi repetã q̄ mihi pudica uxor adſit/q̄ amans uiri ſui/q̄ rerum pro tempore fa
miliarium parca/quantum lites fugiat/quantum cætera omnia bona obſer/
uet ad uſum uitæ/ad inſtruendos filios.q; ſi quis non norit charitatis ſemi/
tas/in his officiis introſpiciat.det tibi ſummus Deus Dux inclyte uxorem/
quæ ſumma te amplectatur charitate/ex qua pulcherrimam auguramur pro
lem/ut tantum familiæ ſplendorem augeat & conſeruet/ut Italicum nomen
geſtis præclariſſimis magnificet/& illuſtret/famamq; per totum diffundat
orbem.Gonzaicam domum uſq; ad aſtra euehat immortalitate geſtorũ ita/
ut tua excellẽtia meret/ut tui mores humaniſſimi/ut tua mens omnis chari
tatis capax exoptat.neq; prætereo quot & quanta beneficia ex tui animi be/
nignitate emanent.neq; ut quidam faciunt facis/qui ad captanda hominum
præconia multa errogant/ ſed occultis officioſus uiis ante conſpectum Dei
tua munera operibus diſpergis/ubi uera charitas eluceſcit/& integra perma
net.ſic tua eſt eleemoſyna/ quæ charitatis matris gremio fluit/ut ægrotis/
pupillis/egentibus/uiduis/& peregrinis miram & occultam opẽ ferat.mul
tos adiuuas/qui ope paterna deſtituti ad optimas diſciplinas anhelant/ad
philoſophiam/ad ciuiles cognitiones/nec ad ſummum poſſunt peruenire
inopia & occulto foues/erigis/ſuſtines.ſic Adrianus imperator maximus iu/
uenes anhelantes ad præclaras uirtutes locupletabat.Hæc eſt ergo illa beni/
gnitas a charitate orta/quæ omnium auditu maximam concitat beniuolen/
tiam.ſic tui animi hæc pietas latiſſime patet.Antoninus imperator adhuc ui
uit.ob illam egregiam pietatem.qui quum animaduertiſſet amicum ad ino/
piam redactum/poculo argenteo iuuit quum nummi p̄manibus non adeſ/
ſent.ſic iugiter faciebat Alexander Macedo/qui regium eſſe affirmabat bo
nis continuo opem ferre.ſed tu maiora facis.ſoles enim non tantum bonos/
ſed eos a quibus male audias ſæpe multis augere officiis ratus nihil fore pul
chrius/q̄ eos clementia & beneficentia deuincere/reducereq; ad probitatem.
profecto Deum imitaris quum manum inopi aperis.operoſius ſane eſt ino/
pes in fame paſcere q̄ columnas magna impenſa erigere in capitolium . Ideo
cecinit ille. Beatus homo qui miſeretur & commodat . Ideo multi non

Perbõi vxor.
Per annos vigintiocto.
Blancæ vxoris perboni charitas.
Perboni nuptiæ fœlices.
Perboni filii.
Perboni filiorum officia.
Charitatis ſemitæ.
Gonzaica domus.
Federici ducis charitas vera.
Eleemoſyna charitate.
Inopia non poſſunt.
Adrianus imperator ſtudioſos.
Charitas beniuolentiam
Antoninus imperator.
Alexander macedo.
Regnum eẽ.
Fœdericus dux.
Inopi manũ aperire.
Inopes paſcere.
Miſeretur. qui.

ſunt laude digni/q qcqd lucro apponit/erogāt i canes & equos omni poſthabita pauperū ratione. At quātū alieni hi ſint a charitate exitus ſæpe eorū oſtendit/qn̄ plerūq; incidunt in maximā calamitatem/qua non aliter admoneri poterāt quantū debeāt proximis egentibus. poteſt ipſe oim creator illico adeſſe omnibus/ſed nobis reliqt hæc pleraq; agenda/ut prope ſe mereamur locū cōſequi. eſt eni eleemoſyna opus pretioſum ex miſericordia ortum propter Deū. quod tripliciter fieri poteſt/aut ratione corporis ut egenti donare/aut ſpirituale reſpicit cauſam/quū iniurias remittimus/aut quū corrigimus delinquentes. initiū tamen charitatis habet a ſeipſo. nā ſcriptū eſt. miſerere animæ tuæ placēs deo. ue urbi in qua eleemoſynæ pauperibus ſubtrahuntur. tunc ſentimus iratū numen. tunc orbis fame & penuria premit/tametſi grata non accidit Deo/quæ fit ex male acquiſitis. ſimul ille ſciat ſe hominem occiſurū/qui ſi poterit/fame morienti non opem ferat. tollens enim a ꝓximo miſericordiā amorē utiq; Dn̄i poſthabet. nihil eſt tā efficax ad obſtruēdas inferorū portas/q̄ charitas/q̄ charitatis officioſæ manus/quæ neminem pium i ſubterraneum carcerem detrudi ꝑmittūt. illa pietas perfectior habet/quæ ꝓcibus non extorquet. nec in mala fata quemq̄ incidiſſe legitur/q charitatis officia exercuerit. beata utiq; domus eſt/cuius ex aditu paup māibus nō exit uacuus. Eſt enim miſericordia ægritudo animi ob ꝓximi miſerias. nō proinde ille refugit miſericordiam/qui aut parricidæ/aut proditoris ſupplicio nō cōmouet. miſericordes tunc dicimur/quū cor noſtrū affligitur alieno infortunio. At Dei miſericordia in eo non capitur numero/quia hominibus errantibus ſubuenit/& delinquētibus reliquit locū & tempus poenitentiā agendi. debet tamē cōfeſtim paratior eſſe pietatis uultus prius ad ꝓpinquos/q̄ ad alienos/iuſtos q̄ ad improbos. pietas charitatis ſoror/uirtutū dulciſſima acceptior deo ꝓbetur q̄ holocauſtū. Non tamē improbis ſemper parcendū eſt. nā qui impiis indulget/crudelis eſt & plectendus. Fuit Saul a gratia reiectus/quia miſertus eſt Agab/qui erat hoſtilis exercitus Rex. magna ꝑfecto pars Chriſtianæ diſciplinæ in miſericordia cōſiſtit. hæc enim ſalutis pignus/fidei firmamentū/ſcelerū excidiū eſt. ſed miſereri omnino oportet. quid enim aliud facit humana fragilitas/q̄ continuo cadere/errare/delinquere: atq; ꝑ hæc miſerando homines ad Deū magis accedunt. quod neq; nobis tantū noſtri perſuaſere/quantū M. Tullius in oratione pro Q. Ligario inquiens. Nulla re propius homines accedunt ad Deū/q̄ ſalutē hominibus dando. nihil habet fortuna maius/q̄ ut poſſit/nec natura melius/q̄ ut uelit ſeruare. Eſt egregium ſane (fatemur) hoſtem bello ſuperare/laudabilius tamen infœlicis ſcire miſereri. nā res regia eſt ſuccurrere lapſis/& pulchrū eſt uitam donare petenti. ſed neq; decipimur quum parcimus utendo charitate/ſi parcendum eſt. nec ea uacuus is dicitur qui uerberat. nam amor proximi ſæpe gerit plagas quæ dulciores ſunt quum amariſſimæ inferuntur/quando tutius exiſtimare debemus proximum cum ſeueritate diligere/q̄ cum leuitate decipere. quippe malum utiq; dilatatur ſi mali mores non corriguntur. Clamant uaſaria ſanctorum ſi læſeritis proximos/illi ad me uociferabunt/& ego exaudiam clamorem eorū/& indignabitur furor meus/

Erogant q in canes.
Exitus oſtendit.
Deus poteſt
Eleemoſyna ex miſericordia.
Eleemoſyna tripliciter.
charitatis initium.
Eleemoſynæ ſi ſubtrahuntur.
Eleemoſyna ex male ptis.
Hoiem occidit.
Miſericordiā tollens.
Charitas portas iferū
Pius nō dānabitur.
Erogatio quæ nō precibus.
Pius non perit.
Pia domus beata.
Miſericordia eſt.
Miſericordiā nō refugit.
Miſericors dicitur
Miſericordia dei.
Erogatio q bus magis.
Pietas q̄ holocauſtum.
Impiis qui parcit.
Saul q agab
Chriſtiana diſciplina.
Miſericordia eſt.
Fragilitas humanam.
M. Tulius de miſericordia.
Homies ad deum.
Natura nil melius.

meus/& percutiam uos gladio/& erunt uxores ueſtræ uiduæ/& filii ueſtri pupilli.ſed profecto omne propulſat malum charitatis uirtus.habet hæc qui bus innocentem uitam cuſtodiamus/quum obſeruauerimus quæ mandat. Mandat etenim in ſacris Leuiticis.non facies calumniam proximo tuo/nec uſq; mane apud te maneat pretiū mercedis mercenarii tui.ne ꝓferas iniquū iudiciū.ne exerceas iniuſtū in pondere & menſura. At chriſti quæ præcipit charitas hoc maius addit/ut amicos non ſolū uero amoris ſtudio ames/ſed inimicos diligas.quo præcepto nulli malum pro malo reſpondeas.hoc mo do ipſa charitas plenitudo legis eſt. Tene charitatē/utiq; non adulterabis/non occides/non furaberis/non falſum teſtimoniū dices/non concupiſces aliena/& cætera p charitatem ad ſummū omnia implebis.ē enim firmiſſimū pfectionis uinculū.dele/aut expelle charitatem/illico cuncta exoriunť ſcele ra.aufugit iuſticia/prudentia. cadit/nigreſcit modeſtia/temperātia ſoluitur/fortitudo uileſcit. At ſi creſcit charitas/illico diminuitur timor.eſt enim firmi or dextra pacis miniſtra/gratiæ imber/ſemen concordiæ/nitor animorum/amoris fructus/radix poſtremū oīm bonorū/ſine qua omnia bona cadunt. ideo magnus orator ut pſuaderet Cæſari/ut ignoſceret/hæc pulcherrima ex plicuit uerba.nulla de uirtutibus tuis nec admirabilior/nec gratior miſericor dia eſt.quod recte quidē dixit.quū miſericordia nō alio emanet fonte/q̄ cha ritatis. Iccirco ſummū inter homines uinculum charitas eſt/qđ qui frangit/diſrumpit/proſcindit/nefarius ubiq; exiſtimandus fratricida eſt.nā ſi ab uno homine quē Deus fecit/omnes originē trahimus/utiq; omnes ſimul fratres ſumus/& cōſanguinei. Ideo maximū ſcelus exiſtimari debet hominē odiſſe aliū hominē.propterea deteriores illi ſunt immāibus beſtiis/qui obſunt ho mini/qui contra ius & fas humanitatis homines ſpoliant/cruciant/occidūt/extermināt/quando ita Deus omnium pater uoluerit hominē fore ſociabile animal.ſed profecto ille auxilium non meretur/qui non nouit alteri auxilium præbere. Iccirco retinendū eſt hoc ſemp charitatis uinculum humanæ ſocie tatis/quia homo ſine homine nullo pacto uiuere poteſt. Quáobrem ſicut ꝓ deſſe homini ſecundum naturā eſt/ita obeſſe contra naturam eſt/quod in gratitudinis uitio attribuiť. Multi enim beneficiis affecti negligunt memoriā eorū/q promeriti ſunt/quod ſane non minus eſt idipſum agere contra natu rā q̄ nocere.rependere enim beneficia aut maiora/aut multo plura/eſt diui num imitari morem/qui centuplum pro uno ſolet largiri. neq; enim prin ceps/aut quis alius expectare debet ut rogetur/aut ut ab eo expoſcatur/qđ merito debet/ſed præoccurrere ante tempus debet/& maiora rependere. nulla namq; res carius conſtat/q̄ quæ precibus empta eſt. hæc interdum nobis incutiuntur mala/& dolemus.ego & uxor mea/& liberi mei/ꝙ hæc omnia nobis immerentibus euenere/non profuturis bobus arauimus in fœlices agros.officia/& beneficia quæ contulimus ultro/& ſine ulla dilatio ne contulimus nondum precibus redempta/nulliſq; beneficiis repēſa. quæ res quātum ſit a limine charitatis diuerſa/quiſq; dignoſcere poteſt. pluſculi noſtri in qbus nunc fortuna uiget maior/uultū auertūt/quos opibus no ſtris auximus/& nūc ſimulant imemores.quā putam⁹ hos habere charitatis

Charitas ꝓpulſat malū. Charitas mā dat. Chriſti chari tas præcipit. Inimicos di ligas. Charitas ple nitudo legis Charitas perfectionis vinculum. Charitate ex pulſa. Charitas ſi creſcit. Cicero cæſa ri. Miſericordia ex charitate. Charitas in ter homines Originē tra himus. Fratres ſun⁹ omnes. Hoīem odiſ ſe hominem. Deus pater omnium. Homo ani mal ſociabi le. Homo ſine homine. Prodeſſe & obeſſe. Ingratitudi ni attribuiť. Beneficia nō rependere. Centuplum pro vno. Priceps gra tus debet. Carius con ſtat. Perbonus dolem. Charitatis a limine di uerſa.

Charitati ſe ſe opponūt. Beneficia dāda qbus. Beneficia q̄ danda. Donatio inconſulta. Dandum ē. Dediſſe q̄ nō dediſſe. Beneficium accipit. Pauperi qd bene fit. Charitas officia quanto Charitati prudentia. Charitatis beneficētia. Beneficentia conſequitur. Beneficentia ī pricipibus. Beneficentia īmortalitatē Fœderici ducis fama æterna. Mutua hoſpitium. Philippi mariæ ducis beneficentia. Alexandri. Cæſares. Scipionis beneficentia. Antiochi regis memoria Cæſaris magnificentia. Pyrrhi regis magnitudo.

faciem. ſi quid obiicimus/occupationes interpellant/de induſtria ad alium
diuertunt ſermonem/ſenſim occaſionem repetendi auferunt/ſicq; uariis cre
ditorem artibus eludunt.aliquando differunt/timide negant.modo difficul
ter promittunt/atq; ductis ſupciliis minas addunt.ſed cuncta hæc charitati
ſe ſe de directo opponunt.ſed negligenti profecto danda non ſunt beneficia/
ſed ſtudioſo & probo/& memori & grato uiro.& imprimis quū damus ne/
ceſſaria dari oportet/deinde utilia/poſtmodū iucūda non autē ſuperuacua/
ut arma fœminis/ut libros ruſticis & indoctis.nam turpiſſimū genus bene/
ficii eſt inconſulta donatio.& poſtq̄ conſulueris.dandum eſt libenti animo/
& cito.dandū præcipue his eſt/qui egent/non ut eorū opera p̄occupemus/
neq; tantū dandū/ut charitas tui ipſius minuat/ipſiq; poſtmodū egeamus.
ſic enim ſuccurrendū eſt perituro/ne ipſi pereamus/ quū ſæpe accidit graui
us aliquando euenire/dediſſe q̄ non dediſſe.ſed profecto beneficiū accipit/
qui digno dedit.nam pauperi qd bene fit/haud unq̄ perire poterit. Hæc eſt
illa uera uirtus/hæc eſt illa tam excelſa uirgo/quæ charitas dicitur/quæ nō
agit perperā/cuius opus æternū præſtat/cuius officia quanto magis exercē
tur/tanto plus illuſtrantur.Cæterū cuncta quæ a charitatis lumine emicāt/
niſi moderata fuerint prudētiæ paſſu/ſæpe excindunt uirtutis conſiliū.Ideo
charitati prudentia famulatur & beneficentia eius miniſtra eſt.tāto hæc pro
pius incedit/ut uelut charitatis dextera ſit habita.plura hæc cōſequit uoto/
quæ uix cæteræ uirtutes attingere poſſunt.reddit ex hoſtibus amicos/ex alie
nis proprios/ex infidis fidos.homines longe quoq; degentes huius fama/&
ſplendore cōmotos ad amandū deuincit charitas.tantam ſecum beneficētia
habet dulcedinem & uirtutis pinguedinem/ut in principibus quantūcunq;
fuerit magna modū excedere nō poſſit.parit etiam apud poſteros indelebilē
immortalitatem.Proinde tua ubiq; uiget æterna fama/illuſtre & famigeratū
nomen per totum orbem/quod in multos/& q̄ plurimos ætas noſtra te ui/
dit beneficum/magnū/& liberalē.tuaq; ciuitas præclariſſima/non alia dici/
tur fieri q̄ emporium/& hoſpitiū omniū principū/oim amicorū.Hæc te fe/
cit etiā apud Scythas/apud Indos/apud Mauritāos cognitū & memoratū.
uiuit adhuc illa ſūma magnificētia & beneficentia Philippi Mariæ ducis In
ſubriæ/ut prætéream Alexandros/& Cæſares.tanta fuit illi animi altitudo/
& munifica mens/ut tres reges quū haberet iuſto bello uictos & captiuos/
uſq; adeo honoriſicos habuit/ut cū ingentibus donis remiſſerit incolumes.
uiuit etiam Scipionis Romani illa imortalis beneficentia in captiuos Hiſpa
nos/& Antiochi regis ppetua memoria/quod ei filiū gratis & liberaliter re
miſſit.uiuit Cæſaris ubiq; beneficentia/& Pyrrhi regis in captiuos Roma/
nos magnitudo animi/& liberalitas magnificentiaq;.Q ui Pyrrhus rex epi
rotarū Eſopi mortē p moleſte tulit/& ſe cruciando improbum fatebat/q
dū proſequi illū differt remuneratione/gratiam uiuenti non retulerit/& ſi
creditam pecuniam in centuplū poſt mortem ipſius Eſopi creditoribus hæ/
redibus ſoluiſſet.nam quod quis facere tenetur/curare etiā debet/ut quod
lubenter facit/feciſſe etiam diligenter uideatur.uiuit Cæſaris charitas/qui La
bieno pepcit/& Ptolæmei Aegyptii/qui Demetrii amicos liberauit.eas ob

Charitate inter diuos.

res multi

res multi ſola hac charitatis miniſtra apud ueteres inter diuos relati ſunt. an maius dici poteſt: q̃ homo homini beneficus: ſicut ille magis expreſſit/ho/mo homini Deus/quum amicis occurrimus/quum egentibus patrocinium conferimus/quum in diſcrimine trepidantibus opem porrigimus. nõ erit in hoc huius uirtutis officio poſthabitus unq̃ a me dux Illuſtriſſimus Franciſcus Sfortia/qui in cauſa Ouiliarum/qui pro iuſticia ius noſtrũ nullo prætermiſſo labore tutatus eſt/cui magnas uſq; ad glebam gratias/& ſi unquã potero immortales referam. Habet ſicut habes uerum beneficentiæ officium/ꝙ longe a charitatis domicilio non poteſt abeſſe. tu quoq; prodes benemerentibus ſubito/nec differs beneficium. propterea ſero collatum beneficium/minus gratiæ gerit. Ideo ob tardum remedium multum Pericles accuſatus eſt/qui quum Anaxagoræ conſilio Athenienſium princeps euaſerit/in maxima illi egeſtate conſtituto/amicitiæ & ueteris conſilii immemor factus eſt. ſic res habet/beneficium cito collatum duplicat beneuolentiam. quod recte tu princeps facis Federice Italici nominis ſplendor/qui beneficiis prouocatus non ſinis a quouis te uinci.maius quodlibet ſubire incommodũ uis/q̃ ingratitudinis nota pingi. Primarium utiq; tenes charitatis præceptum/ut omnibus ſi poſſibile eſt benefaciamus. benefaciendi autem tam latus eſt Campus ut nemini deeſſe occaſionem poſſe arbitremur. iure doluiſſe fertur Scipio Aphricanus/qui quum amicis nihil eodem die beneficii contuliſſet/exclamaſſe fertur amiſiſſe diem. inſudat etiam quantum poteſt charitatis frons ut paſſim ſocietatis conſeruandæ exerceantur modi/& conferendis beneficis tum publice/tum priuatim continua prouocent opera. Quam rem quum mortales agunt/præſertim principes/ſumma cum laude ingentem hominum beniuolentiam adipiſcũtur. hoſpitalitas quoq; quæ ſucco & liquore charitatis alumna fulget/nõ paruum ſemper beniuolentiæ cumulum ſecum affert.ſæpe hæc priuatos ciues ne dũ urbes/& ſummos principes reddit magnos.naturæ/& cælis uidentibus fit non leue iucundum quum limen alicuius domus peregre euntibus patere ſpectant.propterea Lucullus claruit/ꝙ ſumma in peregrinos/& exteras gẽtes uſus ſit hoſpitalitate.bene ueteres noſtri iura hoſpitii ſancta eſſe uoluere.quod tibi Illuſtriſſime Federice nõ paruam attulit laudem/ꝙ nemo/neq; tam ſpectatus nobilis/qui tuam hoſpitalitatem non egregie ſenſerit. habent ſuas & has laudes Mediolanum/Florentia/Senæ/Ticinum/Roma/ꝙ in excipiendis peregrinis/& his qui minus opum uiribus nituntur/magnas & ampliſſimas ædes ædificauere omniq; uiuendi uſu ad mortalium cõmoditatem muniere. quæ pietas etiam apud pedes diuinæ maieſtatis non ultimum reperit locum. pro quibus ita in cælo ſicut in terra charitas magnificis utitur uerbis.eam ob rem exiſtimãdum eſt urbes has præclariſſimas æternas fore/neq; ullas poſſe eſſe tam uiolentas ruinas/quæ poſſint ſuis penitus illas uiribus radicitus euellere hæc eſt uera charitatis fortitudo/quæ omne ꝑcul propulſat malũ/quæ nunq̃ ſatiatur in ꝓclamando.dilige ꝓximũ tuum ſicut te ipſum. neq; ceſſat ſua ſemina paſſim diffundere panentiam/benignitatem/bonitatem/manſuetudinem/fidem/modeſtiã/cõtinentiã/

Homini homo deus. Franciſcus.ſ. dux. Beneficium ſero collatũ. Pericles tardus ad beneficium. Anaxagoras. Beneficiũ cito collatum. Federicus dux ſplẽdor. Charitatis ꝑceptum primarium. Benefaciendi campus. Scipio aphricãus doluit. Charitatis frõs inſudat. Hoſpitalitas Charitatis alumna. Hoſpitalitas beneuolẽtiã. Naturæ & cælo iucũdũ. Lucullus hoſpitalis. Hoſpitii iura ſancta. Federicus dux i hoſpites. Hoſpitales urbes. Hoſpitalia præclara. Pietas apud deum. Charitas in cælo & in terra. Hoſpitales urbes æternæ. Charitatis fortitudo. Proximum dilige. Charitatis ſemina.

Charitati diuitiæ. Gonzaica familia hoſpitalis. Gonzaicum nomen. Hoſpitalitati deus. Galeatius & fratres pallauicini. Chriſtophorus pallauicinus. Marinus caracius. Nicolaus & ludouic⁹ ſcalampi. Bartholomeus ſcalãpus. Ludouicus carretus. Benedicti caſalienſis monachi. Hoſpitalitatis nõ obliuiſcendum. Epiſcopus inhoſpitalis. Hoſpiti ingratus. Deo humãitatẽ negant. Hoſpitalitas ſuperis. Loth a periculo ſodõæ. Hoſpitalitas iouis patrocinio. Charitate illuſtrantur. Amicitiæ a charitate. Amicitiæ lex prima. Beneuolentia mutua. Amor quadruplex. Amicus eſt. Nemo ſine timore. Nemo ſine amore. Amor in alterum tẽdit.

caſtitatem/gaudium/promptitudinem/quibus aduerſari non poteſt lex. nõ
poſſunt ullo pacto diuitiæ charitatem habentibus deeſſe unq̃.ita diuina ſta/
tuit mens. Iccirco tua familia Gonzaica non deeſſe poteſt Dux inclyte/quæ
charitatis mũera/& hoſpitalitatis nunq̃ abiecit. ſic tuus pater/ſic auus/& ab
auus/& attauus. habetis has charitatis uices hæreditarias/ꝑ quibus immor
talis deus cogitur uelit nolit magnificare parietes familiæ tuæ/& euehere ad
aſtra nomen Gonzaici ſanguinis. ſic in cæteros & ſimiles erit deus mũificus
& largitor/qui tales ad hoſpitalitatem & liberalitatem & opem ferendã men
tes alunt. uiuet perpetuo pro his uirtutum officiis Galeatius Pallauicinus/
& fratres uiri magnifici/& illuſtres/& liberales præſertim Chriſtophorus cõ
pater meus/qui ab impiis iniuſte damnatus eſt/q̃d mihi extorri mutuam re/
ſtitucrit pecuniã. uiuent & alii immortali fama/qui memores beneficiorum
multo maiora exibuere. Marinus Caracius omni laude dignus. Nicolaus &
Ludouicus Scalampi Bubii & Canelarũ domini. & Bartolomeus prothono
tarius Cairi condominus. Ludouicus Carretus gener meus Spini princeps
& abbas & monachi Diui Benedicti Caſalienſis. hos ego miris laudibus pro
ſequerer pro his quæ tanto liberalitatis ſtudio in me contulere/niſi ſcirẽ ma/
iorem illis pro me in cælo charitatem apud deum eſſe pollicitam. Ideo monu
mentis reliquit diuus Paulus ad Hebreos non eſſe ullo pacto hoſpitalitatis
obliuiſcendum. Proinde epiſcopus inhoſpitalis a confirmatione repellẽdus
eſt. contra quem illum eſſe dicemus. qui ingratus & obliuioſus hoſpiti ap/
paret ſuo: nempe nõ alius eſt/q̃ mus in pera/ignis in ſinu/ſerpẽs in gremio.
Iccirco ſcriptum/qui clauſerint domum pro commodis proximi/omnem
negant Deo humanitatem. placuit quandoq; cæli accolis quibuſdam candi
da hoſpitalitas/pro qua a deo auctus eſt gratia Loth/ut a periculo Sodomæ
mentis fuerit liberatus/quando pudicitiæ filiarum ius hoſpitalitatis repoſue
rit. tantæ obſeruantiæ fuit apud ueteres hoſpitalitatis nomen ut Ioui omne
ius patrocinii attribuerint. Ideo Maro cecinit. Iupiter hoſpitibus nam te
dare iura loquunt̃. quæ omnia hæc charitatis lumine illuſtrantur/ſicut eo/
dem fonte amicitia profluit/quæ in fronte ſcriptum habet legem primã/ut
ab amicis honeſta petamus/& amicorum cauſa honeſta faciamus. neq; ſola
unq̃ amicitia incedit quin ſit mutua beneuolentia. eſt enim quadruplex/na/
turalis/domeſtica/ciuilis/diuina. ubi eſt cum pari uoluntate/& ſtudiorum
omnium integer conſenſus. Ille amicus eſt qui amat & redamatur. & quia
nemo timet ſine timore/ſic nemo amat ſine amore. ſed is neceſſe eſt in alte/
rum tendat/aut ꝙ ſit ſtudium uoluptatis/aut honeſtatis. charitas ultimum
amplectitur/cætera uilipendit. uelut parum durantia/aut tam diu duratura
q̃diu uoluptatis lucrum ꝑſiſtit. honeſtas uero in perpetuo permanet/ubi
idem uelle & idem nolle charitas præmanibus habet. ea eſt uera unitas uo/
luntatum in conſiliis fida/in proſperis læta/in aduerſis conſtans. gerit perpe
tuo eandem morum ſimilitudinem. nam ubi ſunt mores diſpares & ſtudia
repugnantia/beneuolentia eſſe non poteſt. tunc quum eadem utriq; eſt can
dida/& uiuax/uirtutum ſtudioſa/affert ſolatium uitæ humanæ incompa
rabile. tunc pectus aperire licet/& archana/& erit bñ apertũ/& bene com

municata

municata.ille tam efficax charitatis hoſpes eſt/ut alteri in ſecundis ſemper
gratulet́ in triſtibus eſt compatiens/& remedium quærit. paratur hæc uera
amicitia non quæſtu ſed uirtutis gratia.odit inde inſolentiam/inuidiam/de
tractioné.uere pietatis cuſtos & æqualitatis menſuratrix eſt uera amicitia/&
res proſperas dulciores facit/aduerſas minuit & temperat/leuioreſq; reddit.
eã neq; ferrũ neq; uulnera/neq; pœna neq; ulla uis/neq; mors ipſa cõſtringe
re poteſt/ut uere cecinerit ille. uerus amor eſt qui a uera charitate emanat/
omnia uincit. iſtud eſt illud genus amicitiæ ſanctiſſimum/qđ nõ in fortuna/
non in diuitiis/non in ſanguine/non in potentia/ſed in uirtute uera charita
tis conſiſtit/ſine qua nulla poſſeſio/nullus theſaurus/nulla dignitas iucun
da eſſe põt.Ideo erudite reliqt ſcriptũ Ariſtot./q̃ nullus eligeret uiuere ſine
amico/ꝑpterea qđ duo intelligere/& agere ſunt potẽtiores/q̃ unus.ideo cõ
ualuit apud ueteres adagium ſanctum cum amicis omnia debere eſſe com
munia/quia uerus amicus eſt alter ipſe.quæ amicitia continuo bonis operi/
bꝰ augeſcit/aucta communicat/& ſicut aurum in igne probatur/ſic amicꝰ
in aduerſis decernitur.quod profecto ſi altius intueri uelimus/nihil eſt tam
naturæ aptum/tamue conueniens q̃ amicitia quæ ſine charitatis uirtute per
fecta eſſe non poteſt.ſine qua nulla domus ſtabilis/non firma ciuitas/nõ in
tegrum regnum.hæc late patet/in omnes benigne diffunditur/ad oĩa incõ
moda præſto occurrit/ſatagit/ſtudet.Ideo de amicis locutus eſt Plato/qui
dixit non nobis tantum nati ſumus/ſed ortus noſtri partem patria/partẽ pa
rentes uendicant/partem amici. quæ uero amicitia non probatur inconſtãs
eſt/& temporanea/quæ ita facit ſicut hirundines quæ æſtiuo tẽpore aſſunt/
frigore uero recedunt quæ uera eſt nullo pretio emi poteſt.prata & arua/pe
cudeſq; ac armenta diliguntur/quod fructus ex eis capi poteſt.hominũ uero
charitas & amicitia gratuita eſſe debet.Proinde non mirum ſi pauci tãtum
charitatis munus fuerint amplexi/ſi pauci ueri extiterint amici.Pytagoreus
ille ſe uadem apud Siculum tyrãnum pro amico præbuit/memorabile exẽ
plum uſq; ad perpetuas aures cuius amicitia uinculo ligata erat adamanteo.
memorantur & alii/ut Pyrithous erga Theſeum/& cum Oreſte Pylades/
& Eurialus Niſo. noſtris uero temporibus multi apud fœlices/& diuites/
potenteſq; nomen amicitiæ ſubeunt/qui quum nubila fiunt tempora/illico
depereunt.nam columbæ ad tecta candida conuolant/nec formicæ ad inania
horrea ueniũt.ſic profanum uulgus amicitias utilitate probat.Et cum fortu
na ſtatq; caditq; fides.pauci uolunt uirtutem amicitiæ ſuum fore pretium.
ipſe uero ſecundæ res amicos parant/aduerſæ perfectos demõſtrãt.uera amí
citia non aliud eſt/q̃ diuinum & immortale donum. Ideo Scythæ ſe ditiſ/
ſimos exiſtimabant/ſi optimos nanciſcerentur amicos.fictus uero amicus
Dæmoni perq̃ ſimilis eſt. nihil enim probi/nihil amoris/nihil ueritatis &
ſtudii ineſt.habet in ſe tenebras proditionis/qua charitati/& amicitiæ nihil
magis contrarium habetur.Et ſicut q̃ rariſſimæ fuerunt ueræ amicitiæ/ita in
numeræ fictæ cognominatæ ſunt. & apud ueteres/& apud noſtratia
hæc tempora/& paucis his ſuperioribus annis inter maximos proditores/&
fictos amicos connumerantur Bernardinus arcis Mediolani in porta Iouis

charitatis hoſpes.
Amicitia uera paratur.
Amicitia odit
Amicitia uera facit.
Amicitiã verã nõ cõſtringere
Amor verus a charitate.
Amicitiæ ſanctiſſimum genus.
Charitate ſine.
Amico ſine viuere.
Potentiores duoq̃.
Amicorũ oĩa communia.
Amicus verꝰ alter ipſe.
Amicitia continua.
Amicus in aduerſis.
Amicitia ſine charitate.
Charitate abſq;
Charitas parer.
Ortus nřos uendicant.
Amicitia nõ vera.
Hirundines æſtiuo tẽpore
Amicicia vera emi.
Diliguntur/ quæ fructus.
Amicitia gratuita eſſe.
Amici veri pauci.
Amicitiæ memorabile exẽplum
Amici qui veri fuerint.
Amici nunc.
Columbæ & formicæ.
Amicitias vulgus.
Fides cũ fortuna.

ouſtos/& Philippinus Fliſcus eius cõſocius/& Bonifacius qui ſine ulla præ
cedente cauſa humaniſſimum & pientiſſimum Franciſcum Ducem ſecun/
dum animo occidendi gladio uenenato inuaſit. quem non humanum auxi/
lium ſed altiſſimus Deus ab impii dextera protexit. Et quod pudet dicere.
Alexander Hiſpanus pontifex ſextus eiuſq; filius Dux Valentinus/ quorũ
ſtudio ſimulatæ amicitiæ multos illuſtres uiros excidio dedere. profect ono
ſtro tempore paucas ueras ſpectamus amicitias/quia terra malos nũc homi
nes producit/& puſillos. Ideo ſanctum noſtro ſæculo amicitiæ nomen quæ
ritur. nullibi charitatis ueſtigium ſpectamus. Proinde amicitiæ formam de/
ſcribere poterimus/oſtẽdere minime. ſi qua eſt quæ uera uiget uxoris & ma
riti fortaſſe erit/præſertim ubi diuina interponitur gratia/quum duo ſe mu
tuo diligunt/& obſeruant/& placere uterq; alteri cupiunt/non libidini ad/
herentes pereunt ſicut equus & mulus quibus nõ eſt intellectus. ſed eo am
plexi ſtudio/ut de ſe ſimiles procreent. quod ita euenire ſolet fœliciter/ ſi in
ſemine benedictionem & gratiam cæleſtẽ propter filios a cælo citemus. illic
relucet uera amicitia/præſertim quum pignus utriuſq; æditum complexu
intercidit. tunc coniurat uera charitas/& quadrat amice. non poterit hæc ali
quo pacto extra confinia amicitiæ dilabi/ſi ſe ſemper in honeſtatis paſſu cõ
tinebit/quo non aberit numen qđ cõſeruat/quod auget/ quod ad extremũ
uitæ fœlicitet. ubi nõ ſimulatio atq; diſſimulatio inuoluta/ſed ſũma charitas
reſidet & pſtat. multæ ſecũ animo & morũ præſtantia fœminæ repertiuntur
quæ uirili animo/& ſapientia uigent/quæ ueram ad ædes coniugales por/
tant amicitiam/qualis eſt Auguſta Caroli Cæſaris uxor/qualis eſt Dux Sa/
baudiæ/qualis erat Mater chriſtianiſſimi Regis/qualis Margarita Burgun
diæ domina/ quales ſorores Imperatoris/qualis uxor Ferdinandi Roma/
norum Regis/qualis eſt tua Illuſtriſſime princeps Federice/quæ omnes ani
mi uirtutes ſecum gerit. in quibus non alia poteſt elucere amicitia/ q̃ illa ue
ra/q̃ illa quæ ab omnibus quæritur & amatur. fœlix eſt princeps cui talis &
tanta conſortii beatitudo contingit. inibi ueræ charitatis deliitiæ florebunt/
& nocturni & diutni complexionum aditus. tunc coram pudicæ coniugis
oſculum ſumere licet/& dulcia ſimul conferre uerba/& dulces in gremio al
ternatim tenere natos. ſobria uxor/ſobrius ſponſus/honeſta uxor/ honeſtus
ſponſus/charitate Lucentes quid aliud germinare poſſunt q̃ ſanctum/q̃ cæ
leſte donũ? Tunc fiunt heroes/& magnanimi principes/& hi qui mira con
templatione aſſequuntur/propterea quod ex bonis boni & fortes & ſapiẽ
tes procreantur. inter hos reperit charitas locum/in qua ſi perpetuo reſidẽt/
in Deo reſident. ii ſunt qui primum Deum colunt/qui patriam defendunt/
qui ſe ſuoſq; conſeruant/qui proximos pientiſſimis oculis conſpiciunt. cha
ritas latere non poteſt præſertim in ſancta uxore/ quam quis inuenit/poſ/
ſeſſionem fertilem inuenit/& irriguam/fortunæ procellis minime obnoxiã.
tum uita beatior/& ſoluta litibus/& fœnore utroſq; complectitur. uinũ fa/
tentur omnes/& muſica/& quædam aliæ delitiæ cor humanum lætificant/
ſed nihil magis q̃ immaculata uxor/quæ charitatem tota redolet. prætioſior
tamen in principe relucet charitas/ſi uniuerſis condonat probum/ſi natu/

ram

Philippinus Fliſcus.
Bonifacius percuſſor ducis.
Franciſcus adeo adiut⁹.
Alexander. p. ſextus.
Valentinus alexandri. p. filius.
Amicitiæ[noſtri temporis
Terra nunc producit.
Amicitiam deſcribere nõ oſtendere.
Amicitia vera vxoris.
Amicitia reducet.
Charitas vera quadrat.
Numen non aberit.
Charitas vbi reſidet.
Regiæ nunc mulieres inclytæ.
Princeps fœlix eſt.
Cõiugis pudicæ.
Boni ex bonis.
Nati bene procreati.
Charitas latere non poteſt
Vxorem qui bonam.
Humanum cor lætificãt.
Vxor immaculata.
Charitas in principe.

ram parẽtem imitatur/quæ uiciſſitudines parit rerum/ut iuuet/foueat/ de
lectet.profecto nil ſalubrius bono principe/qui iſtar boni paſtoris greges
ſuos non emacrat ſed opimat.tunc beata ciuitas fœlixq; populus/ qui ſub
tanta principis charitate uiuit.boni principes præſtantes charitate in ſuos
populos habent qui latus cuſtodiant angelos/qui mirifice diligunt.At cru
deles & improbos odio habent/nec deſinunt donec præcipites dedant.ſæ/
pe ad bonos diuertunt hoſpitio/& incogniti permanent/& domeſtica cha/
ritate delectantes infundunt miras fortunas/& occaſiones/quibus illi pena
tes augeſcunt in bonum/& honoribus & diuitiis ditantur.Multi tamen aſ/
peri & duri uix accedere pauperes ad limen patiuntur.quod ſi quis etiã ue/
rus amicus forte aduenerit/qui triduum domi continuo ad fuerit/ nõ ocu/
los repetit/quibus benigne conſpiciatur/fit paſſim odioſus.nam fœtet qua
triduanus.imurmurant ſerui.nec parietibus quidem eſt gratus. Ideo quia
charitas neq; utriq; cohæſit/neq; uterq; modeſtia uti ſciuit.non enim indi/
ſcrete agit charitas/neq; ſine prudentia/ſi ut diximus ſecum gerit uelut an/
cillantes omnes uirtutes.Dii noſtra piis oculis reſpiciant/ſi Ouiliæ noſtræ
omnibus bonis patent hoſpitales benignæ/ſi ædes pauperibus non ſunt
occultæ.Habes tu princeps optime Federice hoc hæreditarium hoſpitan/
di munus nunq̃ tibi ædes uacuæ.gaudes peregrinorum aduentu .ita in hac
pingueſcunt tibi animi/ut iam in prouerbium Mantuæ abierit/ruiturũ cæ/
lum quũ principis aula fuerit aduenarũ pedibus uacua.proinde nõ mirũ &
ſi creſcunt tibi bonæ fortunæ/ſi capillatã frequenter tibi porrigũt frõtem.ue
nit hoc e cæli culmine/propterea ꝙ in maturo tuo pectore domicilium ha/
bet charitas.morum ſimilitudo/uera animi nobilitas/& aſſiduus hoſpitan/
di uſus maximas principum amicitias tibi auget & tuetur.os probum/& lin
guæ tuæ dulciſſima facundia/quæ de omnibus bene dicit & ſentit/quoti/
die nouas habet & cõgeminat beniuolentias.ſed de amicis moderate prædi/
candum eſt/& ſentiendum. decipit interdum affectus & maiora præfert.
Ideo non inepte amorem cæcum finxit antiquitas/quando fallit hominum
iudicia.ſed nullibi neſcit tacere. perſuaſum eſt apud ſapientes melius eſſe
optimis abundare amicis/q̃ cætus diuitiis.Nam nihil pretioſius in hac uita/
nihil tutius q̃ ab omnibus amari.& ab omnibus laudari/& quæ ſine amici/
tia ſunt diu conſiſtere non poſſunt/quia ſine charitate haud diutius præſtãt.
Adduntur tibi non ultimæ laudes.& ſi largius effundas/attamen auidius
alienas non appetis pecunias ratus nihil indignius principi unde non opor/
tet ſibi aurum cumulari.Hæc mens tibi ex domicilio charitatis alumna con
fert idonea agenda.multi tamen non ita faciunt.ita proinde es inter cæteros
uelut fulgentiſſimus ſol.bene conſuluit numen tantum magnitudinem ani
mi/ & bonitatem non eſſe perituram/ꝙ tibi cum cõuenientiſſimo matrimo
nio adornauit Illuſtriſſimos Thalamos/ex quibus ſperamus multos ſimi/
les euenturos/ unde ſit maior in familia tua remanſura charitatis uir/
tus.nam per hos ſucceſſus & nobiles deſcendentes uirtutum monumenta
pulchriora ramificantur/quum in deiecto & uili hominum genere/ præſer
tim ſeruili raro charitas & charitatis diuina conſortia/cæteræq; uirtutes reſi

Princeps bonus.
Pricipes charitate præſtãtes.
Angeli bonos & malos pricipes.
Fœtet quatriduanus.
Charitas nõ agit indiſcrete.
Charitati uirtutes ancillãtur.
Ouiliæ hoſpitales.
Federico ducihæreditariũ
Mantuæ prouerbium.
Frons capillata.
Federicus dux mantuæ
Affect⁹ maiora præfert.
Amor cæcus
Amicis q̃ diuitiis.
Amari & laudari.
Amicitia ſine
Principi nil indignius.
Charitas nõ reſidet.

Charitas nõ reſidet. Amicitiæ ſeruilis cõditionis. Mauri ſerui facinus. Ioannes antonius bilia. Hiſpania bethica. Granata urbs

dere ac diutius morari proſpicimus.cuiuſ generi non multum eſt credendũ.
nam dimidium Mentis ſuæ(ſcribit Homerus)Deus ex ſeruis aufert. Ideo
in ſeruili conditione raro emergunt ueræ amicitiæ/præſertim eorum qui ex
Mauritania ad nos prouehũtur/quorum facinora uno exemplo præ cauere
poterimus. nã dum hæc contemplaremur retulit nobis Ioannes Antonius
Bilia eques digniſſimus/& ueritatis ſtudioſus/q dum his ſuperioribus an/
nis eſſet in Hiſpania Bethica in urbe Granata/accidit ut matrona quædã no
bilis animo & genere dum ruri eſſet/& ad euitandi caloris intemperiem ad
fontem quendam ſub nemus diuertiſſiſſet ſolo ſeruo Mauro aſſociata/quũ
ad hauſtum limpidæ aquæ e mula deſcenderet/a ſeruo in rem ueneream in
terpellata eſt.ſed illa ſagaciſſimo furorem illius reſpõſo ſedauit pollicita eius
poſtulata impleturam/ſed uereri interim ne mula per ſe relicta ad ſtabulum
reuerteretur/ſicut mos illi erat frequentior.Proinde hortata uelut excogita
to conſilio ut pedẽ mulæ loris ſuo pedi alligaret tamdiu quoad rem per age
ret.ille amore ueſanus heræ obſequutus feſtinanter qđ præceperat exequu/
tus eſt.atq; quũ ſe ad rẽ accingeret/dominamq; herboſo ceſpite prouoluere
conaret/illa efflues elatis ex induſtria interulæ manicis perterrefecit belluã
quo exterrita ſigno ad curſum ſe dedit. ſæpiuſq; ſeruũ recalcitrãdo percutiẽs
ad ſtabulum rediit illo ſemilaniato relicto. hera ad domum refeſtinans rem
coniugi explicuit. ſeruus ante iudicem conſtitutus facinus confeſſus me
ritas poſtmodum luit pœnas.quod poſtmodum/non ſine miris laudi/
bus ubiq; matrona prædicabat. Poſuimus hoc exemplum non iniucun

Charitas in ſeruili genere. charitas refugit.

dum/ut dignoſcamus q̃ parum fidei/amicitiæ & charitatis in ſeruili gene/
re remaneat integrum. Iccirco bene charitas refugit ſordidorum animos/
nec niſi apud eos hoſpitatur/qui intemeratam gerunt mentem.Proinde illi

Charitatem qui volunt. Aurelius antonius delatores. Exactores moleſti ut muſcæ. Beneficiis uti Ciuium animi ſunt. Plæriq; in italia. Charitatis gaiura. Charitatis lumen deſſicit. Artibus doloſis confidimus. Leges ſi claudicant. Rationi parere. procreandi inſtictus. Ratione uti.

primates & proceres/qui huic hoſpitium præparare cupiunt ab omni
ſorde ſe muniant/auaritiæ nexus diſſoluant. ſatis tunc laudes meruit Au
relius Antonius qui delatores quibus mirum immodum fiſcum augere
potuiſſet/a ſe repulit. Cuius exemplo quiq; boni commoueri debent.nam
ſunt quidam malo prauoq; ingenio compoſiti/qui muſcarum more omni/
bus moleſti ſunt/& incommodi/nouis atq; aliis ſupra alias occaſionibus
inuẽtis a ſubditis continuam extorquent pecuniam.qui non ſolum beniuo
lentiæ cuiuſpiam nolunt habere/ſed nomen charitatis nullo tempore quid
ſit pcipere uolũt.beneficiis poſtremo opus eſt in alios uti/ſi beneficia a deo
expectare cupimus.ſunt.n.ciuiũ animi humanitate & fide & liberalitate ad
beniuolentiã inuitãdi.ſed pleriq; maxime in Italia oia crudeliter exercẽt/im
probos tutari nõ uerent/quos aliud agere nõ exiſtimo/q̃ iura diuina & hu
mana uiolare.ſed hæc oia euenire ſolẽt/qa charitatis iura demerſere. Quæ
rimus uirtutes/& deſideramus/& laudamus/ſed ad eas capeſcendas inſu
dare nolumus. Hinc eſt q charitatis lumẽ nobis deficit.p inſidias/p dolos/
p uaframẽta incedimus.plus doloſis artibus cõfidimus q̃ charitatis officiis.
nõ mirũ ſi oẽs claudicãt leges/qñ id qđ noſtrũ eſt ꝓpriũ amiſſimus parere
rationi/quo medio ſublato oĩs noſter conatus ad uirtutẽ fruſtra eſt. ꝓcreã
di cũ belluis cõmunis eſt iſtictus/uti ratiõe noſtrũ. Ideo ab Ouiliis noſtris

iam

iam diu exploſa eſt ſententia/qua optimum eſſe eſt arbitratus Plato/ac Rei/publicæ conducere ſi eſſent una omnibus parata matrimonia. quid enim ſublata de rebus humanis pudicitia & coniugali fide pulchrum apparet? ſuã cuiqꝫ pernoſci prolem rationis eſt/& moribus optimis informare/& illam cuius gremio cunctæ fluunt uirtutes/charitatem imprimis edocere. ſunt tamen nonnulli adeo malignitatis incendio perditi/ut nihil aliud uideantur ſtudere/q̃ aliis officere. quorum liuorem ſæpe pro noſtra innocentia experti ſumus. ſciunt plærìqꝫ boni de quo ego loquor ibidem. ſcit/an conqueratur/uir ſummus Gabriel Venerius Venetæ reipublicæ Patritius omnium uirtutum æmulus/& ſapientia clarus quantum res noſtras ſua eloquentia apud principem noſtrum iuuit/& defendit contra maleuolos. ſed illi non ita maligne & acerbe agerent/ſi noſcerent aliquantulum charitatis ſemina. omni protſus uirtute alieni quid aliud edere norunt/q̃ detrahere? ſed nos illorum impietas a uera ratione non dimouebit. uiximus & uiuemus eo charitatis quanto poterimus ſtudio/quo omnis bonus uiuere debet. quod aliis noſtro hoc opere perſuademus nobis ipſis iam diu perſuaſimus. Hæc ſunt de noſtro pauci inſtituto teſtes. Abſit a me & minimus iactantiæ punctus. dum laborauit ciuitas illa præclariſſima Mediolani cum principe ſuo dilectiſſimo Franciſco Sfortia peſte/fame/bello Gallis acerrime obſidentibus/noſtro q̃ libentiſſime iuuimus frumento etiam cum damno nummum duum millium/ſi id damnum appellari licet/quod charitatis ſtudio factum eſt. eam imprimis perpendimus rationem. nihil poteſt eſſe firmum aut diuturnum in uniuerſa natura/quod charitate/& amicitia uacet. magnanimi eſt (dicant quid uelint) beneficia beneficiis cumulare. Tam & ſi pretioſa munera etiam in puſillis rebus habentur/quum tempori offeruntur. non enim errare poſſunt gradus charitatis. cognoſces utiqꝫ melius princeps humaniſſime/quum Deus immortalis ex tua Sereniſſima coniuge donabit pulcherrimos filios/quanta tunc tibi accendetur charitate pectus. non flamma/non uentus/non uis ulla temporum amorem paternum erga filios delere poteſt. Iſrael iam centum uiginti natus annos/filium/quem ueluti amiſſum putabat/ut audiuit in Aegypto uiuere/cæteros alios/& domeſticos Lares/& patriam relinquens in Aegyptum conceſſit. Abſalon qui patrem hoſtiliter inſectatus eſt/ſolioqꝫ diiecit/poſtq̃ prælio uictus & interfectus/a nullo maiori dolore & frequentioribus lachrymis eſt repetitus/q̃ a paterna charitate. Egeus deceptus colore mortem filii Theſei ratus ex alta ſpecula in ſubiectum pelagus ſe ſe præcipitem dedit. Plus Seleucum Syriæ regem mouit filii Antiochi charitas/q̃ Stratonices coniugis/quam quũ perdite amaret/admonitus Heraſiſtrati medici iudicio filium forma illius captum cito periturum/niſi mature prouideretur/filio amanti libere conceſſit. o fœlix princeps quum tua ludent liberi in aula/quum patris & matris ibunt in amplexum. quantis tua Mantua lætabitur uotis/quantum Italia reſumet ſpiritum tot proceribus fœcunda uenturis/qui ueterum reuocent arma/& reportent nobis raptos triumphos/& fiat ob

Platonis ſnã reprobata.
Matrimonia ſi communia
Pudicitia ſublata.
Coniugalis fides.
Prolem per noſci.
Charitati cũ ctæ virtutes.
Perbonum liuor.
Ibis.
Gabriel venetius.
Perbonus vixit.
Iactantia abſit.
Mediolanuꝫ laborauit.
Perbonus mediolanenſibus frumẽtum.
Charitate qđ vacet.
Beneficia beneficiis cumulanda.
Munera pretioſa.
Charitas nõ errat.
Charitas melius.
Paternum amorem.
Iſrael filium.
Abſalon a patre.
Paterna charitas.
Egeus ob mortem filii.
Seleucum antiochus filius.
Stratonica ſeleuci.
Heraſiſtrat⁹ medicus.
Federi i ducis proles.

Mantua fœlix. Marones noui. Gonzaicæ familiæ laudes

tuam nobiliſſimam prolem montibus & utroq; pelago munitior. Tunc uere fœlix erit Mantua. tunc altis templis ſacræ redolebunt aræ. tunc undiq; ad te regum concurrent magni oratores. tunc multæ lauro intexentur frondes/& noui tibi reſurgent Marones/qui tua geſta/qui filiorum laudes/qui ſanctæ coniugis mores/qui Gonzaicæ familiæ decora alta cantabunt. Et nos noſtris Ouiliis ſignabimus locum/ charitatiſq; deoſculabimur aram/ quam tantopere tua excellentia ueneratur/& colit.

Vera charitas uoluiſſe non recipit.
Nil deo præſtantius eſt.
Deus regit cuncta/& eſt intelligens/& prouidens.
Vanitas imperium æquat cælo.
Verbis contendentes habentur fœ/minei.
Contentio parit odium/& inimicitias.
Pecunia morti ſimilis bona/& mala.
Res ſine uſu uoluntatem non habent.
Malitia præmiis exercetur.
Nemo omnium gratuito malus eſt.
Ad uirtutem ardua uia eſt.
Auaritia uaſta bellua eſt/quia nunq̃ capitur.
Bonorum debemus eſſe æmuli/non inuidi.
Praui bona ſua mala putant.
Plebis malitia per plateas uagatur.
Coæquari gratia omnium impoſſibile eſt.
Libertas omnibus dulce deſiderium.
Principes ſerui ſunt incogniti.
Qui ultra modum laudari cupit/cupit non decens.
Multa cauda eſt/quæ percutit caput.
Puer dum tener eſt erudiatur.
Puer ſi uixerit ſenex erit.
Excellentis medici eſt grauiſſimos mor/bos ſanare.
In ſubitis malis aliquando parum ualet ratio.
Pudor/& iuſtitia ornamenta ſunt ciui/tatum.
Copia/& iuſtitia ciuitates conſeruant.
Vanum hominem omnes damnant.
Iniuſtus exterminari deberet.
Difficilia percutiunt animos.
Labores non ſunt ſine moleſtia.
Naturaliter appetimus bona/declinamus mala.
Mala & bona ethimus omnes.
Nec ſemp metuẽdũ/nec abiq̃ cõfidẽdũ eſt.

Liberali omnes debent.
Improbi non ſunt tuendi.
Liberalitatis/& beneficentiæ eadem habenda eſt ratio.
Fama uana aliquando terret populos.
Dedecoroſa non ſunt toleranda.
Nil agendum eſt ſine ratione.
Nihil eſt magis incompoſitum/q̄ ab ordine & a mente recedere.
Cauēda ſūt turpia/fœda/& etiā ſordida.
Actionis finis ad habitum eſt referendus
Conſilia uariant/& excidunt cogitata.
Timor res multas in cuſtodia habet.
Iuuenes non norunt qua uia incedunt.
Bonarum mentium eſt timere ubi etiam culpa non cadit.
Medicus abſq; dolore ſuo mederi ſolet.
Status ſine ui & timore non permutatur.
Non ſunt tolerandi qui patriæ libertatem impediunt.
Fragilitas per ſeipſam plurimum poteſt.
Pauptas non ultrōea habet frontē rubrā.
Perfectior la⁹ē q̄ alteri⁹ teſtimōio p̄dicat.
Vrbes extingunt̄ pp freq̄ntes mutatiōes
Milites ſine ſtipēdio unciata gerūt arma.
Boni tyrānis timorē adminiſtrant.
Melior ē egenus q̄ egeſtatē facientes.
Sine ope diuina faber delirat.
Non poſſunt futura ſciri quia nūdū ſūt.
Obedientia reprimit iracundiam.
In multiloquio exquiritur error.
Animus obliuiſcendo iniurias fit maior.
Aliquando nocet pudor/& generoſitas.
Beneficium eo magis acceptum quo minus eſt obnoxium.
Prouocare noli quem non noris.
Melius corrigi ab amico/q̄ ab adulatore decipi.
Finis oratoris eſt principium.
Qui plus ſapit q̄ neceſſe eſt/delirat.
Virum bonū ex mille uix/& mulierē ex decemmilibus uix reperies.
Populo ſaturo nihil lætius famelico nil periculoſius.

Morte nihil eſt terribilius.
Suis debitis laudib⁹ nemo ē defraudādus
Sepulchra/& imagines memoria fragilis.
Mortui nō curant humanos honores.
Decens eſt/ut uirtuti locus ſuus ſit.
Sepulchra/& imagines incitamenta uirtutis ſunt.
Iudicium manſueſcit cuncta.
Improbatur litis artificium.
Artium inuentores detegunt naturam.
Laudabilior ē magnificētia/q̄ liberalitas.
Generoſus ſola uirtute contentus eſt.
Neceſſitas alumna eſt inopiæ.
Neceſſitas clauum figit ineuellendum.
Diuitiæ ſunt inſtrumenta magnificentiæ.
Modus/& menſura obſeruandi ſunt.
Ratio ſumptus habenda eſt.
Non eſt magnitudo ſine menſura.
Nil pulchrius q̄ admiranda facere.
Sumptus minores laudantur p̄uentibus
Multa fiunt ornatus gratia.
Nil laudabile eſt ſine artificio.
Natura ſtudet pulchritudini.
Generoſus famæ intentus eſt.
Nemo inſciens recte agit.
Quod caſu contingit non eſt laudabile.
Dignitatis imprimis habenda eſt ratio.
Reges regia decent.
Decet diuitem magnum ſumptū facere.
Opus auctorem deceat.
Reſultat dignitas ſi ſeruant̄ loca/& tpa.
Aedificare conuenit fœlici tempore.
Diuturniora ſunt præclariora.
In publicis magnificentia ſplendet.
Sordida domus herum indicat.
Sæpe non procurata bona eueniunt.
Quo rarior eſt uirtus/eo dignior eſt.
Raritas rerum ſummam auget.
Superuacui ſumptus/& uſuræ explodēdæ ſunt.
Celeres ſunt diuitiæ ſi pluto/tardiſſimæ ſi Iupiter imperat.
Milites ſua impenſa uiuunt parce/ad alienam quadram ſunt uoraces.

Qui per iocum conuitia dicit per iocum reſponſa accipiat.
Dñi pcepta in corde ſunt tenenda.
Non eſt faciendū quod quiſq́ iure irrideat
Pene nunc omnes mali ſunt homines.
Litigioſi nunc docti exiſtimantur.
Magna eſt bonis reuerentia ſi ciuitas eſt bene conſtituta.
Graue ſi noſtræ in nos latrant canes.
Deus omnibus dat ea quibus digni ſunt
Tandem bonis contingit cupitum.
A uero amico conſilium capias.
Raritas pretium facit.
Doctis cauſa ubiq́ præcipua eſt.
Artificium opus ipſum commendat.
Nihil fictum habet uirtus.
Sapiens meditata loquitur.
Iniqui debitores calendas græcas præſcribunt.
Bona ingenia fouenda ſunt.
Ingenuus libere loquitur.
A bono principe cuncta bona proueniūt
Hilaritati aliquando uacandum eſt.
Auctoritate aliquando abſentia tuemur.
Difficile eſt aſſiduam gratiam retinere.
Aſſidua conuerſatio parit contemptum.
Raritas rebus admirationem præſtat.
Materia conſentire debet cū artifice.
Fortior eſt canis leone non repugnante.
Splendor in magnis ſumptibus uerſatur.
Excellētia decet ſenatores & principem.
Rara, & excellentia plurimum emuntur.
Nullus ſuum ſcit finem.
Viuendum eſt cum lætitia.
Male ſi bonis, & malis æq̄ cūcta eueniūt
In mulieribus laudatur uenuſtas.
Quum diues ſordeſcit pauperiē auget.
Ratio eſt anima legis.
Fama cundo creſcit.
Nullibi eſt tuta fides.
Mutabilis ē fœmia, & audet magna facer
Animis præmia ponenda ſunt.
Aſtra aliquando futura indicant.
Non bene olet, qui ſemper bene olet.
Humanæ conditionis princeps non ſit immemor.
Ignominioſum eſt diuitem ſordeſcere.
Diuerſa ſunt ſtudia
Sola ſciendi cupiditas mortua eſt.
Grauitas magna uirtus eſt.
Diuinæ, & naturales leges ſūt perpetuæ
Fata uiam inueniunt.
Degeneroſos arguit timor.
In reb⁹ pulchris ocul⁹ ordinis neceſſarius.
In pulchris gratior uirtus eſt.
Pudor incendit uires.
Fortuna eſt ſuperanda.
Malis non eſt cedendum.
Ad inferos uia eſt facilis.
In extremis ad deum confugimus.
Neq́ in fortuna, neq́ in tempore ſpes noſtra ſit.
Vox populi a deo euenit.
Non eſt certus euentus belli.
Vir bonus gratus eſt, & immemor iniuriarum.
Omnis conatus eſt ad ſimile pducēdus.
Mas, & fœmina eiuſdem eſt ſpeciei.
Vrbanitas officina eſt amicitiæ.
Vrbanitas non parua uirtus eſt.
Petulantia, ac obſcœnitas omnis abſit iocantibus.
In omni re ſequendus eſt rerum ordo.
Exquirendū ē in omnibus qd decens ſit.
Irrationalia peccare non poſſunt.
Conſuetudo legis habet uigorem.
Ad ſocietatem natus eſt homo.
Suos quis manes patitur.
Magni eſt animi ſuperbos debellare & ſubiectis parcere.
Si nocendi artes requiris unam reperies.
Mille nocendi artes ſunt.
Viri bella, & pacem gerunt.
In ſeruo maxime opus eſt fide, & taciturnitate.
Commemoratio beneficii, exprobratio eſt immemoris beneficii.
Durum eſt alieno more uiuere.

Q uælibet ætas ſuos affert mores.
Vrget hominis præſentia.
Peniſſe ſemel ſatis eſt.
Boni mores ſunt præmia multa.
Omnia fiunt ne fame pereamus.
Cauſa omniũ malorũ eſt cauſa hominis.
Hominis opinio ſæpius eſt obliqua.
In difficilibus uirtus perficitur.
Virtutes ſunt animi bona.
Nimium defficere/& nimium gaudere uitioſum eſt.
Nemo tam prudens/& cautus/qui non interdum peccet.
Inuito omnia ſunt grauiora.
Virtus doctrina acquiritur.
Improbis opus eſt iuſto iudice.
Paupertas modeſta eſt.
Suus dolor cuiq; uidetur maximus.
Inter ſe dolores multum differunt.
Nemo eripit quod ſuum eſt.
Sua quæq; tandem natura repetit.
Omnis exna apud principem iucunda ẽ.
Homini magna eſt leuitas.
Nulla maior eſt ultio q̄ non ulciſci.
Parta cum labore magis iuuant.
Cum bonis commertium ſignum eſt probitatis.
Res ſecundæ honorant/& oſtẽdũt uirũ.
Campus niſi colatur non bene producit.
Hiſtrio complacere contendit.
Multæ curæ animum diſtrahunt.
Si fieri nõ põt quod uis/uelis qđ poſſis.
Bene ualentes facile ægrotis conſulunt.
Decet oĩa experiri priuſq̄ moriamur.
Benemerenti non ſit gratia.
Virtus/& ignis diu latere non poſſunt.
Virtus rara eſt/& omne bonum.
Homines patiuntur non crimina.
Pro locis/reb⁹/& tpibus multa mutant̃.
Natura magiſtra inuitat ingenia.
Natura in omnibus optima eſt magiſtra.
Præter opinionem plura obtingunt.
Extra propoſitum gaudet fortuna.
Non niſi iuſta petenda ſunt.

Lingua mali pars peſſima ſerui eſt.
Frons hilaris multum adiuuat.
Frons ſerena multos oculos decipit.
Sint uerba rebus conuenientia.
Ars adiuuat uocem.
Memorẽ oportet eſſe legibus incũbẽtẽ.
In ſene ratio eſt perfectior.
Incrementum eſt malum ſi ſit ſine moderato labore.
Motus/& agitatio plurimum proſunt.
Vtilitas ſequitur ad quodlibet.
Habet fortuna regreſſum.
Res belli uariæ ſunt.
Rarus fidelis uir eſt mulieri.
Non ſat commode omnia diuiſa ſunt.
Deus eſt memor malorum.
Amicitia a teneris unguiculis ſemp creſcit
Fama mali innoteſcit priuſq̄ boni.
Nodum in ſcirpo non quærit ſapiens.
Multa decẽt ĩ domo/q̄ dedecẽt ĩ ꝑpatulo
Obedientia amorem adiicit.
Arrogãtia eſt mulieris uelle/ut ſuo uir uiuat arbitrio.
Inſtitutio plurimum ualet.
Vita/& morum diſſimilitudo diſſenſionem pariunt.
Rebus/& hominibus a natura fixus eſt certus limes.
Penuria in principes acuit linguas
Fama paſcit uulgi aures.
Q uæ cito creſcunt principium repetũt.
Pueri ingenioſi ætatem decipiunt.
Lenones pudicitias oſtendunt.
Oportet theologos eſſe bene articulatos.
Litis comes eſt miſeria.
Nullus tam nobis amicus eſt/quin inimicus fieri poſſit.
Magno ſumptu ſplendidus eget.
Eſt reprobum munera uendere.
Q ualis eſt homo/talis eſt eius oratio.
Non remittitur peccatum niſi confitenti.
Dignitas apud indignos ignominioſa ẽ.
Experientia docet/ꝙ omne quod naſcitur mori debeat.

Lucrū uix cōſtat ſine alterius damno.
Inter graues occupationes ceſſatio grata ē oīs.
Nautæ magis exercent̄ manibus, q̄ pedibus.
Furta, & præſtigia a pricipibus ſunt inſectāda.
Liberæ ſunt hominum uoluntates.
Incocta ſunt homini noxia.
Dos, & forma ſolent inſolentiam parere.
Nihil eſt peſtilentius uxoris inſolentia.
Potentioribus parendum eſt ex neceſſitate melioribus ſponte.
Vtiq; utendum eſt & conſilio, & ratione.
Duplici labori duplex merces debetur.
Laborioſius eſt dedocere, q̄ docere.
Pernam non eſt uile apponi frigidum.
Mane qđ occeperis agere id totū procedit diē
Inſtruuntur etiam belluæ longo tempore.
Nihil eſt, qui nihil bene amat.
Non ſcit bardus quot habeat ī manu digitos.
Qui coactus peccauit leuiori, uel nulla pœna afficiendus eſt.
Suæ cuiq; ſunt uoluptates.
Ne maledicas potentiori.
Infamia nunq̄ moritur.
Vt rē curamus, ſic nobis procedit.
Deceptus credit omnes eſſe deceptores.
Mercatura ſine fœnore laudabilis eſt.
Nullus ſeruilis quæſtus probatur.
Cū ſacerdotib⁹ nō ē cōuerſandū niſi ī diuinis.
Vitia animi, non corporis ſunt deteſtanda.
Viri propria eſt uirtus.
Naturæ neceſſitas nō eſt dolenda.
Multitudo nō ē ſpiranda, nec blandienda.
Magna uis eſt uarietatis rerum, ac temporū.
Humanæ res uicem habent.
Mens uelox eſt, ſed neceſſitatis uis ē maxima.
Raro prudens cadit.
Obediendi gratia nō facinoroſi effici debemus
De duobus malis neceſſariis minus eligendū.
Male ualeant qui diſſidiū inter amicos q̄runt.
Conſuetudinis magna uis eſt.
Mali nō uerent̄ ubi opus, ubi nō op⁹, uerent̄.
Plurima ſæpe falſa dicuntur.
Appetitus appetit, ratio corrigit, & coercet.
Actio noſtra tendit ad utile.

Cauſæ ſunt acceptandæ tantum pro iuſtitia.
Cum gloria raro gratia iungitur.
Repulſa merita toleranda eſt.
Omnia pene mala gignit inobedientia.
Fallacia, fallaciam trudit.
Scrupuloſæ uiæ podagribus ſunt noxiæ.
Temeritas raro fœlix eſt.
Maximū beneficium eſt bene conſulere.
Alcumiſta ſemper inops erit.
Qui leges timet, eas non ueretur.
Mors bonis eſt uita.
Omen pro nihilo eſt.
Lucrum facit qui ſeruit amico.
Non ſtatim efficimur ſapientes.
Lenoni deus inimicatur.
Bene, & pulchre uendendum eſt.
Ad agendum amicus adhibeatur.
Nihil tam paruum eſt, quin id pigeat perdere.
Dictū ſapienti ſemper ſat eſt.
Morum malorum auctor eſt populus.
Populū neq; accuſare, neq; corrigere tutū eſt.
Vētris crepitus uētus ē, & tm̄ offendit nares.
Agreſtis acerbitas peſte eſt peſtilentior.
Duplex ē oratoris finis, bñdicere, ac pſuadere
Minatur omnibus qui uni infert iniuriam.
Barbari eſt, etiam nolenti poculum porrigere.
Horror abſq; animi conſternatiōe nō cōtingit.
Graue eſt ſua ferula feriri.
Arrogantia populis eſt odioſa.
Virtus ſine labore adipiſci non poteſt.
Boni agricolæ manus incaluere.
Conueniens eſt ad amorem, & beneuolentiā homines allicere.
In culpa eſt non qui patitur, ſed q facit iniuriā.
Vt Sicilia tritici, ita prædonum nunc ferax eſt Inſubria.
Armis propriis perit Italia.
Sapiens non habitat cum tyrannis.
Rerum, & uerborum ſunt ſimilitudines.
Bene ſibi conſulit qui res ſuas bene agit.
Nobilis inops uarie fortunam temptat.
Diſſidia non eſt tempus conterendum.
Alia alibi laudantur.
In connubiis non eſt pecuniis inhiandum.

Vnicuiq; contrariorum non multa/ ſed unum eſt contrarium.

Vxor ſæpe mariti peccata confitetur.

Fortuna uariat hominum uices.

Nihil celeritate utilius eſt.

Dicax ſæpe obloquitur.

Miſerrima illorum eſt conditio quæ inimicis caret/uel ſi habet/& ipſis miſerabilis eſt.

Glorioſa laus eſt malis diſplicere.

F I N I S.

Liber Decimus Nonus de
Spe Ad Reuerendiſſi\
muꝫ Cardinalē Gon
zagam : Et ad Ma
gnanimum Fer
dinandū Gō
zaicum.

Reuerendiſſimo Ac Illuſtriſſimo Cardinali Herculi Gonzagae Digniſſimo Hieronymus Perbonus Inciſae marchio Ac Ouiliarum Dominus Foeliciter Cupere.

ITA demum euenit Reuerendiſſime Domine/ut quandoq; quod animo homo proponit exequendum/fors aut Cælum/aut Diuinus Spiritus mutet/& tranſformet. in tantis meis laboribus quos perpeſſus ſum in meis Ouiliarum uigiliis/ nunq̃ Spes ſubiit/ut de his mihi quiſpiam gratificaretur/niſi quum his paucis ante diebus de ſpe ſcribere inciperem. occurrebant montium altiſſima culmina in quæ uelut ſcopon coniicerem meorum oculorum aciem. ſed nunq̃ potui animi mei mutare propoſitum/ut alios adirem hoc meo Libello de ſpe q̃ tuam amplitudinem/&. excelſam ſapientiam. Ita eſt animus informatus meus de tua ſapientia/de tua magnanimitate/d̃ tua liberalitate/ut nūq̃ potueri ex aliis/quos eccleſia Romana magnos præſules oſtendit/maiorē ſpem concipere/q̃ de tuo candidiſſimo animo. Herculeam profecto habes uirtutem. non ſolum nomen ſuſtines in gonzaica familia excelſum & diuinū/ſed ſuperas. qđ habes/nō habes donas/ornas/decoras/magnos reddis amicos/& per Italiā Illuſtras/& defendis. potuit Hercules ille heros monſtra per orbem delere. potuit hoſtes uincere. potuit labores impoſitos egregie exequi. aprum capere. occidere lernam. non potuit tamen cuipiam dare ſpem/atq; ita infundere hanc pulcherrimam uirtutem/ut cætera quis quæ aduerſa ueniant abiiciat & lætior ea ſpe uiuat/& uitam iucundiorem augeat. ſic facis Reuerendiſſime Domine. Nemo eſt qui ad tuam accedat amplitudinem/qui plenus ſpei/plenus amoris/plenus iucunditatis/plenus certitudinis a tuo cōſpectu nō recedat. Proinde ſi in Ouiliis meis poſtq̃ omnes excolui uirtutes/poſtq̃ omnia tetigi erudimenta/& ſenectutem per hæc ſuſtineo meam/non mirum eſt ſi te ex omnibus elegi/qui ſpem irrigares & foueres meam. Hæc tua e cælo gratia eſt/ut inebries quos uides/& capias amore tui/qui ante te ueniunt/qui de tua amplitudine cogitant & loquuntur. ſpem præcipue eam das in eccleſia Dei/quā pauci fortaſſe/aut nemo de ſe exibet/ut ea tua immenſa humanitate/& ſingulari manſuetudine/benignitate/pietate/affabilitate cælū/ipſaq; diuina maieſtas moueatur. atq; proponat tandem eccleſiam Romanā magnificare. atq; ea maieſtate decorare/ut nunq̃ alias maior fuerit uiſa/& extite

Hercules gōzaga cardinalis.

Herculea uirtus.

Hercules potuit.

Gratia e cælo

Gōzaica fœli citas. rit ſic fœlicitas Gonzaicæ familiæ uidetur innuere/quæ omnem Italici no/
minis ſpem in ſe retinet.cui uidemus pontifices/Reges/imperatores/pro//
Mantuæ do tes. uincias/regna/etiam infideles quodammodo blandiri & obſequi.augent no
bis hanc ſpem illius urbis præſtantiſſimæ dotes/in qua natales habuiſti.fa/
cta eſt illa pulcherrima urbs quam uidentur dii ipſi frequenter adire/pone/
req; ſedem/Italicæ militiæ/& uirtutum omnium ſpectaculum.atq; ſi indue
te poeticū animum uelimus/dicemus poſuiſſe ſedem Iouem/Apollinem/
Iupiter digni tates. Cupidinem/& Mineruam.Iouem/quia omnium dignitatū culmina illic re
Apollo inge nium. lucent.Apollinem/quia tanta illic ingeniorum facunditas retonat/ut mon/
Cupido blan ditias. tem Parnaſum,numina & muſæ reliquerint.Cupidinem/quando nullibi
maiores reperiantur blanditiæ/nullibi maius theatrum omnium delitiarū/
Minerua ſa pientiam. q̄ in tua præclariſſima urbe.Mineruam/quando ſapientiæ domicilium illic
fundatum eſt.illic ſanctiſſimæ Religionis uerſantur lumina/omniumq; do
ctrinarū exquiſitiſſima emporia.Merito tibi Reuerendiſſime domine Her/
cules Cardinalis digniſſime ſpem hanc noſtram/& ſpei libellum de Ouiliis
noſtris ante tuum conſpectum apportamus.lege obſecro quum a maiori//
bus uacas/& noſce quid in tanto rerum turbine ſpei habeam/& memor ſis
Ouiliarum noſtrarum/in quibus tantopere nomen Gonzaicæ familiæ reſo
nat.Cui Perbonus ſe & liberos ſuos comendat/& fœlicitatem tuam deſide/
rat/amatq;/& a diis immortalibus precatur.Vale Ex Ouiliis.

Illuſtriſſimo Ac Magnanimo Ferdinando Gonzagae Militiae Sacratae, Studioſiſſimo Hieronymus Perbonus Ouiliarum dominus Et Marchio Inciſae bene Eſſe.

NOVA uirtus militãdi/ quæ in tuo nũc animo creſcit/ Ferdinãde Illuſtriſſime/ facit ut plurimũ mortales/ qui ſæculi pſentis memoriã colũt/ non ſolũ de tãto tuo nomine gaudeãt/ ſed cũ ueteribus audeant de pſtantia uirorũ certare. Fuit olim Italia omniũ uirturũ ubertate ſcatens/ & principũ copia tã fœcunda parẽs/ ut nullũ fuerit in uniuerſo orbe tã uaſtũ & potẽs Regnũ/ quin illa ueterũ noſtrorũ militaris fortitudo nõ armis cõuicerit. ſed ut ſunt in rebus cũctis hic interitus & uita/ q̃ſi cœli facie auerſa/ ille animi uigor/ illa militãdi præſtãtia fuit p multos annos/ ne dicã ſæcula a noſtris deſiderata. uſq; adeo tellus hæc illis uirorũ natalibus remanſit ſterilis/ ut frequentiſſime barbarorũ incurſibus/ & iugo facta ſit obnoxia/ donec reluxit dies/ qua cœlis noſtrorũ decus reportãtibus/ ex Gonzaica familia cœptũ ſit uera & ſacra uti militia. cœpere tui maiores inde auus & genitor ſtrenuiſſima militantiũ numina uirtute armorũ/ & multis bello & pace præclariſſime geſtis ueterẽ bellandi formã tã exacte reducere/ ut breui ſit idẽ exteris nationibus Italicũ nomẽ factũ formidabile. qđ nõ mirũ/ ſit Illuſtriſſime Ferdinãde fama p Italiã illuſtrat ueterũ tuorũ ueſtigia ſequẽs. natus es illis proceribus/ qui natura impellente ad præclariſſima te genuere. non eſt de te/ deq; tua ſingulari uirtute p ora hoĩum obſcurus ſermo/ quãtũ in hac iuuenili ætate ad futurã gloriã auſpicatus es primordiũ. Fecere noui timores q emerſere aduẽtu Turcanicæ potẽtiæ in Pãnoniã oĩbus liqdũ/ quãtũ uirtute bellica ualeſ/ q cũ tuis Italis nõ ſolũ hoſtib⁹ metũ inieciſti/ ſed ipſis Germaniæ proceribus factus es admirabilis q te ſublimẽ/ & ſtudio gloriæ impigrũ ſpectãtes/ tuis mire recẽſitis copiis/ nõ aliũ ſũt uaticinati/ q̃ futurũ militaris excellẽtiæ principẽ. Nos quũ hæc audiebamus prægaudio effluẽtes uix lachrymis lætitia in animo exuberante abſtinebamus/ atq; hoc uoti euẽtu impulſi in Ouiliis noſtris/ fœlicitatẽ tuã notauimus/ pcibuſq; obnixe cœlũ petiuim⁹/ ut te longæuũ numina ſeruẽt/ faciãtq; quẽ his initiis oſtendunt miræ indolis/ incredibili ſucceſſu/ & fœlicitate maiorẽ. uale Italicæ gloriæ nouũ ſyd⁹. Ex Ouiliis.

Ferdinandus Gonzaga.

Italia olim.

Ferdinandi auus & genitor.

Italicum nomen.

Turcæ in pãnoniam.

Hieronymi Perboni Marchiōnis Incisae Et Ouiliarum Domini Liber Decimus Nonus de ſpe ad Reuerendiſſimū Herculē Gōzagā Cardinalē Integerrimū: & ad Illuſtriſſimū ac Magnanimū Ferdinādū Gonzagam Caeſareū.

SPEM uobis affero Reuerē. Dñe/ & princeps Illuſtriſ.
Propterea qd ſpē/quā nobis ueſtra ampliſſima uirtus
de uobis patefecit & oſtendit/dediſtis. dabimus quam
nos hauſimus ſpem. Eam nutrimus & augemus pro
ueſtris immēſis & optimis moribus quos ab initio pa/
triæ & Italiæ comprobaſtis. qua ſpe aucti tacere non
poſſumus/qd ſpes hæc in animo titillat. Neq; aliunde
Spes virginē
ſpē habere originē putamus/q̄ ab euidētibus cæli oſtēſionibus. nec eſt tam
lingua facunda/tam uox canora/quæ plus loquatur/plus ſuadeat/ plus cō
firmet/q̄ ſpes. Ideo hæc mihi annuit/hæc mihi aſſerit futurum gaudiū/quo
Hercules & ferdinandus Gonzaici.
ego/quo liberi mei/quo ueſtri ciues/quo tota Auſoniæ plaga per orbem ex
tolletur. eritis in tanto rerū culmine Reuerendiſſime Antiſtes/& tu mi Fer/
dinande eminētiſſime/ut ex uobis effundatur omnis ſplendor/omne bonū.
ſic enim fœlicitas ueſtræ patriæ/ſic fœlicitas ueſtræ familiæ a Diis immorta
libus habet ſitam fidem/& certitudinem. & ego quum hæc mente reuolue
Spes cæleſtis
rim longa fuerim aſſequutus contemplatione/ ſpem hanc in Ouiliis meis
uelut cæleſtem Deam collocaui ſublimius/ad quam uelut adorans frequen
ter adeo. cum hac longæ mihi ratiocinationes habentur/lōga commoratio/
Spes facit.
ſuauis expectatio/credulitas uelut certa/quæ diſcedentem comitatur/quæ
ſedentem ambit/quæ dormientem non dereliquit/ quæ cogitantem auget/
quæ patiētem hortatur & alleuiat. ſic me habet/ut amo/& liberos meos enu
Spes ad bonum.
trio/& ad maiora proſcribo. nec eſt enim quiſpiam/qui ad bonum perue/
Spes fidiſſima comes.
niat/niſi ſpe prius antea fuerit delinitus/directus/impulſus. hæc fuit fidiſſi/
ma comes qbuſuis magnis uitis/hæc boni æterni ſuadela/& mortis omni tē
ſpem ꝑpter.
pore metus expultrix. p hāc ueteres impreſſere ad cælū ueſtigia. ꝑpter hanc
illi qui ꝑ Chriſto paſſi ſunt/pauptatē ſubiere/mortē nō recuſauere/ſolitudi

nem

nem petiere/ieiuniis macerationē.longa multi paſſi ſunt ieiunia/ ut æternā
adipiſcerētur uitam ſicut ſpes ab initio ſuaſit.ſic ille pœnitentiæ ſpeculum
Hieronymus per ſpem inceſſit/immortalitatemq; adeptus eſt.niſi ſpes fuiſ
ſet/per deſerta Baptiſta præcurſor nō ambulaſſet.Diuus Antonius in here
mo non maceſſaret corpus.neq; Ioannes hauſiſſet poculum . nec ambulaſ/
ſet Petrus in fluctibus/cruceq; pependiſſet intrepidus.tanta uis eſt in ſpe/
ut oium tormentorū ſæuitiē mēs humana p/ſpē ſuperet. p ſpe lapidatus eſt
Stephanus/Laurētius exuſtus/Sebaſtianus ſagittatus.bene ſperādo/ & re
ᵭte operādo/& dominū diligēdo Magdalena ueniā delictorū meruit.magna
profecto eſt ſpei potentia/& inextimabilis uirtus ad mortaliū mentes conſo
lādas procreata.tantam ſecum gerit medelam/ut ſpes faciat ea/quæ uix to/
lerabilia ſunt/toleremus/& mala quæ reminiſcendo horrorem incutiūt/ ſuf
feramus patienter.hæc eſt illa ſpes/quæ æternitatem per incommoda polli/
cetur.Ideo ſpes a ſapientibus diffinit̃ eſſe uera & certa ſemper expectatio fu
turæ beatitudinis proueniens ex Dei gratia/atq; noſtris ex operibus exten/
ſio appetitus in appetibile.quando appetitus ita eſt excellentis boni cum fi/
de conſequendi id quod deſiderat.Cuius quatuor præparantur obiecta/ bo
num ſcilicet/& arduum/& futurum /& poſſibile.ſperant ii bonum in Dei
bonitate/& ille ſpē implet fœlicitatis æternæ.hæc ſpes nō decipit / atq; uſq;
adeo firma & potēs/ut ſine ea nemo poſſit ad fœlicitatē puenire.fides credit,
ſpes ſuſtinet.charitas ornat.ſic ſapientes noſtri ſcribunt/ quod ſpe ſaluati ſu
mus.& tunc magis atq; amplius ſperare debemus/quum præſidia humana
deficiūt.q̄q̄ multi i aduerſis a ſpe deficiāt. quā rē facit imbecillitas animi.nā
ſpes fortis metum abſcondit periculi.Ideo ſpes animum erigit/& facit nulla
mala exterius poſſe ſentiri.Ideo in medio æſtu tormēta noſtri certatores pro
fide non ſenſerunt.Tanta eſt in ſpe uirtus/ut etiam incerta ſoleat labores di
minuere.Hæc Dea quum fugerent ſceleratas numina terras/in mundi uaſti
ſola remanſit humo.hæc facit/ut uiuat foſſor quoq; compede uinctus/libe/
raq; a ferro crura futura putet.Hæc facit ut uideat quum terras undiq; nul
las/naufragus in mediis brachia iactet aquis.carcere dicuntur clauſi ſpera/
re ſalutem/atq; aliquis pēdens in cruce uota facit.Hæc dea q̄ multos laqueo
ſua colla ligantes/non eſt propoſita paſſa perire nece.attamen bona ſpes eſt
illa quæ Laudabilis eſt.nam cauſa iubet melior Deum ſperare ſecundum.&
quæcunq; ex merito uenit/æqua uenit ſpes.quid ſpes in humano non pro/
curat genere? hæc aruis tradidit ſemina.hæc alit agricolarū animos. hæc ma
ximos principes ſtatutos concinnat.tanto beniuolentiæ ſtudio hæc puella
uirgo cādida ſine fellis amaritudine ſe præſtat/ut omnibus gratiſſima adeſt/
malos quoq; non dereliquit/ſi ad meliorem uitam dirigant actus . hæc ſerui
tia adit & præmium expectare hortatur.Hæc milites in arma ſuadet ite / ui
ctoriamq; ſperandam indicat . hæc mercatores per uaſti pelagi minas trahit.
tanto beniuolentiæ uultu ad omnes accedit/ut a nemine repellatur & exclu
datur .o uera & amabilis uirgo non alio orta ſemine q̄ diuino.Quid foret hi
ſce horridus & uaſtus mundus? ni ubiq; uiridis ſcateret ſpes. ipſa quoq; ani
malia prona ad terrā ſine ſpe uiuere non creduntur.ipſæ quoq; ſcatentes her

Hieronymus diuus p ſpē.
Baptiſta præcurſor.
Petrus in cruce.
Spei vis.
Spes ſuperat
Stephanus.
Laurentius.
Sebaſtianus.
Magdalena
Appetit⁹ boni.
ſpei quatuor obiecta.
Spes diuina non decipit.
Spe ſine fœlicitatem.
Spes credit.
Charitas ornat.
Spe ſaluamur.
Sperare magis tunc.
Spes animū.
Martyres tormenta.
Spes tāta virtus.
Spes remāſit
Spes facit ut.
Spes bona ē.
Spes bona iubet.
Spes ex merito.
Spes in humanū genus
Spes ſine fele.
Spes grata.
Spes quoq; malos.
Spes ſeruientes.
Spes milites.
Spes mercatores.
Spes non repellitur.
Spes orta.
Spe ſine mūdus.
Spes viridis
Spe ſine animalia
Spem herbæ

bæ ad ſpem exurgunt emittendi flores. ipſæ grādiores arbores ſpem ſecum
gerunt/ut oſtendant ſe proceras/ſe utiles/ſe nobiles mortalium oculis. a na
tura profecto repelluntur/& morti deducuntur/qui nullam ſperant ſalutem.
uiuentes ſpes nutrit. qui plantat uineam/ſperat uti eius fructu/& dulciſſi/
mum eius haurire uinum. qui paſcit gregem de lacte ſpem geminat. Beatus
profecto uir/qui in Deo ſperat. ſperantes in domino non minuentur omni
bono. ſic enim ſapientia docet. ſpera & uiues/ſpera & abſtine. ad impium
ſpes quoq; uadit/& ſi reſiperet/utiq; adiuaretur. ſed in impio/tanq̃ lanugo/
quæ a uento tollitur/& tanq̃ fumus aut ſpuma/quæ procella diſpergitur. de
bona ſpe bona gaudia naſcuntur/bonaq; uoluptas. tanta ſe ſe inſinuat ſpes/
ut quod non uidemus/etiam ſperemus. ſolet ſpes naſci/creſcere/& augeri.
ſolet pinguior effici & beatior/ſi originem traxerit a cælo. Nam ea quæ in ter
ra orta ſunt/multos decipere ſolent. Ideo ſi cupimus ſpe muniri/ſpe uera ui
uere/eam hoſpitemur/quæ ſuperne fluit. hæc nos noſtraq; interdum nō ſo
lum tutata eſt/ſed auxit/propterea q; non confundūtur/qui ſperāt in domi
no/ſed ſperata conſequuntur. Non facile tolletur a forti præda. ſalui erimus
o filii chariſſimi & dilecti/ſi optima ſpes nobis affulſerit. hæc familiā auget.
hæc corroborat mentes. fui ego a parētibus meis hac ſpe & benedictione in
dutus/eadem & uos condecoro/atq; immortalem frequēter fatigo Deum/
ut uos diuina benedictione connotet. Hæc pietas eadem matris ueſtræ uo/
bis congeminat ſpem conſors mihi probatiſſima timens Deum. ſæpe unius
precibus flectuntur numina. ſic diuæ Monacæ lachrymis & planctu ſpes
Auguſtinum reddidit eccleſiæ. illa igitur quæ a Dei domicilio ſpes fluit uali
dioremnobis ſe præſtat. optimam ſolet ſpes generare animi inocentiā/quæ
unicum uitæ ſolamen appellatur. nam quicūq; iuſte ſancteq; uitam exigit
(ut inquit Pindarus) dulcis eum ſpes comitatur. Cor nutrit. ſenectā fouet.
ſic recta conſcientia optimam ſpem præbet. tunc ſumma ſpe uirtus habet/
qua æterna bona ſperauimus/& firmiter expectamus ex Dei gratia/& meri
tis præcedentibus. Nam ſine meritis ſperare præſumptio eſt/quando ſpes
earum rerum erit uera. ſpes quæ non uidetur. i. quæ futuris lapſibus ſubie/
cta nō iacet. futurum enim ut aliquid ſpes nobis oſtēdat eſſe. non enim De⁹
immortalis fruſtra aliquid fecit. ſpem quum fecit/ea ratione fecit/ut nos per
uenturam uitam aliquid ſperemus cognoſcamuſq; ſore repoſitam nobis de
gentibus/atq; per præſentiam operantibus immortalitatem. Ideo pius/
ideo iuſtus/ideo probitate plenus Deo amicus eſt/qa bene ſperat. Ideo tole
ramus incōmoda/qa mercedem ſperamus uenturā. ſperat agricola quum ſe
mē terræ ꝓiicit. Nō ē ergo mens aliqua nō ſenſus/q relinquat a ſpe. Icc irco
ſpem ſolam in dolii fundo relictā finxit antiqtas. habet præcipuā ſedē ſpes
in uultu. Illic qualis & quāta ſit ſæpe cognoſcit. difficile eſt ſpē hilarē/aut du
biā/aut mœſtā non ꝓdere uultu. exteriora enim ſolent animi indicare interio
ra. Et ſi iterius unguis ſuccidat facere neqmus/qn doloris pūgamur aculeo.
ſtultiſſim⁹ eſt ille atq; nulli⁹ ratiōis capax/neq; iter hoīes cōnumerādus/ſed
iter ſtolidos & uecordes/q nihil ſpat/aut ſi qcq̃ ſperat/deſperat. uarietas hæc
tāta/quā ſpectam⁹ circūagi in tā uolubili orbe/nos edocet nihil eſſe deſperā

dum

ſpem herbæ.
ſpē arbores.
ſpe ſine repel
luntur.
ſpes nutrit vi
uentes.
ſperans i deo
ſpera & abſti
ne.
ſpes i impio
ſpes bōa gau
dia.
ſperamus nō
uiſa.
ſpes e cælo.
Orta e terra.
ſpe ſi uera.
ſpes ſuperna.
ſpes perbonū
ſperant q in
deo.
Spes ſi afful-
ſerit.
ſpes corrobo
rat.
Perbon⁹ apa
rentibus.
Perbonus fi-
lios.
Perboni con
ſors.
Humana fle
ctuntur.
Monacæ la-
chrymis au-
guſtinus.
ſpes adeo.
ſpes generat.
Innocentia
uitæ ſolamē
ſpes dulcis.
ſpē recta con
ſcientia.
ſpe ſūma vir
tus.
ſperamus
æterna bona
ſperare ſine
meritis.
ſpes vera q
ſpē fecit de⁹.
ſperam⁹ per
venturam vi
tam.
Deo amicus:
ſpes in dolii
fundo.
ſpem nō pro
dere.

dum & nulli rei fidendum.nam nihil eſt de quo non ſit habenda fides. Nō
eſt quiſpiam uir bonus & prudens/qui non bene ſperet.bonos enim maxi/
me ſpes/quocunq; iuerint/comitatur & ſequitur.Illi ſunt qui præſentia
mala in melius Deum commutaturum ſperant.nec quicq̄ eſt tam ſiniſtrum
uotoq; deuium/qđ non meliuſcule ſperent.Habraam bene ſperando inuen
tus eſt fidelis.Ioſeph in ſeruitute intra ſuum pectus mandata diuina cuſto/
diendo ſperando factus eſt pene dominus Aegypti.ob bonam ſpem Dauid
conſequutus eſt regnum.tres pueri ſpe pleni euaſere camini flammam.Da/
niel Scuto ſpei Leonum rabiem deuitauit.ſic poſtremū omnes & qui fue/
runt & qui ſunt boni in deo ſperantes/infirmari non poſſunt.illi tamen ſa/
pientiſſime ſperantes ſunt/qui unam ſpem alunt/atq; eam unicam in Deo
reponunt.quando multæ ſpes/uelut ſeparatæ ſpecies reperiuntur quæ per
ima ſerpunt/hæ ſolent eſſe ut plurimum fallaces.Ideo in rebus hiſce falla/
cibus & caducis/ſpes emenda pretio non eſt.ſatis tamen in omnibus ſpes
illa magna/& altior in rebus aduerſis ſolatium unicuiq; præbet & uires au/
get.Ideo bonus ſi rite bonus/raro quicq̄ timet.ſed præcauendum ne ſpem
de malo aliquid conſequendum capiamus.ſæpe aliquis malitia imbutus ad
maleficium perpetrandum ſine ſpe non accedit.ſed hoc genus hominum
ſæpe ſpes falſum habet.hi ſunt qui ſpem in hoc & nūc ponunt.at ſapientes
ſpem alibi reponunt ſuam/quia fœlicitas & beatitudo/quæ humanæ ui/
tæ finis eſt/munere Dei/atq; in altiori loco præfixa eſt uelut ſagittariis ſco/
pos/quam uirtutibus per ſpem acquirimus.Ideo illi qui ad hunc non pro/
ſpiciunt finem/alii non poſſunt eſſe/q̄ hi qui ſine ſpe ingenio carēt.Quod
eſt uis & aptitudo quædam habilitaſq; animantibus naturaliter indita/ho/
mini præſertim/quæ ad excogitandas artes uerſatur/& ad ſolertiā multimo
dam humanæ uitæ non ſine ſpe munita ad futurum commodum.ſic terræ
ingenio ſpei bene arantur/bene coluntur/bene occantur/bene expurgan/
tur/quæ non fierent cultæ niſi ſpes iuuaret futuræ ſegetis.tantū nobis com
patitur ſpes/tantū nobis ſe miſericordem oſtendit/ut etiam morituris eue/
ſtigio adhuc mentem eleuet dulcedine uiuendi/& quantumcunq; quiſq;
ſciat ſe moriturum/ſpes ita ſe ingerit/ita ſuaui & credula inuoluit opinio/
ne/ut nemo putet ſe moriturū.ſæpe inſperata accidere ſolent/quæ ſpera/
re nō pſumpſimus.Id euenit ut cognoſcamus bona noſtra aliunde originē
trahere atq; eo mentē dirigere debeamus/ubi certa ſpes reſidet & mentem
noſtrā ſolatur/quā mox illuminatio diuina ſubſequitur.Ideo Perbonus in
hoc excelſo ſperat.Atq; auſpicato ſperat/auxiliante uirgine illa intemerata/
quæ me apud filium per tot ingruētia pericula/per tot occultos hoſtes in/
columē fecit.ſic ſpero in eo qui me redemit/ꝙ humiliabit oculos ſuperbo/
rum/& illuminabit lucernam mentis noſtræ.dextra enim illius ſuſcepit me.
uirtus illius fuit quæ ſpem meam impleuit/ne duo filii mei amantiſſimi Ma
ximilianus & Franciſcus fracta naui in Pado ſubmergerent̄.qđ in hoc dicā
niſi ꝙ ſpes mea attraxerit ad adiuuandū in tāto periculo/& Deiparā/& Si
monē & Iudā apoſtolos/& diuā Agnetē/quorū nūina iā diu ſpes mihi cō/
parauit ꝓ præſidio/quæ toties inimicos meos & praue obediētes ab innocē

Sperat prudens.
Spes ſequitur.
Spare in melius.
Habraam.
Ioſeph.
Dauid.
Tres pueri.
Daniel.
Sperantes in deo.
Spes una.
Spes multæ.
Spē malam capere.
Fœlicitas & beatitudo.
Scopos ſagittariis.
Spes uis q̄dā
Spes morituros.
Inſperata accidere.
Perbonus ſperat.
Perbonus a uirgine.
Maximilianus & Franciſcus perboni filii e naufragio.

Perbonus pro principe Spes iucūda perbono.

tia mea repulere. multa habeo de ſpē dicere. nam antea dum exilio peregrina
remur/dum nos pro principe noſtro mōtiū aſperrima peruagaremur/nunq̃
me ſpes dereliquit. uenit tandem uoti compos plena/ſucculenta/iucundi/
or. amiſſimus olim res noſtras/& in ea rerū iactura. urebat cura pro uxore
pro filiis meis chariſſimis/nunq̃ tamen ſpes iſta diuina fecit/ut exciderē ani/
mo. nunc uerior facta multa ad uerum & legitimum dominum rediere. Iccir

Perbonum princeps ad ſpem hortatur.

co ſæpe lætitia exilimus & per ſæpe oculos ad cælum coniicimus/menteq;
noſtra numinis altiſſimi beneficium complectimur/q; ſpe non fuerimus de
cepti. atq; ſummopere ad hæc ſperamus profuturos multos rebus noſtris/
præſertim Principem meum humaniſſimum/qui ſæpe commonet/ut auda
cter ſperem. profuturū reb⁹ meis liberis meis omnino fatetur. ſed faxit deus

Spes ſine diuina ope. Principes & religioſi ſperare. Sperare de futuris.

ne plus inuidi poſſint/q̃ hæc recta eius & ſancta uoluntas. ſed ſpero diui/
no præſidio ſpem hanc noſtro non caſuram animo/quoniam ſine diuina ſpe
cæteræ ſpes decidunt ineptæ. Ideo ueri principes/ueri religioſi eam ſpē præ/
ferunt omnibus/quia de futuris recte ſperant. cur enim timent deum opti/
mum & maximum? cur eius p̄cepta obſeruant? cur incommoda æquo ani/
mo patiuntur? quia ſperant adepturos præpoſitā alibi coronā/quam nō alii
capiunt/q̃ qui legitime ſperant/legitime obſeruant/quæ in Chriſtiana reli/

Lutherani non bene, ſperant. Spes a Luthe. iis tātū Sperantes bene debe/rent.

gione continent̄. Lutherus & cæteri ſectatores/non legitimæ ſperant/quo/
niā Romanæ eccleſiæ & ueræ religioni uultū auerterunt. ab his tantū ab/
eſt uera ſpes/quantū abeſt ueritas a mendacio/Mors a uita/lux a tenebris/
& bonū a malo. ſed boni principes & qui iure ſperant/deberent patrū ſanci
ta non ſolū animo ſed armis tueri/omniaq; magis facere q̃ permittere a Ro/
mana & catholica pontificum ſanctorum ſanctione quicq̃ deflectere. nam ni
hil magis illuſtres principes decet/q̃ fideles eſſe/q̃ in fide patrum ſpem uali/

Principes fideles eſſe. Spes in fide patrum. Concilium nouum fiat Beneficia quare conſtituta. Spes qua chriſtiani aluntur. Prouentus eccleſiarum expēdantur. Speratores boni ſi ſint. Hercules Gonzaga cardinalis. Nati ſumus. Hæreſes quā te vbiq;. Dæmon inſidiator a ſpe.

dam reponere. Iidem & pontifices & ianuæ eccleſiæ Cardines & epiſcopi/
& magni doctores deberent ſummam dare operam/ut pro beneficio Chri/
ſtiani populi nouum celebretur conciliū. reforment̄ mores praui/& quæ iā
in abuſionem euenere/amputentur. beneficia cuncta/quæ a maioribus no/
ſtris ꝓ eleemoſynis pauperū/ꝓ defendendo impio Chriſtiano contra Tur
cas infideleſq; recognoſcantur. atq; exactiſſime reuideant̄/ut ſpes qua po/
pulus Chriſtianus alitur/luceſcat omnibus probis & bonis. ne tot opes/tot
prouentus/quos ſub nomine Chriſti reliquere ueteres noſtri/in laſciuias in
luxus/& in res obſcœnas & putridas dilabantur. fiantq; illi qui Romæ/qui
in magnis urbibus religionem exercent boni ſperatores. nec amplius dent
aliis materiā obloquendi. qd opus tibi in primis Cardinalis Hercules Man
tuani nominis lux & ſplendor/conuenit. non enim nobis tantū nati ſumus
ſed pro beneficio publico. tu uides Ampliſſime pater/quantis Reſpubli/
ca Chriſtiana calamitatibus laborat/quantæ in Germania emerſerint hæ/
reſes/quantæ quoq; alibi & in Gallia & Hiſpania/& in Britannis/& in Ita
lia/& inſulis incipiunt nunc emergere. Dæmon inſidiator quantum præua
luit uides. ille enim poſtq̃ ſpe decidit/nunq̃ ceſſat genus humanum a ſpe/
depellere. Hoc ad uos principes ſpectat/qui ueri eccleſiæ cardines ianuam
ſuſtinetis. dabitis operam imprimis/ut ſpes luceat omnibus Chriſtianis/de

pace

pace/de concordia principum/ut religioſi optima de ſe exempla præbeant/ne ſub ueſtibus humilibus intrinſecus Religionem fœdent/ne & cæteri audeant quicq̃ alloqui/aut tenere præter ſancita diuinæ eccleſiæ. nam multi ſunt qui de futuro ſæculo non bene ſperantes omnia perperam agunt/iniuſte/iniq̃ꝫ/fœde. uolunt laudari a iuſticia/& bonitate/quum iniuſtiſſimi ſint & fœdiſſimi præcæteris/&/in omnibus meliores uideri concupiſcunt/ quũ ſint in ipſo inepto riſu mortalium omnium peſſimi. bona uerba proferunt/ collum inclinant/caputq̃ꝫ & os oſtendunt probum/oculos decliuos. in omnibus ſpem oſtendunt habere bonam omnium rerum. quum reminiſcuntur/tam belle Deum nominant/uirginem/Franciſcumq̃ꝫ/& ſanctulos quoſq̃ꝫ. nihil prætereunt ſine ueneratione/cæli/etiam in pariete figuras tam uenerantes ſpectant/honorant/oſculanturq̃ꝫ. tam belli homunculi omnibus apparete uolunt/& tamen de futuro ſæculo minime ſperant. quũm poſſunt/ quum ſub pedibus/ſic quicq̃ teneant ſuppreſſum/& potentiam poſſint exercere ſuam/dii boni quantum crudelem quantum atrocem oſtendunt animum. ab his ſperare nihil poterimus. pectora occulta gerunt/& plena inſidiis/doliſq̃ꝫ. quod hi ſperãnt/ non eſt niſi uanum & erroneum/propterea qđ longe a deo ueſtigia eorum nullam animis auxere ſpem/qua altiora conſequi poſſint. Proinde Reuerendiſſime Domine hoc genus uulpinum/& abſcondirum cauere omnes debent/qui ueram eccleſiæ normam retinent/ & cupiunt/qui ſacrificia exercent manſuetudine animi/& præuia innocentia/ & integritate fidei. ii ſunt qui latitant/qui ad aras uera holocauſta ponunt/ qui ſpem pro certo conſouent. quorum iuſticia/patientiæ fides/innocentia/ caſtitas/abſtinentia/humilitaſq̃ꝫ pro maximo habentur theſauro. quid illa in eccleſia faciunt Reueren. Domine/quæ non niſi prauum/turpe/diſſolutum/& obſcœnum oſtendunt mortalium oculis? cur non abſcinduntur? cur non e medio tolluntur ueſtro conſilio/ueſtra ſapientia/ueſtra opera? parco uerbis. nãq̃ꝫ cupimus ut recte cuncta fiant/ſpe ſua creſcant/& multiplicentur in eccleſia Chriſti. iſta eñi periſtromata/quæ ad uſum oculorũ tãtũ ſpectant/nihil ad uerã fidei ueritatẽ ptinẽt. cultus dei ſimplex eſſe deberet itẽq̃ caſtiſſimus/& ſanctiſſimus. Non eñi beniuolentiã dei thure capimus/non extis/ſed pietate/innocẽtia & ſpe illa uera/quæ hœdorũ ſanguinẽ/& frugũ primitias ſuperat & abiicit coram ſacra immortalis Dei ara. Ideo pauca/ aut nulla aut ſi enucleatius dicere uolumus/ futilis & manca illis corripitur ſpes/qui ficte omnia agunt/ & exhibent. auerſi a uera uirtute qui ambulant/neſciunt bene ſperare/ ptopretea q̃ ueram ſpem noſcere nequiuere. non ſperant enim/qui ſanitatem/qui diuitias/aurum & argentum plurimũ poſſident. nec qui honoribus & magiſtratibus in Repu. funguntur/præſentia curare/tenei/manibuſq̃ꝫ uncinatis oĩ ſe conant̃ ſtabilia facere/ſed abeũt uelut fumi flantibus uentis. ii longe a ſpe fœlicitatis abeũt/ ppterea q̃ non nouerunt amplecti uirtutes. q̃rebant ueteres ſpẽ altius collocare/& nõ potuerunt. inſudauit Numa Pompilius inſtruere ſuos ad ſpẽ melioris uitæ colendo deos fruge ſuos/& mola ſalſa. quas res uera noſtra ſpes reiicit/ & ſtomachatur. nam noſtra redemptoris religio imprimis ſtabilit / ut recte/

Sãcita patrũ non audeat. Sperãtes nõ bene. Religioſi praui.

Vulpinum genus cauẽdum. Sacrificia q exercent.

Prauum & turpe abſcindatur.

Spe creſcant. Periſtromata

Cultus dei ſimplex.

Dei beniuolentia quomodo.

Spes futilis.

Spem ueram nõ noſcunt.

Numa Põpiliꝰ ad ſpẽ.

& iuſte uiuamus.tunc iuſte uiuendo bene ſperare poſſumus non de rebus
præſentibus/ſed de futuris.ſpes innuit fœlices homines fieri.nam nec quiſq̄
unq̄ ſapiens habitus fuit/ut non & illi ad ueram & perfectam ſcientiam pa/
tuerit ſpei aditus/quum humanæ res imperfectæ ſint omnes. nec in his tan
tum poteſt eſſe auctior ſpes / ut ſpe aliquem penitus confirmet . quis enim
poteſt(poſtq̄ ſpei compos factus eſt)uere fœlix dici & haberi?cui momēto
interdum plurima aduerſa non accidere ſoleant?Nec parum eſt ſi ſpes ī po
tentia hominem futura fœlicitate ſoletur.fidei noſtræ uis eſt hæc admirabi/
lis/ꝙ Deum hominibus conciliat in uita/& poſt mortem per ſpem æternæ
fœlicitati adiungit.ſpes ergo fidei baſi medium eſt/quo ad cæli ſedilia accedi
mus.dempto uero medio nullus ad Deum patebit acceſſus.tolle ſpem mor
talium animis/profecto nullum aderit remedium/quo altiora petamus. om
nia enim a ſpe deſtituta ad manes tartareos deſcendunt.ſoli boni ſperatores
ſummi boni ianuam reſerare ualent.nec ulla uirtus tam efficax / tam parata
acquiri poteſt ſine ſpe acquiſitionis/propterea ꝙ hæc quæ natura boni reti/
nent/a ſummo bono habent.ꝙ ſi illud quod eſt totum ſine ſpe acquiri non
poteſt/nec pars boni haberi ualet.Credere ſine ſpe quoq; non poſſumus.nō
credit/nec ſperat quicq̄ qui ſupra ſe ſcire quærit ad ſummum.ſat habet mor/
talis homo poſtq̄ archanorū clauſæ ſunt ianuæ / ut ſciat per ſpem. ꝙ ſi neq;
huic mentem placat ſiſtitq; / ſine dubio peribit / & fiet inter deſperatores
connumeratus.Ideo ſpes magnum dei munus eſt/qua poterit homo ſi au/
ctior ſit nihil timere/omnia bona aggredi/ſperare etiā in aduerſis multis nō
deſtitui a diuina ope.hæc eſt enim mirabilis ſpei merces ut habentem nō cō/
fundat/ſed ſuſtineat.de ſpe loquor quæ a cæli fonte emanat.nam de his quæ
in terra naſcuntur/haud multo flatu euaneſcere ſolent.tamen ſub umbra ſpei
nomen ſortiuntur.Princeps meus humaniſſimus ſæpe admonet/ut ſperem
ſe mihi in omnibus gratificaturum.Ita(ait)noſtrorū laborum exigunt me/
rita.At ego promptius ſpero/& tamen ſpes hæc ſæpe fallax eſt/ſæpe animū
deludit meum/quia e terra ortum trahit.didici ego per hæc ſpei ſimulachra
in Deo ſolo ſperandum eſſe.nam qui in eo ſperat/neq; commouebitur/neq;
in eternum confundetur.Iccirco ſpem hanc totis uiribus āplectimur / & nō
amittimus confidentiam/quæ magnam habet remunerationem (ut inquit
diuus Paulus)ſed bene ſperant iccirco/qui bene uiuunt.recte autem uiue/
re non poſſunt/niſi ſancte & rite operentur.nec exiſtiment ii qui nunc im/
peria tenent/regna/principatus diutius ſiſtere/ſi ſpem illam/quæ e cælo de
ſcendit/non amplectantur/& foueant.multos ſcimus elapſos rebus ſecun/
dis/quia firmam non nouerunt ſpem.Proinde longam habuit in terris Con
ſtantinus imperator fœlicitatem / quia in Deo ſperauit ſemper.tanta eſt enī
ob ſpem illam firmam & inuariabilem conſequutus a Deo fœlicitatem/quā
tam nemo alius auſit optare.diu imperauit/imperia Romana pacata & tran
quilla Auguſtus tenuit.fuit in bello uictor.ſenio in bona ualetudine defe /
cit . baptizatus ſpem habens cum fide in cælum migrauit. Filios Impera/
tores in terra reliquit.habuit hæc omnia propter immortalem ſpem / quæ
tandem ad beatitudinē euexit. qua propter dominus oībus bene ſperātibus

Sperare poſſumus.
Spei aditus.
Hūanæ res imperfectæ.
Fœlix dici.
Fidei uis admirabilis.
Fide media ad cælum.
Speratores boni ſoli.
Archana clauſa.
Spe ſciat hō.
Deſperatores inter.
Spes dei munus.
Spe aggredi.
Sperare in aduerſis.
Spei merces.
Spes a cælo.
Spes a terrenis.
Per bono ſpē pinceps.
Per boni merita exigunt.
Per bonum ſpes fallit.
Per bonus in deo ſolo.
Viuūt bene.
Regna ſiſtere.
Spē firmam.
Cōſtantinus imperator ſperauit.

aderit continuo obuius/mõ inſtẽt/mõ uelint/modo iplorẽt modo eius au/
xiliũ non abiiciant/& cũ eo nõ reluctentur/ſed ſpei pignore ueniant.qa ſuf/
ficientia noſtra ex deo eſt.Atq; ex omnibus dotibus quas nobis natura do/
nauit/nullũ maius indiciũ ad detegendã humanæ animæ imortalitatẽ/ex/
plicare potuit q̄ per inſitam ſpem.nemo eſſet/niſi ſpes inſita nobis naturali/
ter/qui uitã poſtponeret/morteniq; acerbã adiret atq; cætera icommoda &
cruciatus ſubiret/niſi ſciret p ſpem futura ſæcula hoiem cõſecuturũ.An Da
uid rex Magnus poſtq̄ lapſus eſt gratiæ ſtatu labefactatus parricidio & adul
terio/ad tantã iuiſſet pœnitentiã incommodaq; & lachrymas/niſi fuiſſet ſpei
certitudine motus ad ueniam & immortalitatẽ uiuendi? Manaſſes rex Hie/
ſolymis tenebris obuolutus Baali Dæmõi arã conſtituit/ſõniaq; obſeruauit:
& poſtq̄ multa exequutus eſt in Dei obprobrium/non ne in abiſſum ceci/
diſſet/niſi ad ſpem conuerſus fuiſſet? quæ quo fuit maior/eo celerius ſe a re
bus impiis abſoluit/atq; per ſpem hanc ueniã ad ſalutẽ meruit.ob ſpem mi/
rifice p̄dicatione Ionæ hauſti Niniuitæ deſpatione abiecta ſalutẽ cõſequuti
ſunt.Zacheus ille nunq̄ male parta reſtituiſſet/neq; ex ſuis fortunis quadru
plũ eſſet impartitus/niſi ſpes uiſo domino illico affuiſſet.& Petrus Bariona
non tantis fuiſſet prouolutus lachrymis/niſi ſpei ſtimulis altior factus.q nõ
ſolũ reſtitutus in priſtinam gratiam/ſed præſcriptus caput & princeps futu
ræ eccleſiæ.habuit Magdalena euidens argumentũ ſpei ad immortalẽ glo/
riam/nec tãtam ſubiiſſet aſperitatem uitæ/niſi ſpei crediđiſſet.ſimul ne quis
credat hanc noſtris fuiſſe ſpem a deo immortali tantũ elargitã/poterimus p
exempla ueterũ iam pro comperto habere a natura eſſe omnibus mortali/
bus inditam/ut ſi cætera argumenta rationeſq; deficiant per ſolam ſpem ho
mo cognoſcere poſſit animã noſtrã per infinita ſæcula uictutã.non enim oli
pceres antiqui tam egregie & laborioſe quædã cepiſſent p agẽda/niſi ſpes
pſuaſiſſet alterũ fore mundũ/in quo eſſent ſtatuta pro egregiis facinoribus
præmia.Liberũ patrem/quem tãtopere antiquitas uenerata eſt/cur credim⁹
tantos exanclaſſe labores p orbem/per Indiam ad reperiendam uitem/&
uini uſum/ut aliquo beneficio rude genus iuuaret/niſi quia ſpe perſuaſus
fore alibi ſibi immortalem gloriam? eademq; ratione Cererem matronam ſa
pientiſſimam in oſtenſione tritici aliud q̄ ſpes impulerit ad capeſcẽdam poſt
mortẽ immortalitatis ſedem? Alcides quoq; cur monſtra tãta e medio ſuſtu/
lit/niſi quia animum tetigerat ſpes de immortalitate futura? an aliud coegit
Romulum Romanæ urbis conditorem inter lituos & arma regnum ſtatue
re/q̄ ſpes? quid enim magis perſuaſit Caio Curio ut in paupertate uiueret/
& regulo ut fidem ſeruaret Carthaginenſibus/& Fabricio ut Conſtantiam
retineret/& Catoni ut continuo animi ſanctitate uteretur/& Bruto & Tor/
quato/ut continua ſeueritate iuſticiam fouerent/niſi ipſa ſpes? quæ ſubli/
mes animos eorum altius cogitare coegit q̄ per hæc quæ ante oculos ſub pe
dibus calcamus. Non ne & fœminæ Semiramidi ſpes uirilem iniecit ani/
mum/ut mentita ſexum ampliſſimas regeret copias innumeroſq; adi/
ret labores? quæ ſi præſentem tantum crediđiſſet fore huius uitæ curſum/
non ea ſubiiſſet pericula. neq; Lucretia ſibi conſciuiſſet mortem/niſi

Hois ſufficientia ex deo
Aiæ imortalitas.
Dauid lapſus.
Manaſſes rex.
Baal dmõ.
Ionæ p̄dicatio.
Niniuitæ.
Zacheus.
Petrus bariona.
Magdalena.
Spe homo cognoſcit.
Mundus alter.
Liber pater.
Vitis repta.
Ceres ſapiẽtiſſima.
Triticũ inuẽtum.
Alcides.
Romulus.
C.curius.
Regulus.
Fabricius.
Cato.
Brutus.
Torquatus.
Spes aios.
Semiramis.
Lucretia.

Hercules gonzaga. Ferdinādus Gonzaga. Spes humanæ uitæ. Spes æternitatis.

ſpes commōefeciſſet alibi fore æternam uitam. Neq; tu Reue. præſul, & tu Marchio magnanime tot & tā præclara faceretis, tātas exerceretis uirtutes, liberalitatē, humanitatem, pietatem, magnanimitatem, niſi ſpem certam teneretis alibi ſtatuta eē præmia. ſpes ergo eſt comes humanæ uitæ firmiſſima. ſpes eſt nobis æternitatis demonſtratrix. ſpes hæc eadem nobis pſuaſit, dū noſtris in Ouiliis hæc ſtilo reponeremus, per tuæ ſapientiſſime Antiſtes, uirtutis induſtriam fore breui in eccleſia meliorem faciem, & ſic maiora pectora renouaturam. Ita hæc ſpes non me fallet de tua ſingulari uirtute. ambobus principibus eminentiſſimis Hieronymus Perbonus perpetuo ſe commendat, rogatq; ut hunc de ſpe libellum quandoq; oculis ſubiiciatis, legatiſq; ualete, & ita fœliciter ualete, ut de uobis ſemp optime ſpare poſſimus.

ADAGIA LIBRI DECIMINONI.

Spes ſola rerū ſemper uagatur, & ſiſtit.
Neceſſitas, & impoſſibilitas deos non habent repugnantes.
Vis, & ſuaſio multū poſſūt, ſed ſunt præpotentes pauptas, & impoſſibilitas.
Nihil eſt obſcurius, & euidentius deo.
Deus magna curat, nec parua negligit.
Deo nil oſcurum eſt.
Homini hominē oſtēdit quotidiana actio.
Hoī debet eſſe cura actorū, & agēdorum
Libertas, & ſeruitus utraq; ab altera dependet.
Vir eſt anteponendus diuitiis.
Barbari zelotypia laborant.
Vis debet eſſe contra hoſtes, facilitas cum amicis.
Ordinis deſertores minime coronantur.
Hoſti fugienti pons aureus cōſtituēdus ē.
In aduerſis tātū uulgus ſapientē ueneraſ.
Facinus ſerui arguit improbitatem domini
Cum cælo aliquando ingenium mutatur.
Amicitia non parua pars eſt fœlicitatis.
Bona eſt periti medici conſuetudo & conſeruādæ, & recuperādæ ſanitatis gratia
Difficillimū eſt circuli punctum aſſequi.
Prodigalitas auaritia dignior eſt uenia.
Pecuniis utendum eſt, non abutendum.
Diuitiæ non ſunt bonæ niſi bene utenti.
Raro latet innocentia ſub magnis opibus.
Inter ſapientes magnus eſt ſtultorū nūer9

Nullū aīal magis idiget, q̄ qđ cūcta habet.
Omnia humana luctus plena ſunt.
Vſus inducit morem.
Perfecta ſunt rara, & a deo proueniunt.
Nihil habemus quod non acceperimus.
Indulgēdū ei, q fœnū in cornibus habet.
Regium eſt a quibus male audias magis eſſe beneficum.
Enigmata itelligit q domi ſphyngē habet.
Omnis copia eſt uſui hominis deſtinata.
Natura præfert marem fœminæ.
Vir agit, mulier patitur.
Natura conatur marem procreare.
Tuæ non inniteris prudentiæ.
Vix errant multi.
Nihil eſt unus ad comparationem duorū.
Vino canes non utuntur.
Nulla mutatio ſine nouitate.
Bonorū cænæ ſunt multorū ānorū fruges
Plus ſæpe ualet calliditas, q̄ potentia.
Natura pducit hoīes ad diuerſa ſtudia.
Vino nihil eſt charius bibentibus liberius
Oīs hominis actio ad aliquod bonū tēdit.
Bono aliquod bonum eſt melius.
Diuerſa uia imus ad bonum.
Ad bonum non imus ſine ratione.
Natura quæq; perfectiſſima facit.
Laudantur ea quæ naturam imitantur.
Laudanſ cui ſūt plures uirtutes, q̄ uitia.
Magna bellua eſt imperium.

Boni magiſtratus mutant/ ut mala fiant.
Libertas linguæ ſæpe fuit noxia.
Vera q̃ nō ſūt ueriſimilia dedecus piunt.
Quæ iūnta a deo ſunt indiſſolubilia.
Regium nomen e cælo uenit.
Noui ſenatores non ſunt conſcribendi.
Hūana uita ī occulto miſerias nō habet.
Turpius eſt frigide laudari/ q̃ grauiter uituperari.
Qui habēt aures annulatas digitos ī manibus habere non deberent.
Perfecta nemo facit niſi alibi fiant.
Nemo qd habet/ quod ab alio nō habeat
Ante tempus iudicium non notatur.
Cornupetas euitandas fœnum indicat.
Numerus quaternarius inauſpicatus eſt.
Diues cœnat qñ uult/ pauper qñ poteſt.
Celeritas ſuis pedibus non mouetur.
Celeritas conſiliis inimica eſt.
Maximum lucrum eſt bene conſultare.
Nec cogitata quidem fallunt deum.
Arcanū reticere/ & ociū bñ diſpōi labor ē
Recte uiuere multus eſt theſaurus.
Amor fundamentum eſt fidelitatis.
Euentus uictoriæ dubii ſunt/ & incerti.
Peritia ciuilis diuinū munus eſt.
Multa licent quæ non expediunt.
Proprium quiſq; habet donum a deo.
Oia facienda ſunt/ ne in miſeria degamus.
Nemo miſer/ niſi qui diues ſibi non eſt.
Malus quo plus ſapit/ plus male opatur
Pecunia non facit improbum diuitem.
Nō q nō habet/ ſed q habetur pauper ē.
Patrimoniū uerū ē/ quod auferri nō pōt.
Patrimonium tutius ē in poſſeſſionibus/ q̃ in pecunia.
Imperiū ē quædā ſeruitus glorioſa.
Non poſſumus omnibus placere.
Qui formulam ſequitur non pōt errare.
Fines mandati diligenter ſunt ſeruandi.
Fortuna incerta eſt.
Diuerſa ſunt negociorum genera.
Natura oīm alūna ē/ & parens.
Corrigere naturam etiam pictor audet.

Pecūia opus ē ad neceſſitates plurimas.
Fruſtra naturæ aduerſamur.
Turpe ē alios docere cū q ſeipſū ñ norit.
Firmiſſimi mores propter conſuetudinē innaſcuntur.
Animi īproborū iniuriis expleri neſciūt.
Aduerſus ſuperiores non ſunt exordiendæ argutiæ.
Non omnis ætas ludo conuenit.
Sine mala conſuetudine adoleſcentes recti ſunt ad ingenium bonum.
Non agit cui materia deeſt agendi.
Sub ſole umbra ſequitur.
Vmbra non conſtituit corpus/ ſed de corpore conſtituitur.
Meli⁹ pigimus luce/ q̃ pigam⁹ ī tenebris.
Aetas ſemper erit deterior.
Solus uixit qui bene uixit.
Copia commendatur ab honeſto.
Os bouis triturantis non ē alligandum.
Ex multis currētib⁹ un⁹ ſol⁹ habet palmā
Beatitudo eſt ſummum bonum.
Magis peccat ſenator q̃ alius.
Conſiliarius debet eſſe tacitus/ & rectus.
Ab honeſto non eſt recedendum.
Quod nimis abundat difficile eſt ſtomachum habere.
Multæ ſub tegulis cubant noctuæ.
Non eſt moleſtus creditor/ ſi das illi qđ debes/ non quod poteſt.
Si lingua tātū orat mens eſt ſine fructu.
Mala colloquia deprauant bonos mores
Multæ ſubſtantiæ mutant qualitates.
Anima ante & poſt corpus uiuit.
Stella a ſtella claritate differt.
Stimulus mortis peccatum eſt.
Virtus peccati ē lex.
Pro deo labor non eſt inanis.
Qui fuere ſocii paſſionum/ deberent eſſe ſocii lætitiæ.
Ager male ſitus/ & glareoſus minime eſt fertilitati commodus.
Scimus ut plurimum quē fugiamus/ neſcimus ad quem fugiamus.

Lux nimia tollit uiſum.
Dedecoroſū ē nō referri gratiā pmerētibꝰ
Repentina ſæpe mutantur.
Ingratitudo turpis eſt.
Q uod neceſſitas urget non eſt dolendū
Fortunæ fulgor ad tempus eſt.
In aduerſis uirtus perficitur.
Etiam currentes ſæpe adhortari ſolemus.
Nefas eſt ſeipſum uiolare.
Iuueni labor conuenit.
Nimius labor infirmat corpus.
Si tota ſpecies ē decora ſingula ſūt d̄cora
Neceſſitati nemo reſiſtere poteſt.
Non ſolum nobis/ſed uniuerſo humano generi nati ſumus.
Non noſtri uiuitur arbitrio.
Elephas indus non curat culices.
Ruſtico nihil eſt ruſticius.
Recidendum eſt immedicabile uulnus.
Beneficium perdit/qui beneficium confert in ruſticos.
Non minus amicis/q̄ pecuniis uirū magnum abundare oportet.
Immortalitas fugat metum mortis.
Viuens nō pfecte intelligit aiæ ſubſtātiā.
Vſus ſine ratione non eſt bonus:
Inæqualitas humorū infirmitates/æqualitas ſanitatem gignit.
Simulare/& diſſimulare aliquando licet.
Media tēpora patriæ/extrema nobis impartiri debent.
Vulpes pilum non mores mutat.
Tutius addiſcimus/q̄ ſcribamus.
Contrarium contrario magis lucet.
Iniuſtus eſt deterior ſtulto.
Conſilium pro re, & tēpore capiendū ē.
Dura eſt legatorum prouincia.
Orator de principis ingenio edoctus uix unq̄ errat.
Inueteratoꝰ in malis monita non proſunt.
Ei opitulandū eſt/qui cauſa noſtra patit̄.
Mali hominis bonus paruipendit gratiā.
Nō ſic incēdiū/q̄ uitādæ impiæ ſūt grāæ.
Pactiōes iniuſſu ſupioris nō ſūt legitimæ

Inobediētibꝰ magnæ pœnæ ſūt iſligēdæ.
Mutationes regnorū plurimū ſūt noxiæ.
Regimē pitiōn/nō ditiori cōmittēdū eſt
Contrariū finis alterius eſt principium.
Omnis exceſſus uertitur in contrarium.
Omne genitum conuertitur.
Male eēt bonis/ſi animus eſſet mortalis.
Vana ſunt conſilia improborum.
Puerilia uana ſunt.
Animus ſemp uicto plus præſagit mali.
Nunc oportet eſſe uerſipellem.
Senem doctum difficile eſt fallere.
Bonū nomē bonis factis cōprobādū eſt.
Sæpe tabellæ arguunt nuncium.
Scelera in habitum conuerſa non ſanātur
Bene inſtitutus intrepide moritur.
Ad fructus actionū longo opus eſt tpe.
Fœlicitas diuinum munus eſt.
Minima mutatiōe corpus debile īfirmat̄.
Deus ſolus ſcit finem uitæ noſtræ.
Senex inſulſus ē tanq̄ fungus putridus.
Non eſt uir qui ſuos negligit tueri.
Seruus arbitratu domini ſeruit.
Q uod erat pdendū nō doleat cito pdere
In grauibus conſulendus eſt princeps.
Probus non eſſet tibicen.
Ex contrariis fiunt contraria.
Fœlix eſt cui deus eſt auxiliator.
Pro tempore iniuria toleranda eſt.
Patienda eſt lex a nobis edita.
Belluæ habent aliquid attentionis.
Homo ſæpe natura humana abutitur.
Hoc ſæculum nouum eſt aucupium.
Luſori grauis exitus inſtat.
A placidis abſtinuiſſe uirtus eſt.
Ingenio uiuitur.
Tandē depræhendit fortūa temeritatem.
Cui licet pluſq̄ par eſt/plus uult/q̄ par ē.
Facinora nō tam facile excuſantur ab improbis/q̄ perpetrantur.
Non eſt opus pedibus ſine ingreſſu.
Tempora diſpenſat uſus.

F I N I S.

Liber Quiliarũ Uigeſimus De Fide Ad Reuerẽdiſſimũ ⁊ Sapientiſſimuȝ Cardinalẽ Hoſtiẽſeȝ: in quo maxime proſcinditur Perfidia Lutherana circa ieiuniũ: auctoritatẽ cõcilio rum: ⁊ quod debeat eſſe vnus ſupremus põtifex.

Reuerendiſſimo Ac Sapientiſſi\ mo Cardinali Alexandro Epi ſcopo Hoſtiẽſi De Freneſio Romano Patricio Hiero\ nymus Perbonus Inci ſae Marchio Ac Oui liarum Dominus Foelicitatem.

SENECTA prudens rudi iuuenta melior eſt/ac præ/
clarior Reuerendiſſime ac Integerrime Antiſtes. ſic
ſcriptum eſt ſenioris Neſtoris lingua/quæ melle flue
bat/cupiebatq; Agamemnon ille Græcorum ſum/
mus Princeps Neſtori decem ſimiles in caſtris potius
habere/q̃ mille Aiaces. ſum ego nõ Agamemnõ pater
ampliſſime/ſed eadẽ mihi pene mens eſt/ qualis Aga
mẽnoni/uotoq; eodẽ proſpicio. atq; a Deo immortali
opto totidem in eccleſia Dei uidere q̃ ſimilimos tui excelentiſſimis animi
uirtutibus præſtantes. ſunt multi fateor egregia amplitudine circumſpecti/
ſed qui eam explicent fidem/quam tuum ſacratum præſeruat pectus/ pauci
ſpectantur. Ideo quum in Ouiliis meis deambularem animumq; ad fidei cõ
templationem coniicerem/quo & quali ſumus iam in hoc ſcelerato ſæculo
periculo conſtituti/lachrymis ſane obortis abluor/ad quos impulſa ſcopu
los cymba Petri cohæſerit. quibus iam uentis in ſyrtim/& abrupta montiũ
conquatiatur. & quod maiorem mihi doloris cumulũ affert/ nõ uideo quæ
malis noſtris remedia citentur. una tamen de fide conſolatio animũ retinet
conſtantem/uirtus ſcilicet tuæ amplitudinis. omnes ita ſperant / & credunt
non emerſuram his malis fidei frontem niſi per te ampliſſime pater. ſic tui
mores ab initio nos confirmauere hac fide / ut non alium uenturum creda/
mus (quem omnes diuinum hominem expectant) ad eccleſiæ reformatio/
nem/q̃ te Cardinalis Hoſtienſis. eris tu ille Magnus Alexander. & ſicut ille
orbem uirtute armorum Illuſtrauit/ ſic tua mentis excellentia omne genus
chriſtianum in tantam celſitudinem deduces/ut te ſedente/ te regnante / te
conſulente totum terrarum orbem in fide Chriſti conſtitutum ſpectemus.
Eris aut Sanſon ille fortiſſimus/aut nouus Hercules/qui purgato orbe/&
conciſis monſtris immortalitatem adeptus eſt. ſcimus (neq; fama per Italiã/
per Galliam/per Hiſpaniam /per Germaniam tacere poteſt) de tua ſingu/
lari uirtute/qua emines/qua in omnibus te optimũ conſultorẽ præſtas. ſed
mala plurimorum mens optima/& ſapientiſſima conſilia non recipit. ſi cun/
cta ad te ſpectarent/ſi penes tuum ſacratum pectus reſiderent iuſſa/ nõ iſto

Seneɛta
Neſtoris lingua.
Agamemnõ
Sæculum noſtrum ſceleratum.
Petri cymba.
Cardinalis hoſtienſis.
Alexander magnus.
Sanſon.
Hercules.
Mẽs mala

laboraremus malo. bella inter chriſtianos / & diſcordiæ / & ſimultates non
Hæreſes diræ exercerentur. diræ hæreſes / quæ iam multas mortalium mentes infecere / nõ
emerſiſſent. infideles ob noſtras ignauias non in Germaniam uſq; multitu/
dine armatorum eſſent profecti / non Epirum / non Græciam / non Macedo
niam / non Pannoniam ſuo iam premerent iugo. nunc (quod uiſcera noſtra
Fides I Italia lacerat) parum eſt ubiq; fidei. etiam in medio Italiæ proſciſa ac mutilata am/
bulat / & uix apud paucos hoſpitium reperit. Hæc ſunt Antiſtes eminentiſſi
me / quæ collegium ſupremum iſtud deberent commouere. neq; ad priuata
quiſq̃ animum conuertere debet / ſed ad publica / quæ nulla iam ſuperſunt.
publica nulla ſunt. Ad tuam amplitudinem potiſſimum ſcribimus / quum ſis præcipue tu reli/
Freneſia familia. gionis chriſtianæ ſplendor / familia Freneſia nobiliſſima Romana Patricia /
ubi adhuc ueterũ heroicas uirtutes ſpectari licet / atq; uerã Quiritiæ nobili/
tatis faciem. Igitur ad te q̃ libentiſſime de fide ſcribimus / quum tua ſanctiſſi
ma uirtus omnibus fidei lumen afferat. tua egregia doctrina / tua inuiolata
religio / ſummaq; in rebus agendis prudentia / quam omnes nationes admi/
rantur / & colunt / animum ita mihi firmum reddit / ut quum cogitarem per
Ouilias meas de fide aliquid ſcribere / non alius mihi ſuccurrerit princeps / q̃
tuus excellentiſſimus animus / Cui libentiſſime dedicamus. Ita mihi neſcio
quid cæleſte numen perſuadet fore / ut per te omnia breui tutiora in ampliſ/
ſimo portu ſpectaremus. Vale Reuerendiſſime Antiſtes / & eam mentem
conſerua / qua in rebus cunctis oſtendiſti / quanta tibi fides chriſtiani nomi/
nis reluxerit. Et Hieronymum Perbonũ / qui tuæ ſingulari uirtuti afficitur /
inter tuos ſeruos connumera q̃ obſequentiſſimum. Ex Ouiliis.

Hieronymi Herboni Mar chionis Inciſae Ac Do mini Duliarum Liber Uigeſimus De Fide.

FIDES Reuerendiſſime Cardinalis Hoſtienſis eſt uirtus *Fides.*
magna/qua creduntur ea/quæ non uidentur/pertinẽtia
ad ueram religionẽ. Et Ideo diuus Paulus ſublimius in
tonuit/ſubſtantiam appellãdo rerum ſperandarum quæ
uideri non poſſunt. non enim creditur quod uideri põt.
ex his enim quæ uidemus/cogitationẽ formamus ad ea/ *Creduntur quæ.*
quæ ante oculos non uerſantur. ſic Thomas tangendo
Chriſtum credidit illico & confeſſus eſt quod non uide *Thomas tangendo.*
bat eſſe Deum. eſt ergo fides omniũ uirtutũ/omnium bonorum operũ/cũ
ctæ actionis ſtudioſæ primarium fundamentum/quod uerũ/& ſtabile/nul
loq; motu incõſtãs/uacillanſq; facit in anima omnia cõſiſtete/quæ de Deo/
de uera Religione non uidentur. tanta eſt fidei perſpicacitas/ut ea quæ ſunt *Fidei perſpicacitas*
extra cæli clauſtrũ perſpici faciat. & licet uera fides non admittat exteriorem
uiſum/non tamen excludit interiorem cognitionẽ/ſine qua impoſſibile eſt
hominem placere Deo/atq; incolumẽ ad æternæ uitæ limina proficiſci. Am
plectitur fides uera cæleſte numen cum ſpe/& charitate inſeparabiliter co/ *Fides amplectitur.*
mitantibus. & quantũ credimus per fidẽ/tantũ per charitatem amamus. &
quantum per charitatẽ amamus/tantum hilari animo ſperamus. Neq; hic
Reuerendiſſime Domine de ea fide loquimur/quæ eſt opinio quædã apud *Fides apud philoſophos*
Philoſophos/& inter ciuiles actiones dictorũ conuentorũ cõſtãs promiſſio/
& obſeruatio. ex eo enim nomẽ auſpicatᷣ/ꝙ fiat quod dictũ eſt/ut Ciceroni
placuit. ita præualuit apud elegãtiores dare fidẽ nihil aliud eſſe/q̄ ſancte pro *Fidem dare.*
mittere. cui adhæret crudelitas q̄ pro fide capi ſolet apud Leguleios ut bonæ
fidei poſſeſſor/is ſcilicet/q ignorat rẽ quã emit alienã eſſe/aut putauit eum/ *Bonæ fidei poſſeſſor.*
qui uẽdidit/ius uẽdendi habuiſſe. ſic habere fidem credere eſt. Hinc eſt ꝙ *Fidem habere.*
maximi uates ueritatis indagatores ſæpe fidẽ pro cythara/ſiue cytharæ cor/
da ſumũt/qa cytharæ cordæ ita inter ſe cõcordes eſſe debẽt/ſicut fides con
cordat hoĩes. hinc illi quotidiani ſermones. fidũ amicũ appellamus. fidelem *Cytharæ cordæ.*
ſeruũ dicimus. Iccirco ſine bona fide p̄ſcriptio nõ ualet. non ſemper in qui/ *Fidelis amicus*
buſdã fides huiuſce ꝓualet. ut fides adultero data de contrahendo matrimo *Præſcriptio ſine bõa fide.*
nio poſt mortem uiri impedit contrahendũ & dirimit contractũ. de his libel *Fides contrahendo matrimonio.*
lus iſte ad tuam Reueren. Dominationẽ nõ loquitᷣ/ſed de illa excelſa uirtu
te/quæ tantã in ſe & ardentẽ uim ſolet poſſidere/ut quocũq; iuſſerit præſto
adeſſe cogatur/tranſferre poteſt montes/ſolidare marmoreũ pelagus/mini *Fides tãtam vim.*
ma maiora facere. qd nõ aliud eſſe poteſt/q̄ Dei immenſum donũ. Ideo ſola *Fides poteſt ſupplere.*
quandoq; fides poteſt ſupplere/ubi abſunt baptiſma & alia ſacramenta. tan
ta ineſt in fide lux lumenq;/ut ſine eo quicq̄ de Deo cognoſci nõ poſſit ideo

Fides ſeruitutem. Libertas appetitur. Seruire deo. Seruire principibus. Prophetæ magni. Doctores eccleſiæ excelſi.

excellés &omni laude digna.Et(qđ mirabilius eſſe uidet̃)facit ſeruitutem libertate dulciorẽ/quæ præcipue mortaliũ iudicio appetitur.nam ſub Deo pulchrũ eſt ſeruire.ad quæ ſeruitia innumeri pene homines cucurrere diuini documento imortali moniti quantũ inane ſit imperatoribus/& regibus/ cæteriſq; pricipibus totã ſeruiẽdo cõſumere uitã/in qbus nõ eſt ſalus.ſic illi magni prophetæ relictis oibus ad hanc diuinã acceſſere ſeruitutẽ. ſic illi excelſi doctores Aurelius Auguſtinus/Ambroſius/Chryſoſtomus/Hieronym9/ relictis hiſce rebus caducis ad illum fidei excelſum mõtem acceſſere/ubi nõ ſeruitutẽ ſed ueram adepti ſunt libertatem.non fuit profecto hæc ſeruitus.

Iugum dei ſuaue. Seruit9 atrox Iugurtha. Perſa Athenæ. Carthago Roma Italia Inſubria Græcia. Martyres inuicti. Appetim9 tãtopere.

ſuaue illi domini appoſitum eſt iugum.ſeruitus illa/& atrox extimanda eſt/ quã ob rerum humanarum conditionẽ miſeri mortales ſubeũt/qui per uim uicti in ſeruitutẽ pro cæno/pro debili & inani imperio capti ſunt/ut Iugurtha/& Perſa.ſic populi alii/& potẽtiſſimæ urbes/ut Athenæ Macedoniæ/ Carthago Romanis/Roma caput orbis Vandalis/Italia Gotthis / ut Inſubria/& Liguria Longobardis/& nunc Græcia & Aſia ob ignauiam & deſidiam noſtram Turcis ſeruire coguntur .ſapientiores illi noſtri fuere/qui fidei lorica muniti ad ſeruiendũ Imperatori Deo properarũt.ſic illi inuicti certatores/qui.pro Chriſti fide martyres inanitatẽ hominũ contemnendo/ad cælum cũ palma migrauere.uiderunt quãdoq; nonnulli ex ueteribus quãta ſint hæc/quæ tãtopere appetimus/imperia/diuitias/& ad uitã honeſtiorẽ/ & innocentiſſimã ſe ſe retraxerunt.Et ſi nihil certi de æterna ſede habuerint/ ta men tãti nihil hic inter hæc imbecilla rerũ acquiri poſſe / ut innocentiſſimus Socrates /.& iuſtiſſimus Ariſtides / omnia tolerauerunt ne uirtutem amitterent.ſed noſtri multo fortius.quid enim mulieris illa Amatritianæ fide plenius/aut quod amplius dici poteſt? quæ quum intellexiſſet filium ob chriſtianam fidẽ ad ſupplicium trahi/accurrit/uidenſq; natum deiectũ animo afflictum/triſtem/tacentẽ/iuſſit mentem altiorem capere/atq; hilarius cælũ & ſolem & ſydera ſuſpicere.quod quum ille promptius faceret/an(inquit)ignoras fili per fidẽ hanc/quã in tuo pectore recepiſti / te confeſtim in arces illas migraturum? proinde ſcias fili pro iſto paruo dolore/ qui a te cito tranſibit quietẽ illã & uoluptatẽ æternã & fœlicitatẽ te nũc eſſe adepturũ. ſic ille abiit maternis uerbis auctior factus/cælũq; p fidẽ adeptus eſt. ſola fides tantũ põt.ſi uera fides habet̃/ut nõ exilia/nõ carceres/ nõ opũ amiſſiones/nõ iacturæ/nõ Tyrãnorũ crudelia ſcelera/ nõ ignis/nõ aqua/nõ exquiſita tormenta / non mortis aculei tam improbi / tam furibundi ſæuierint / ut animos fidelium conculcare potuerint.illa fides de Chriſto uera eſt / qui de Deo patre genitus eſt per ſpiritũ ſanctum.ex uirgine natus.qui redemit animas noſtras Dæmonum inſidiis.qui pro nobis paſſus/ & ſcelera noſtra tulit/& morte ſua redemit nos/& reſurrexit/& multiplicem ſuam gratiam nobis reliquit per eccleſiæ ſanctos adminiſtratores exibendam. qui idem rediturus eſt in hunc mundũ cum ſenatoribus ſuis/& Apoſtolis/& ſanctis/ ut iuſticia examineq; cunctos probet/qui in fide probati ſunt .illos uero damnet / qui infidi / & longe a numine fidei per ſcelera abiere . ſic enim ſcriptum eſt a Diuo Paulo ex fide Deus iuſtificat gentes / & maledictus erit

Socrates innocentiſſimus. Ariſtides iuſtiſſimus. Amatritiana. Fides tãtum poteſt. Fides de chriſto. Fides iuſtificat.

quiſq3/qui non permanſerit uſq3 in finē in fide chriſti.Ideo iuſtus ex fide ui/ Iuſtus ex fide.
uit.Pium facis Reuerem.Domine qđ ſanctiſſimum numē fidei obſeruas & Cardinalis
colis.tantum in fide permanes/ut tuos mores uelut ſydera putemus reſplen hoſtienſis.
dere.Beatus es Antiſtes optime/q non diuitiæ/non ſūma libertas/non oci
um nō commoditas te a fide præuaricare impellunt.es conſtans/firmus/ſta
bilis ad omnia/quæ diua fides iubet/& ſancit.Hæc tua fortitudo/& fortitu
dinis animi tui laus eſt/q in tantis eccleſiæ fluctuationibus incommotum
tuū obieciſti pectus.uere & rite hauſiſti aquas de fontibus chriſti.Ideo non
dubito oculos domini ſup tuam fidem reſpecturos daturoſq3 excellentem
gratiā/qua reducere poſſis cymbam Petri ad ſtationarium portū.tunc dele
bis ſciſmatū ſpinas/facinora/& ſcelera/q̄ mali principes/quæ crudeles Ty/ Sciſmatum ſpinæ.
ranni/iniquiq3 homines impune cudunt/eritq3 nouū ſæculum.ſplendebūt Tyrāni crudeles.
lucidius cæli aſtra/erūtq3 elemēta non parca/ſed abundantius effundent
ubera uiuentibus.tunc uera erit inter homines fides.Hæc auguror Reuerē.
Dn̄e dū per receſſus O uiliatū mearū cōtemplor dei iuſtitiam/miſericordi/
am.ad tātam fœlicitatē miſericordes uocabunť.Hæc ego frequenter a Deo
peto.ut cito ueniant/hæc ante q̄ migrem in patriam/hæc ſæpe filiolos me
os innocentes puros/candidos ad cælum precibus corda extollere cogo.qđ
ſæpe faciunt.in multis mihi exoptatam expeditionem reportant.quaſi per
innocentiam morum non pauca mihi mira uoto affluxere.Quidť illud ſane
non reticebo.Franciſcus Sfortia filiolus meus in Pado ꝓpe Glarolas eo an/ Franciſcus perbonus in pado.
no qui a ſalute reſtituta humano generi fuit milleſimus ſupra quingenteſi/
mum ac uigeſimum in feſto diuorum Simonis & Iudæ naui fracta turbato
uentis Pado/ac iam pene ſubmerſa/ſolus ipſe natus Franciſcus puer in pup
pi genibus flexis/detecto capite/ac humili uoce implorans a ſummo Deo Miraculū in pado pro perbonis.
Chriſto optimo in tanto prope naufragio citiſſimam meruit opem.pene cū/
cti qui aderant deſperabant ſalutem.Ipſe frater Maximilianus filius meus/
plæriq3 etiam nobiles/& mulierculæ quædā ad lachrymas cōuerſæ & eiula
tus orante puero per ſæuientem undam fractis lignis ad Eridani ripas inco/
lumes propulſi ſunt.quæ res habita eſt in Alexandrina urbe pro miraculo. Ludouicus botta.
teſtes affuere multi nobiliſſimi.inter quos comes Ludouicus Botta/& Frā/
ciſcus Maria ſtampa pro excellen.Duce Mediolani in ea urbe rem fiſci tra/ Franciſcus maria ſtampa.
ctans pleniſſimam ubiq3 locorū fidem faciunt.ſit in poſteros hoc meos do/
cumentū/ut ſciant q̄ ualida ſit oratio ad deum innocentium/& eorum qui Innocentiū oratio.
per fidem ueram ambulant in hiſce tenebris.Proinde nemo ſperauit in dn̄o Deus pius &
q fuerit cōfuſus.qppe pi⁹ & miſericors ē dn̄s.p fidei clypeū oli ueteres He Hebrei ueteres.
brei innumeras cōſequuti ſūt uictorias.trāſeūtibus p medias aquarū reuo Petrus.
lutiōes mare fugit/& iordāis cōuerſus ē retrorſū.ſic diuus Petr⁹ ſolidato Pe Paulus.
lago ad xp̄m pedibus acceſſit.ſic diuus Paulus naufragii iactura/& a decu Perbonus pro filiis.
mana unda liberat⁹ ē.peūt cōtra paſſim īfideles.iuſtus uero ī fide ſua uiuit.
tango pectus/tāgo arā Reue.Dn̄e/nō mētior quoties filios meos domo ab
eūtes lōgius terra/aut aqua ꝓgrediētes bn̄dictiōis gratia ꝓſequor uelut uia
tico abeūtes.ita mihi cōſtās p fidē remanet & pacatior mēs/ut neq3 uortico
ſi fluminis pericula nocitura putē/neq3 terreſtriū caſuū diſcrimina.ſic mihi

perſuaſit fides.imprimis cōmendo Deiparæ uirgini/deinde Raphaeli cæ/
teriſq; Angelis cælorū accolis/ut curæ eorum præſint/ut eorum beneficio
adſint.inuoco ſuadente fide pro aquarum turbine uirginem Agnetem diuos

Agnes virgo Simon & iudas.

Simonem & Iudam qui tres/ut mihi uera & ſyncera perſuaſit fides in aqua
rum periculis/uelut Caſtor & Pollux/lucidiſſimæ ac ſalutares exiſtunt ſtel/

Caſtor & pollux.

læ.Abſint Reuerendiſſime Domine ab hac mea commentatione increduli

Deo nihil impoſſibile.

& modicæ fidei homines.profecto non ueræ fidei quicq̄ ſapiunt.a Deo enī
nihil eſt mortali homini impoſſibile.omnia poſſibilia ſunt credentibus. diui

Credentibus omnia poſſibilia.

Marci uere teſtantur monumenta/quæcunq; orantes petitis/credite/quia
accipietis & euenient uobis.Credidit filius meus/& orauit/& exauditus ē.

Franciſcus perbonus.

credidit/& intemerata eius fides incolumem cymbam cum omnibus ſociis
effecit.ſic enim apud Ioannem ſcriptum eſt/ut omnis qui credit in deo nō

Habraam.

pereat.qui credit in lucem/filius lucis eſt/& uidebit gloriam dei/& in tene/

Fides vbi.

bris non manebit.credidit Habraam deo/& iudicatus eſt iuſtus. corde enī

Fides ſine operibus.

creditur ad iuſtitiam.fides uero noſtra non debet eſſe in ſapientia hominū/

Fides catholica.

ſed in uirtute dei.ſine fide non poſſumus placere deo.nec in fide hæſitandū
eſt.qui enim hæſitat/ſimilis eſt fluctui Maris/qui a uento circumfertur. &
ſicut corpus ſine ſpiritu/ita fides ſine operibus mortua eſt.Nam ſicuti au/
rum per ignem probatur/ita fides per aduerſa cognoſcitur.Et hæc eſt uicto
ria quæ uicit orbem.Nullæ ergo profecto perfectiores diuitiæ/nulli maio/
res theſauri/nulli honores/nulla mundi uberior ſubſtantia eſt/q̄ fides no/
ſtra catholica/quæ nos delinquentes/ſi pœnitentiam agimus/ſaluat/cæcos
illuminat/infirmos curat/fideles iuſtificat/extollit iuſtos/& mortales im/
mortales efficit.Ideo non potior eſt apud Deum/qui plus auri habet/ſed q

Infidelis peior dæmōe.

plus fidei retinet.Iccirco infidelis peior eſt Dæmone/propterea q abiicit ra

Fides virtutum radix.

dicem omnium uirtutum/quæ quanto magis infringitur/tanto magis cre/
ſcit & accenditur/& in aduerſis ſit uberior.Eſt enim Religionis lumen ui/

Fides apud pauperes.

tæ ianua/fundamentum ſalutis.aſcendit ad inacceſſa/depræhendit ignota/
contrahit immenſa/apprehendit nouiſſima/humaniq; pectoris ſanctū nu/
men nulla neceſſitate cogitur/nullo corrumpitur præmio.nemoq; eam un/
q̄ perdidit niſi is/qui eam non perdidit.raro hæc intrat principum limen.
migrat frequenter ad pauperum tabernas.ſed hæc eſt illa ſancti numinis de

Fides multæ. Fidē fallere. Fides hoſti. Fidelitas ſeruorum. Fidelitas fœudatariorum.

monſtratrix.multæ autem hoc nomine appellantur fides/quæ & ſi non ape
riant cæleſtes theſauros/tanta eſt illi copia bonitatis/ut hæ in ſe firmitatem
dicti factiq; reſeruetur.Ideo paſſim in foro/in curiis/in magnis ædibus ni/
hil eſt/nec haberi poteſt turpius/q̄ datam fidem fallere.cuius tanta uis eſt/
ut etiam hoſti ſit ſeruāda.famulorū quoq; prima uirtus fidelitas requirit/
& in his maxime qui fœudi ad iura tenentur.ii enim pace belloq; imperata
exequi debent/& in aduerſis aduerſa conſtanter ferre/& uitam pro princi/
pe ſæpius obiectare diſcriminibus.quoties non obſeruant poſſunt illico pri
uari quum quicq̄ aduerſus iuramentum moliantur.ueteres hanc in huma/

Fides inter numina.

nis inter Numina collocauerunt ariſq; decorarunt.hanc in periculis præbe/
bant.Transfugæ nullum pretium fidei habent.& qui modo harum/modo
illarū ſunt partiū/fidi eſſe non poſſunt.Reſpu.nihil maius atq; præſtantius

habere

habere debent/q̄ fidem.Iccirco in Tyrannis nulla eſt fides / quia nihil ſta/
bile poſſident.Ideo Deiotarus rex uetabat expectare fortunam dum præ/
ſtari debet fides.ii qui fluxam gerunt fidem pro uanis habentur.Multi hac
tempeſtate notantur præſertim in regum ſocietate/quibus nulla eſt fides.ē
enim omnis poteſtas conſortis impatiens.pauperes in fide ſolēt ſuſpecti ha
beri tametſi multi probi reperiuntur.Ideo rarus miſeros elegit amicos.& pe
ne nulla fides eſt qui caſtra ſequuntur.ſtat nulla diu mortalibus unq̄ Fortu
na titubante fides.illud ſeruile eſt/multa polliceri/pauca ſeruare. ſic multa
fidē promiſſa leuāt.& nunc ualidius eſt in hoc ſcelerato ſæculo / quantum
quiſq; ſua numorum ſeruat in arca/tantum habet & fidei. Cæterū quū illā
diuinā mortales non colant / raro hanc humanā obſeruare rite poſſunt.qui
nihil ſupra tectum credunt/quam fidē habere poſſunt? obrident inſulſi ho
mines quū dicimus q̄d fides uera docet Deum eſſe unum/& trinum.unum
in natura · trinum in perſonis.ſolum inuiſibilem/immenſum/incompræhē/
ſibilē/incircumſcriptū/incorporeum/immortalem/ubiq; præſentē / ubiq;
latentē totū.a quo una cuncta facta ſunt/cuncta reguntur/& a quo depen
dent .proinde falſæ illorum opiniones ſunt/qui dicunt q̄d hæc / quæ bona
aut mala habemus/a ſtellis fluunt.nam ut cætera taceam/quid illud? non/
ne in omni orbis parte euenit quotidie/ut iiſdem diebus iiſdemq; horis di/
ſpar naſcentibus contingat euentus? Alii enī facti ſunt ſerui/alii reges/qui/
dam inopes/quidam diuites.contra multi diuerſo tempore editi / & tamen
quum diſpares ortu/eundem ſortiti ſunt uitæ finem/uel uno nauis naufra/
gio/uel unius incendio domus/uel una belli acie .non tamen negamus ſu/
periora multo potentiora eſſe. q̄ inferiora/ſed hoc ē ex ordine diuini cōſilii/
& prouidentiæ ſicut eius diſpoſuit uoluntas.pauca de deo ſcimus / & quæ
ſcimus/per fidē ſcimus / quæ nos ad ſummum bonum ineffabili pietate tra
hit.optimus Deus manet intra omnia/extra omnia/& ſupra omnia/& infra
omnia.per hæc in tanta ſpeculationis forma ducimur/ut cognoſcamus/co
gnoſcentes amemus/amantes ſequamur/ſequentes adipiſcamur/adipiſcē
tes fruamur.in nullo hæc poteſt reſidere fides/niſi in eo/ qui mentem a ca
liginoſis maxime ſordibus purgatam retinet. tunc purgatio hominis eſt
per fidem ab humanis hiſce malis ad ſuperna bona aſcendere.qui uero ter/
renis rebus ſemper immerſi ſunt / nullam fidem bonam habere poſſunt /
qui ad oſtenta / ad auguria / ad ſortes / ad incantationes facile animos ap/
plicant. Hinc apud ueteres Romanos crediti Bouum mugitus / aui/
um garritus / luporum in urbem acceſſus aliquid mali ciuibus portende/
re.quamq̄ noſtro tempore in Gallia ciſalpina luporum rabies nunq̄ in hu/
manum genus maior.paucis his diebus dum hæc contemplaremur / me/
dio die duos feroces lupos urbem Alexandriæ ingreſſos ſcimus / atq; in
ipſis plateis ante publicas ædes duos puerulos deuoraſſe. quod ubi in/
tellectum / totam ad arma plebem exciuit. alter eſt interfectus / alter ſe
ex mœnibus proiiciens aufugit . Credunt ideo uentura mala.at propter
hoc nos non credimus/ſed propter ſcelera noſtra excidium non leue perti
meſcimus.ſic enim nobis per ſcriptū eſt/ob peccata ueniūt aduerſa,ſed fide

Deiotarus rex.
Fides regno nulla.
Poteſtas impatiens conſortis.
Polliceri & non ſeruare.
Fides diuina & humana.
Credere ſupra tectum.
Fides vera docet.
Deus.
Stellæ an bona & mala.
Naſcētibus euentus.
Superiora potentiora.
Scimus de deo per fidē.
Hois purgatio.
Oſtenta.
Auguria.
Sortes.
Incantationes.
Bouum mugitus.
Auiū garritus.
Lupus in vrbem.
Lupi in alexandria.
Aduerſa ob peccata.

Aduerſa ab reuocantur.

hæc & pietate pœnitentiaq; ſolere abreuocari/tunc quũ affligimur/macera
murq; oratione & ieiunio.non ſinit deus humana incendia longius progre/
di/ſi offerimus fidem.tunc ſi Religioſam mentem ſatis pie litauimus profe/

Veteres hallucinabãtur. Hæreſes olim.

cto non poteſt abſcondi fidei Chriſtianæ ueritas.Ideo ueteres hallucinaban
tur/propterea q nondum reperta erat lux.pene innumeri doli/& inſidiæ/&
uaſramenta flagitioſorum hominũ reperta ſunt contra fidem.olim q̄ pluri/
mæ extiteræ hæreſes/& non potuerunt eam extinguere.Imo quanto fortius
urgebant/tanto excellentius caput extollebat.Q uamdiu credis Reueren/

Lutherana labes nõ diu.

diſſime Domine hanc labem/quæ tantopere per hos annos in Germaniam
ſæuiit/uicturam? Nam ſi uera ſunt(qđ uix credibile eſt)quæ Martinũ ſcri/
pſiſſe aiunt contra eccleſiæ ſacramenta/contra ſtatuta patrum/contra De/

Martini ſcripta.

creta ſanctorum ueterum conciliorum/ui magna non opus eſt ad infringen
da/conculcanda/extirpanda.Propterea q res ipſa quæ nullo fidei conſtat
fundamento/facile & breui tempore diruet.deceſſit unus acerrimus defen/
ſor Martiniani ſceleris Dux Saxoniæ/ſed ita deceſſit/ut ſe in pœnitentiã de

Saxõiæ dux. Herbã porrigere.

derit anteq̄ exiret e corpore/herbamq; porrexit Romanis ſancitis.quam tem
omnes principes perpendere deberent/ut ne quicq̄ ficte agant contra fidei
documenta.Non enim ipſi habent in ſua poteſtate uitam.neq; ſciunt quo

Veterũ ſanctiones.

tempore emigrandum ſit.ſtandum eſt ergo ſemper ueterum ſanctionibus/
quæ non alio editæ ſunt oraculo/q̄ ore ſpiritus ſancti. pie proinde illi reges
& principes/qui ſe in manibus eccleſiæ dedunt/qui omnia quæ moliũtur/
pro beneficio ſtatuunt/& exequuntur.magna eſt profecto imperatoris no/

Caroli imperatoris fides.

ſtri fides/qui relicto imperio/relicta amantiſſima uxore/relicto filio unico/
poſthabitis Hiſpanorum precibus diſceſſit/ut fidem adiuuaret/ut Roma/
næ eccleſiæ honores ad priſtinam gloriam reduceret/ut ad pedes pontificis
accederet/atq; ueniam peteret pro his/quæ iniq; milites præter uotum eius
& iuſſa in apoſtolicam ſedem patrarint.Edidit is ad hæc luculentam oratio
nem ubi ingenium eius/ubi eruditio/ubi egregia fides/ubi fortitudo animi

Caroli oratio ad hiſpanos.

apprime dignoſcitur.quantis ille nititur rationibus/ut cunctis rebus Princi/
pes ſtudium habeant retinendum pro regia dignitate & honore? q ſubeun/
dum ſit omne periculum/ut maieſtas imperatorii nominis conſeruetur?
Q uam mirificum fore oſtendit atq; pariturum totius Reipublicæ Chri/
ſtianæ ſalutem/& quietem/& tranquillitatem ex Hiſpania ſuum pro
tempore diſceſſum? quantas ille & immortales gratias Deo agit pro ui/
ctoriis/pro urbibus acquiſitis/pro Regibus uictis/ratus non hæc potu/
iſſe euenire niſi ex beneficio immortalis fidei quam erga deum gerit? Mira
bar utiq; in ea oratione/quanta emineat eruditio/& perſuaſio/ut Hiſpani
principes/& omnes illi proceres tranquillam de diſceſſu componerent mẽ
tem.Ita dari operam exiſtiment/ut nullibi quam diu affuerit/inter eos ho/
ſtiles inſidiæ emergere potuerit.atq; eo libentius proficiſci diceret/quo no/
uit magis eorum fidem.qua fretus omnia fore pacatiora exiſtimabat.neq;
de ſe quicq̄ pertimeſcendum/propterea q nemini obfuerit/nemini bellum
intulerit/niſi laceſſitus.neq; propterea ſe ferreũ iudicari poſſunt/q lachry/
mis dulciſſimæ coniugis/& filii amantiſſimi amplexu non moueatur.quas

(ut ait)

(ut ait)poſtponendo ſeſe pro Religione Chriſtiana/pro fide Chriſti / pro
communi omnium ſalute/quæ in Italiam iturum obnixe cogunt.hæc enim
erant/quæ mouerunt mentem /ut corrigere poſſet aliorũ iniuſtitias/& bel/
la contra acerrimos hoſtes præpararet/quando exiſtimabat non alio morta/
lium ſtudio ad imperii culmina prouectum/q̃ diuina ope.atq; ingratitudi/
nis labe eſſe adnotandum niſi occurrat tantis malis/quæ in eccleſia/& Re/
publica Chriſtiana euenere.quæ mala nullo pacto e medio tolli poſſe arbi/
trabatur / niſi ſe obuiam Clementi pontifici dedat. cuius congreſſu omnia
bona euentura putabat pro Religione/pro fide Chriſti. & omnia in Italia /
quæ peſte/bello/rapinis proiecta & diruta iacent /fore ut pro uiribus co/
naretur ad meliorem faciem reducere.atq; diſcordiam & ſimultates/.quas
inter principes Chriſtianos uigere uidet/conuerti ad tranquillitatem/& per
petuam pacem/& arma contra communes hoſtes transferri.rediturum po/
ſtremo in Hiſpaniam non ſine omnium maxima lætitia mari terraq; ſtatuta
pace/& traquillitate ita credidit /propterea ꝙ ſumma fides(quam in cor/
de Sereniſſimus impator noſter gerit)perſuadet.hæc & multo meliora di/
xit ille / quæ nos carptim ea ratione poſuimus / ut oſtenderemus cæteris
principibus eundem fore opus haberi animum / ſi uirtutem inuictam con/
tra Turcas obtinere uoluerimus.Putant Reuerendiſſime Domine Reges
noſtri / & ii qui præſentem exercent militiam /ſine fide poſſe obtineri ui/
ctoriam . Eſt enim fides donum dei/ ſine quo impoſſibile eſt boni quicq̃
in terra operemur.ſed donum hoc e cælo in noſtrorum principum mentes
allabi non uideo poſſe/niſi ſummas preces boni uiri/& ſancti ad deum ef/
fundant.quam rem optimus quiſq; conari debet/ præſertim tua Reuen/
diſſima mens / quam tantopere cuſtodis inuiolatam.habes ampliſſime An
tiſtes Alexander Cardinalis Hoſtienſis hanc præcipue ſitam inter homi/
nes opinionem / ut nihil tuo pectore conſtantius/atq; tua immaculata fi/
de purius/ac ſyncerius reperiri poſſit.ſuſtine Reuerendiſſime pater.da ope
ram ſi potes literis / nunciis/concionibus /perſuaſionibus principes hos
noſtros / & Reges/ad pacem contrahere.fac tuis precibus cum immorta/
li numine.eſt enim mitis/& facilis deus/& ad ſanctorum uota procliuis.pa
titur certe uim cælum/& exaudiuntur uoces precantium.da operam conci/
lium fiat/ut uideantur quæ in Chriſtiana Republica claudicant/atq; rite re
formentur.ſic enim patres noſtri concilia inuicem habebant/propterea ꝙ
ſciebant ſpiritum ſanctum illic adeſſe . Ideo qui non credit conciliis/ non
poteſt & Chriſto credere / nec eius euangelio / ubi enucleatius ſcriptum
eſt.ſi duo uel plures congregati fuerint in nomine meo / ego ero in medio
ipſorum . quando concilia ita ſtatuuntur ut in nomine Ieſu redemptoris
noſtri ueriora ſint. Et ideo conciliis non credere profanum eſt . atq; eos
qui dant operam ne concilium hoc fiat / non puto ueros eſſe Chriſtianos/
neq; fidei quicq̃ habere.neq; lux illis ea poteſt eſſe/quæ lucere poſſit liqui/
do coram hominibus / qui uideant bona opera ipſius glorificantis altiſ/
ſimum / qui in cælis eſt . nam qui profitetur habere fidem / & fidei opera
non exercet optatq;/profecto mendax eſt . fides enim informis habetur/niſi

Carolus ſereniſſimus imperator.

Victoria nõ ſine fide.
Fides donũ dei.

Alexander cardinalis hoſtienſis.

Deus facilis
Cælum vim patitur.

Conciliis ſpiritus ſanctus adeſt.

Concilia quomodo ſtatuuntur.

in opus charitatis ingrediatur/ſine qua quiſq; cæcus eſt.reſurgant patres il
li optimi/qui tantam nobis ſapientiam reliquere diuina decreta/qui tanto/
pere inter ſe benigni erant & miſericordes/& increpent noſtras ignauias/
proſcindant noſtras ſimultates & malitias/quibus totum gregem humanũ
contaminatũ uidemus.ſurge Reueren.Domine cum ſancto pontifice/& re

Ieiunia quãtum poſſint. Chriſtus. Moſes. Ieiuniũ domui iudæ. Dauid. Niniuitæ.

ſpice ſuper gregem Chriſtianum.fac ut cunctæ Regiones & urbes/cuncti
religioſi & cultores fidei ad pœnitentiam/ad lachrymas/ad preces/ad ieiu
nia ſe conuertant.quid ſcimus nos ſi deus placauerit iram? multa exempla
habemus in fide/quantũ ieiunia potuerint.ieiunauit Chriſtus/ut nobis exẽ
plo foret.ieiunauit Moſes quadraginta diebus & totidem noctibus edixitq;
omnem perituram animam/niſi ſe ieiunio afflixerit.Ideo bene habent homi
nes quum conuertuntur in ieiunio & fletu.fuit ieiunium olim domui Iudæ
gaudium & lætitia.rediit Dauid ad priſtinam gratiã per ieiunii exercitamen
ta.ieiunauerunt,Niniuitæ cum rege ac iumentis/& iram dei reddidere mi/
tiorem.atq; hoc modo per hæc ieiunia hoc genus Dæmonum ideſt noſtræ
diſcordiæ/& ſimulationes/e medio eiicientur.ſequamur Reuerendiſ. Cardi

Paulus de ieiunio. Conuentus celebrandi. Sacerdotibꝰ obſequendũ. Layci in conciliis poſſũt. Conciliis credendum. Hæreſes ex inobediẽtia. Concilium qui abnegat.

nalis/quod ad Corinthios exclamat Paulus.Exhibeamus nos ſicut dei mini
ſtros in multa patientia/in laboribus/in uigiliis/in ieiuniis multis.celebran
di utiq; omnino ſunt fidelium conuentus/in quibus ea ſtatuantur quæ ad
fidem pertineant & ad pacem uniuerſalem.ſcriptum eſt eñi in actibus Apo
ſtolorum/ſi dubia oborta ſunt/ea ad ſacerdotes deferri debere/quibus cæ/
teri debemus obſequi.quamuis layci ſi in conciliis ſententiam dicere uolũt/
poſſunt/& audiendi ſunt dum parati ſint epiſcopis & cæteris religioſis ui/
ris obſequium fidei præſtare.nam nos omnes ſumus layci non paſtores.pro
pterea nobis conuenit id/qđ ſancitum eſt in conciliis credere & obſeruare/
ne hæreſes ex inobedientia pullulent.ſic enim a Chriſto habemus.ſi quis ec
cleſiam non audierit/ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.nam ſine dubio
qui abnegat eccleſiam & concilium/Chriſtianam fidem tollit/doctrinam
Pauli confundit/& certiſſima incerta reddit.& quamuis epiſcopi/ſacerdo/
tes/Cardi.Religioſi qq;/qui in conciliis congregantur/ſũt homines/& hu
mana fragilitate compoſiti/diffiniendo tamen/ſtatuendo/decernendo non

Caiphas.

mendaces haberi debent/quia non loquuntur ut homines/ſed ex diuino
ſpiritu.Caiphas olim homo flagitioſus & neq̃/ſed quia pontifex/ſanctiſſi/
mum ex ore oraculum edidit/neceſſum fore unum hominem pro populo

Concilium diuinũ opus.

mori.ſic itaq; qđ in ſanctis ſtatuit conciliis in nomine Ieſu Chriſti/non ho/
minum opus eſt/ſed diuini ſpiritus efflatione.Dixit enim ſapientia im/
mortalis Dei in euangelio/non uos eſtis qui loquimini/ſed ſpiritus patris

Pontifex vnus ſupmꝰ.

ueſtri qui loquitur in uobis.fuit enim neceſſarium unum præ cæteris ſupre
mum conſtitui pontificem/ut cæteri inferiores/ſi quid in ſe haberent in con
trouerſia/ad primarium reducere poſſent/uelut ad ultimam metam/ne in

Petrus es tu Eccleſiæ caput.

perpetuis hæreant dubiis.Ideo a diuina prouidentia auctoritas illa indita
fuit ſummo pontifici/ut tu es petrus/& ſuper hanc petram ædificabo ec/
cleſiam meam/contra quam non præualebunt Tartareæ Ianuæ.fuit enim
caput eccleſiæ Chriſtus/deinde Petrus conſtitutus/& eius ſucceſſores.qđ

ſi ita

ſi ita non fuiſſet ſtatutũ, infinitæ ſcaterent ſeditiones, ſcandala, hæreſes, ſectæ, Idolatria. ſic ſapientiſſime per Chriſtũ Petro datæ ſunt claues regni cælorum, & ſumma poteſtas. Ideo ſcribit Lucas ꝙ Chriſtus rogauit pro Petro ut ſua non deficeret fides, ſicut alibi dixit ter, paſce oues meas, tunc conſtituit Chriſtus monarchiam, & Petrum uerum totius eccleſiæ Imperatorem præſcripſit. & Ideo ſancti poſtmodũ patres noſtri edidere cõſtitutiones ſumma cum ratione, & ſpiritu ſancto prudenti habita conſideratione temporũ, perſonarũ, & locorum. ita neceſſe fuit agi. ſic Paulus alia mandauit Romanis, alia Corinthiis, alia aliis. & enim congruum eſt Homo ad malum procliuis, aliter & aliter corrigi debeat. nã alia ſubit adoleſcens præcepta, alia quũ Iuuenis, alia quum prouectiori ætate eſt conſtitutus. ſic enim natura humana indiget. quæ niſi iugiter canonibus aliis ſupra alios ſuſtineatur, facile peſſum abiret. Quiſquis ergo conſtitutionibus ſummorum pontificum reſiſtere audet, e fidei circulo explodendus eſt. ſic mirificus ſtatutus eſt ordo, ut ſine eo res integra conſtare non poſſit. toties Paulus repetit, præcepta mea teneatis, & tenete eruditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram. ſcitis enim quæ præcepta dederim per dominũ Ieſum. quã obrem oraculo Pauli credimus, ꝙ iudices in eccleſia conſtitui debent, qui minime conſtitui poſſunt, ſine ſacris legibus, & ſapientiſſimis pontificum decretis. nã ſine lege nequaq̃ poteſt Iudex iudicare. ſcribit ille cæleſtis Apoſtolus ad Corynthios. ſæcularia iudicia ſi habueritis, cõtemptibiles qui ſunt in eccleſia illos conſtituite ad iudicandum. ſic enim faciebant, ut in actibus habetur. Paulus & Timotheus quum tranſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant ab Apoſtolis & ſenioribus ſancita. & per ambulabat Paulus Syriam & Ciliciam, confirmans eccleſias & præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & decreta ſeniorum. nam qui eccleſiæ ſanctiones ſpernit, utiq; Deũ ſpernit. ſic enim apud Lucam ſcriptum eſt. qui enim uos ſpernit me ſpernit. quod in ueterum monumentis aperte habitũ eſt. qui noluerit obedire ſacerdotis imperio, morte moriatur. Et apud Mattheum, quæcunq; dixerint uobis, ſeruate & facite. Itidem & Paulus obedite (dixit) præpoſitis ueſtris. Ideo qui Chriſti fidei uerus eſt ſtudioſus genua, manꝰ, oculos, totum corpus diuino cultui deſtinat, & in omnibus operibus ſuis Chriſtum reſpicit, Chriſtum appetit, Chriſtum euocat, qui nos ſuo ſanguine redemit. Vnde qui perfectam habet fidem ſolet in nomine Ieſu dæmonia eiicere, ſicut faciebant Apoſtoli qui linguis loquebãtur nouis. & ſi quid mortiferum bibebant, eis non nocebat. Hæc omnia fidei beneficio eueniũt. per fidem reputatus eſt Habraam dilectiſſimus Deo, cui repromiſſio facta eſt reſtituendæ gratiæ. non potuere magnæ uanitates Moiſis fidei reſiſtere operanti, & Aegyptii præſtigiatores a fide Moiſis uicti ſunt. potuit idem ipſe imperator rubrum Mare fidei potentia proſcindere, ac ſolidum reddere. certauit fide munitus Helias propheta cũ Baſais ſacerdotibus, & uicit, & ignẽ e cælo excitauit. Vicit fidei ſapientia prothomartir ſophiſmata uana illorũ, qui cum eo in ſynagoga diſputare uoluerunt. ipſe Bariona Petrus uirtute ſidei uno die tria millia hominũ baptiſmatis Lauacro admouit. Tarſenſis Pau

Petro claues
Chriſtus pro petro.
Conſtitutiones eccleſiæ.
Homo ad malum.
Aetas alia præcepta alia.
Pauli oraculum.
Iudices in eccleſia.
Iudex non poteſt.
Contemptibiles in eccleſia.
Paulus Timotheus
Sanctiones eccleſiæ qui ſpernit.
Obediendũ præpoſitis.
Apoſtoli.
Habraam.
Moſes.
Aegyptii
Mare rubrũ proſcindere.
Helias.
Petrus Bariona.
Paulꝰ tarſenſis.

Silueſter pontifex.
lus fidei lumine auctus innumeros conuertit populos. Silueſter pontifex in

Bartholome⁹
diſputatione tam fœliciter duce fide Iudeos uicit/ut Chriſtum fateri in me

Aſcarodis tẽplum.
dio coegerit. Bartholomeus fidei ſcuto Aſcarodis templum in Aethiopia nõ
ſolũ deſtruxit/ſed eius Dæmonẽ/qui reſponſa dare ſolebat/mutum reddi
dit fateriq; coegit ſe non eſſe Deum ſed malorum Dæmonum unum. Et

Ioannes Zebedei.
Ioannes Zebedei filius per fidei potentiam apud Ephæſum Dianæ templũ
corruere fecit. uenenum quoq; quo fontes necabantur/fide munitus hauſit
intrepide atq; ĩnoxie. quo miraculo templi ſacerdotes/& tota ciuitas ad fi/

Petrus.
dei numen conuerſa eſt. Vicit Bariona fidei uirtute Simonem magum/Pau

Simõ. mag⁹
Paulus.
lus Barieum elimam in Cypro perpetua cæcitate damnauit. neq; aliud fidem

Barie⁹elima.
hanc dicimus/q̃ ueram uirtutem eam ſcilicet/qua credimus/quæ ad ſalutẽ
pertinent/& Religionem/& non oculis ſubiiciuntur. nã aliud ſunt ea quæ
creduntur/aliud fides qua creditur. illa enim in rebus conſiſtunt/hæc autẽ

Fides qua creditur.
in animo credentis/quamuis utrumq; nomine fidei conplectamur. Ideo ſi fi/
des/qua creditur/ſi charitatis lumine munitior eſt/tunc uera eſt uirtus. pia
charitas uirtutum omnium parens & informatrix eſt. & tunc fides qua tan/
topere Prophetæ & ſancti Apoſtoli mira geſſere/operans per dilectionem/
mirabilis uirtus eſt/qua non uiſa creduntur. & hæc eſt illud fundamentũ/
quod mutari non poteſt/ut dixit Paulus/quæ poſita in fundamento nemi/
nem perire ſinit. quod Diuus Aurelius nec tacuit/nec tacere potuit./Chri/
ſtũ dixit eſſe fundamentum/ideſt Chriſti fidem/quæ per dilectionem opera

Fides charitate informata
tur per quam Chriſtus habitat in cordibus fidelium. Ideo multi chatholici
certatores/hanc fidem charitate informatam appellant/& illam quæ ſine

Fides informis.
dilectione inanis eſt/informem dicunt/quam etiam nedum flagitioſi homi/
nes habent/ſed Dæmones/quando ii quoq; credunt/ſed contremiſcunt. tã

Credere multipliciter.
& ſi longe intereſt/quum dicimus credo Chriſtum/uel Chriſto/uel in Chri

Cacodæmones. credunt.
ſtum. nam etiam ipſi cacodæmones crediderunt & credũt eſſe Chriſtum/
non tamen crediderunt in Chriſtum/ſicut aliud eſt credere Deo ideſt cre/

Credere deo.
dere uera eſſe ea quæ loquitur/quod & mali faciunt/& nos credimus homi

Credere homini.
ni. ſed non in hominem. credere Deum/eſt credere quod ipſe eſt. quod etiã
philoſophi credidere/& mali hoies credũt. credere uero ĩ Deũ/eſt credẽdo

Credere deũ
Credere in deum.
amare/& credẽdo ĩ eũ ire/& credẽdo ei adhærere/& eius mẽbris cõmiſceri
per hanc poſtremam credulitatẽ impius cõuertit/atq; ipſa fides incipit per
dilectionem operari/quæ aliud non eſt niſi amor/& opus fidei. quod ſi ſine
ea dilectione exit/informis fides/& habitus inanis mentis dicitur licet tranſi
tu cõualeſcat. accedente enim charitate faciem renouat. fitq; formoſior uirt⁹
uelut extinctus carbo igne admoto accenſus eluceſcit. neq; dubium eſt ꝙ

Fides chatolica.
fides etiam pro quopiam capitur credibili/ut pro articulis fidei. unde canta
tur. hæc fides catholica. ſed hæc non eſt uirtus/propterea ꝙ non eſt mentis
habitus/ſed ipſis rebus magis inſertum eſſe. neq; fides informis aliquo pa/
cto dici meretur uirtus/quãuis ſit mentis habitus/quia mortua eſt. Et ideo

Fides vna eſt
Fides vniuerſalis.
ſiue capias pro uirtute/pro qualitate mentis/ſiue pro credibili/una tamen
eſt fides. ſic enim retonat Paulus/unus dominus/una fides omnibus credẽ
tibus. hinc eſt ꝙ fides catholica dicitur uniuerſalis/quia unum idemq; eſt/

quod

quod credi debet a cunctis fidelibus/ ſicut pro eo quo creditur/ ratione una dicitur / non quod ſit una numero in omnibus / ſed genere/ & ſimilitudine una communis eſt omnibus fidelibus/ non ſecus q̄ quum pluribus hominibus facies communis eſſe dicitur/ quum tamen ſinguli quiq; propriam habeant. Iccirco fides non numero una eſt ſed genere/ quæ quum ſit in uno & in aliis/ non ipſa eſt/ ſed ſimilis. & propter ipſam ſimilitudinem/ magis unam dicimus eſſe q̄ multas/ ſicut idem uolentium unam eſſe uoluntatem / licet ſit unicuiq; una ſua. ſic fides ſiue accipiat̄ pro eo/ quod creditur/ ſiue pro eo quo creditur una dicitur fides. & de his præſertim dicitur/ quæ ſenſu/ nō explicantur. quæ enim oculis ſubiiciuntur fidem non habent / ſed euidentem agnitionem. Ideo Paulus ſubſtantiam rerum ſperandarum argumētum nō appatens dixit. hæc uere dicitur credi quod nō cernitur. nā quod præſenti capitur ſenſu/ credi non dicitur. Thomas aliud percepit uiſu / aliud credidit. hominem ſcilicet uidit/ & Deum confeſſus eſt/ quum dixit/ Dominus me⁹ & Deus meus/ & tamen quum teneamur credere/ quæ nō uidemus/ ipſam tamen fidem/ quæ in humano eſt corde / uideri dicimus non corporaliter nec imaginariæ ſed intellectualiter. atq; ipſam indicem eſſe abſentium & eorum/ quæ non uident̄. ſic Auguſtinus ſuper Ioannē. credimus ut cognoſcamus/ non cognoſcimus ut credamus. & ſubſtantiā appellauit/ quia fides ſperandis ſubſtat/ & eſt fundamentū/ quia tale fundamentū bonorū eſt/ ut nulla ſit tanta uis quæ cōmouere/ & euellere poſſit. Ideo fundamentū hoc fidei præcipue attribuit̄/ & non ſpei / & non charitati quia actus fidei præcedit alios actus nō tēpore/ non cauſa/ ſed naturaliter/ quamuis utraq; ſine altera eſſe non poſſit. ſpes enim ſine amore futilis & uana. amor ſine ſpe imbecillis & obtuſus. nec utrumq; ſine fide/ nec fides ſine amore prodeſt. poteſt tamen credi aliquid qd nō ſperat̄. nihil autē pōt ſperari quod non credit̄. Ideo credere quod eſt actus fidei/ naturaliter p̄cedit ſperare/ qd eſt actus ſpei. ſpes icciro ſequit̄ ueſtigia fidei. has ob res dicit̄ recte fides fundamētū oīum uirtutū/ & bonorū operū/ nō tamen charitatis. Immo charitas eſt uirtutis fidei cauſa quū ſit mater oīum uirtutum/ ſine qua cæteræ obtenebrant̄. nā charitas ſpiritus ſanctus eſt. eſt ergo mater oīum eductione/ quia informat & dirigit motus aliarum uirtutū in Deum/ ſicut modeſtia/ quæ a prudentia eſt/ ſit uirtutū regimine/ qa ita regit ne qd parū/ ne qd minus fiat. & humilitas mater uirtutū cōſeruatiue. fides uero mater oīum origine. tā & ſi fides informis charitatē p̄cedit uel cauſa uel naturaliter. nā niſi ea / quæ audis/ credideris/ ad amandū currere nō poteris. Non. n. uera fides amittit exteriorem uiſio nē quāuis nō excludat interiorē cognitionē/ quia de omnino incognitis fides emergere nō pōt. Eſt ergo fides de his quæ aliquo modo ſunt cognita/ & aliquo modo incognita. & hæc eſt illa fides immaculata & ſancta quæ ad cælū humanas traducit aīas/ q̄ plenior fit & proficit agnitione articulorum/ quātitate/ cōſtātia/ & deuotione credētiū. ſine qua nullū hoiem liberatum/ neq; liberari poſſe credit̄ a cōtagione mortis & obligatione peccati/ quod in greſſu uitæ cōtraxit/ niſi per unū mediatorē Dei & hominū Ieſum Chriſtū. ſub cuius fide etiam patres noſtri ueteres/ ante q̄ exiret in carne/ ſerui facti

Hominibus facies. Volūtas vna. Thomas. Spes ſine amore. Amor ſine ſpe. Spes & amor ſine fide. Fides ſine amore. Charitas. Modeſtia. Humilitas. Fides.

ſunt. nam ſicut credimus nos Chriſtum in carne ueniſſe / ita illi uenturum
putabãt. ſicut nos mortuũ ita illi moriturum. ſicut nos reſurrexiſſe uera fide
credimus / ita illi reſurrecturũ exiſtimabãt. & nos / & illi eodem fidei lumine
ad uidentiũ uiuorũ / & mortuorũ uenturũ credimus. Illis uero qui in uetuſta
tis receſſu tunc erant / ſimplicibus ſuffeciſſe putamus in genere factã fuiſſe
reuelationẽ ſicut & multi pinguiori natura capaces non ſunt in eccleſia / ubi
Symboli articuli. ſacerdotes de myſteriis diſſerunt / ſat habent ꝙ articulos ſymboli ita habeãt /
ut credant qđ exprimũt / qui deberent ſub fide ſapiẽtiũ acquieſcere. Ita legi
Boues. Aſinæ. tur in Iob. boues arabant / & aſinæ paſcebãtur iuxta eos. nã ſimplices & mi/
nores ſunt aſinæ paſcẽtes iuxta boues / q humilitate maioribus adhærendo
in myſterio credebãt. qualis fuit uidua Sareptana / q̃ ꝓphetæ credidit. Hu
Vidua Sareptana. go ſcriptis ſuis reliq̃t. antiq̃s ſimplicibus ſufficiebat credere Deũ. & Deũ eſ
Credere ſufficiebat. ſe creatorẽ / & remuneratorẽ omniũ explicite / in receſſu uero mẽtis ſufficie
bat credere q̃cq̃d credebat Moſes Habraã / & cæteri ſanctiores. At modo cũ
Deus creator & remunerator. cta explicite credere tenemur / q̃ in articulis fidei continent̃ / q̃ oĩa eccleſia ce
lebrat / aſſerit / ſuſtinet / ut cõceptionẽ / natiuitatẽ / paſſionẽ / & alia / quando
Credere nũc tenemur. oſtenſa eſt nobis euidentibus ſignis ueritas per Apoſtolorũ ꝑdicationẽ / ꝑ mi
raculorum cõfirmationẽ ꝑ ſolemnitatũ frequẽtationẽ. Ideo nobis quatuor/
Fidei articuli quatuordeci decim articuli fidei firmiter credẽdi ſunt. ſeptẽ de diuinitate / & ſeptẽ de hu/
manitate / q̃ oĩa in eccleſiis celeberrime cantant̃. unũ ſcilicet patrẽ eſſe Deũ /
filiũ eſſe Deũ / ſpiritũ ſanctũ eſſe Deũ. Deũ peccata dimittere his q ſunt de
eccleſia / & nõ aliis / Deũ eſſe ſuſcitaturũ mortuos / eſſe remuneratorem bo/
norũ / punitorẽq; malorũ. tũ ꝑterea filiũ Dei cõceptum de ſpiritu ſancto / ex
Maria uirgine / filiũ Dei eſſe mortuũ / deſcendiſſe ad inferos (idq; ſecũdum
animã) inde aſcendiſſe cælos / poſtremũ iudicaturũ bonos & malos. Non
tamen hæc omnia anteq̃ de Chriſto haberet̃ uera cognitio / erãt neceſſe ut
crederent̃ / ſed aliqua in ſumma. Propterea ꝙ ſine fide im poſſibile eſt aliq̃d
Diuina bonitas. placere Deo. Ideo quandoq; ſupplet diuina bonitas / etiã Angelũ mittẽdo /
Cornelii eleemoſynæ. ut informet / iſtruat / dirigat animũ. ſic enim Cornelio dictũ eſt per Angelũ.
acceptæ ſũt eleemoſynæ tuæ / & oratiões tuæ / & hoc añq̃ ſciret Chriſtũ eſſe
Fides chriſti. natũ. Et ideo meruit / ut per Petrũ informaret̃ filiũ Dei eſſe incarnatũ. hæc
eſt Chriſti fides / per quam ueteres præſentes & futuri / ſi ea quæ continent̃
obſeruabũt / ſalutẽ conſequentur. per hac Reuerẽdiſſime Domine nos acce
Chriſto adhæreamus. dere oportet / & remotis cunctis rebus neceſſum eſt adhæreamus Chriſto /
& Chriſtũ prædicemus / & in militanti eccleſia ea cogitemus / & operemur /
quæ ad pacem & concordiam omnium fidelium pertineant / ut poſtmodũ
in ea tranquille / & ſancte præcepta fidei obſeruemus / & amemus. hoc pium
ad te Reuerendiſſime Domine ſpectat. Ita tuæ uitæ ſanctitas & morũ pro/
bitas omnibus certitudinem præbet. Et Ideo commotus a publica fama de
tua amplitudine / de tua bonitate / & ſapientia / hunc libellum de fide / ue
lut ad ſanctiſſimum patrocinium eccleſiæ / deſtinamus rogantes humaniſſi/
mis precibus / ut Hieronymum Perbonum / atq; eius liberos / ita ſub tuo
præſidio ames & defendas / ſicut ipſi amando nomen tuum merentur. uale/
at tua Reuerendiſſima amplitudo ad uotum fœliciter.

FINIS.

Dies operoſe agentibus cito prætereunt.
Sine deo nil boni fit ab homine.
Deus diligit/& corripit.
Religioſi eſt diuinis tantum intendere.
Repugnare morti eſt repugnarẽ naturæ/& tamen natura oim eſt obſiſtere morti.
Lex ẽ uiuẽtiũ lumẽ/& diſciplia ẽ uia uitæ
Cauẽdũ ablãda lingua/& a praua muliere.
Nec ignis in ſinu/nec ueritas abſcõdi põt.
Non illeſi ſuper prunas ambulamus.
Amare decet ſine uitio.
Multa priuatim uidentur iuſta/quæ communiter conſulta econtra ſunt.
Lex non metitur quæ raro contingunt.
Tpa quæ urgent legibus præualent.
Noſtrũ eſt quod p uirtutẽ acquirimus.
Bona bonos/& mala malos decent.
Facilius ẽ alios admõere/q̄ ſeipſũ corrigerẽ.
Malũ cõſiliũ ſæpe conſultori ẽ pnitioſum.
Humilia conſenſus ſæpe magna facit.
Non eſt faciendum ultra q̄ ſatis eſt.
Modus oim rerum naturæ comprobatur.
Dolori ſilentium difficile cohæret.
Quod pudet facilius ferẽ/q̄ quod piget.
Suauis eſt laborũ præteritorum memoria.
Non paruus dolor eſt flere non poſſe.
Sæpe auis feſtinat ad laqueum.
Ratio eſt magiſtra omnium actionum.
Bona mens nos deo iungit.
Satietas generat faſtidium.
Fœlicitas eſt ignara faſtidii.
Magiſter artium optimus uſus.
Prĩcipes ipſi etiã hoĩes ſunt/& falli poſſũt.
Non ſunt imperata ſemper illico facienda.
Belli/& pacis tpa conſideranda ſunt.
Euentus uelut in horreo horna meſſis magni fit.
Parũ diſtat ſapor a fonte riui.
Non omne fuluum exprimit aurum.
Subtractis fundamentis omnia corruunt.
Formoſum omnia decent.
Male moriẽ q d̄cedit ſiti/fameq;/atq; gelu

Vera matrona ſolo uiro contentª eſt.
Aetas/& ſatietas mulieres reddũt inuiſas.
Dicta/& rem ex factis noſcimus.
Sæpe magis inſperata/q̄ ſperata ſuccedũt.
Vxor uſq; ad cineres manſura eſt.
Arma pelluntur armis.
Simus tales/quales uideri uolumus.
Qui multis utitur artibus/nõ omnia pulchra facit.
Singuli docere deberent/unde uiuerent.
Quum anus ludit morti delitias facit.
Iuuenis facilius ĩ morbos incidit/grauius ægrotat/& triſtius curatur.
Impoſſibile ẽ mollẽ caſeũ hamo attrahere.
Corpus hominis fragile/& caducum eſt.
Belli laſſitudo congeminat pacis memoriã
Nemo niſi uolens malus eſt.
Bonus acquieſcit recte arguenti.
Min⁹ malũ parũ hõeſtũ/q̄ multũ iniuſtũ.
Ex uno malo plura mala euenire ſolent.
Quod nobis prodeſt nos non id facere, inſcitia eſt.
Vita contẽplatiua præſtantior eſt actiua.
Virtuti omnia parent.
Mens omnium cauſa eſt.
Immortale incorruptibile eſt.
Bonæ artes addiſcendæ ſunt.
Maximum bonum eſt pax.
Quæ facimus nos ſequuntur.
Inſeruire bonis quæſtus eſt maximus.
Vicinitas/& affinitas pari pede ambulant.
Diuina ſunt dei/& humana ſunt hominũ.
Bõis morib⁹ pbamur turpib⁹ uitupamur.
Improbatur qui a ratione recedit.
Senſibus naturaliter utimur.
Naturæ non eſt inferenda uis/nec repugnandum.
Ratio propria eſt animæ.
Omnia præteribunt niſi uerbum dei.
Minores magiſtratus pareant maioribus.
Maieſtas ab honore orta eſt.
Ingrata eſt ſurdis cythara fidibus.

Ciuitatis ſalus obſeruatio legis.
Senatus a ſenibus dicitur.
Senũ eſt recte cõſulere/ & iuuenũ parere.
Sine experientia nemo perfectus eſt.
Vhe regno ubi in pretio ſunt uitia.
Cõtẽptus magiſtratuũ fomes eſt malorũ.
Homines ad ſocietatem tanq̃ piſces ad uiuaria.
Non ex pecuniis/ſed ex uirtute omnia bo na proueniunt.
Qui nocet bonis ſibi ipſi nocet.
Nefas eſt meliorem lædi a deteriore.
Non eſt tutum populo aduerſari.
Ingens ẽ piculũ tueri ad unguẽ iuſtitiam.
Bene eſt ciuitati/ſi mali expelluntur.
Dies medetur multis.
Finis utiq; inſpiciendus eſt.
A natura quærimus proficua/& fugimus noxia.
Vis ui eſt propulſanda.
AEqualitas eſt laudabilis.
In re militari nil temere agatur.
Mala conſuetudo depravat naturam.
Menſura/numerus/& pondus faciunt naturæ officinam.
Prouidentia noſtra eſt incerta.
Deus omnes diligit/& omnium miſeretᷓ.
Anima hominis non hæret homini.
Recto relicto emergit nimis.
Rationis/mentis/& intellectus ſolus ho/ mo particeps eſt.
Intelligimus diuina tantum dei munere.
Valitudinarius non poteſt eſſe fœlix.
In ciuitate male inſtituta ſi qui boni ſunt/ perfecti ſunt.
Exercitatus multũ differt ab inexercitato.
Mutat iuuentus mores occulte.
Noua digna honore uidentur/& pulchri tu dine ſunt decorata.
Mutatio oibus in rebus eſt periculoſiſſima
Omnes eas leges colunt/in quibus educa ti ſunt.
Diuerſi effectus diuerſam uitam quærũt.
Mortalibus ſuarum rerum ſatuitas eſt.

Facile quis res largitur alienas.
Difficilis eſt cura rerum alienarum.
Male acta rationis filo reſarcimus.
Eſt unius cuiuſq; rei ſua ſacietas.
Facile quiuis rem alienam taxat.
Hallucinante paſtore oues uagari ſolent.
Vix alium ſaluare poterit qui ſe ipſum ſal/ uare non poteſt.
Primo loco diſcumbere nõ omniũ tutũ ẽ.
Nihil caret periculo.
Vbiq; eſt plurima mortis imago.
Officiũ impartiendũ eſt benemerentibus.
Male agens lucem odit.
Terreus terrena cogitat.
Cum ſcythis non conueniunt chriſtiani.
Nemo eſt in patria honoratus.
Nulli fienda eſt iniuria.
Exilium omnes miſericors facit/ſenes ue/ ro miſerrimos.
Immemores nunq̃ perficient.
Pericula non ſunt ſæpe temptanda.
Laus uera amente prouenit.
Vita/& mors in dei eſt poteſtate.
Mens mali conſcia ſemper ſæua timet.
Superuacua non ſunt quærenda.
In domum non omnis inducẽdus eſt uir.
Vna ſæpe ſcintilla magnum parit ignem.
Inimico non eſt credendum.
Ditiori non aſſociaberis.
Benefaciendum eſt amicis dum uiuunt.
Non exprobare debemus quod bonis fa/ cimus boni.
Virtute ambire licet/non fautoribus.
Sat habet fautorum qui innocenter agit.
In illis fides quibus eſt res in manu.
Bonus architectus facile quod uult facit.
Improbatur diminuens patrimonium.
Prima uirtus eſt animi/ſecunda corporis/ tertia fortunæ.
Viuenti cum ratione ſpes ſuccedit bene.
Senatus iuſtus eſt principis/& regni ſalus
Magiſtratus nullus ſit ſupra legem.
Principi dumtaxat imperare debent ratio/ iuſtitia/& æquitas.

Vera uirtus cum fortuna non cedit.
Peſſimus eſt qui nulli uult parere.
Inquietos ciues odia ſequuntur.
Voluptuarii affectus ſunt erumnoſi.
Mediocritas ſit in agendo.
Quod crebro male pullulat eradicandum
Mors eſt omnium quid optimum.
Longa uitia multa affert mala.
Deus non habet paſſiones.
Hominis eſt moueri ad humanos caſus.
Bonum eſt ſemper de uirtute loqui.
Actiones noſtræ terminatæ ſunt.
Prauitas eſt uelocior morte.
Sæpe fiunt uates morituri.
Tantum curandũ eſt/ut boni euadamus.
Non omnes iniuriæ ſunt uindicandæ.
Homo cognoſcitur ex operibus.
Ex facie non debet homo iudicari.
Nõ debet qs condãnari niſi auditus fuerit.
Aliud eſt nolle egere/aliud uelle affluenter abundare.
Iucunda ſunt grata.
Diuerſæ ſunt artes/& diuerſa ſunt ſtudia.
Omnibus ſuus finis conſtitutus eſt.
Omnium finium ſua habenda eſt ratio.
Credendum eſt operibus.
Diei horæ ſunt duodecim.
Non in tenebris/ſed in luce ambulandũ ẽ.
Potius mori/q̃ fœdari.
Reddenda eſt ratio æterno iudici.
Senex imminẽtẽ mortẽ moleſte nõ ferat.
Fortia uiris conueniunt/uenuſta/& mode ſta fœminis.
Palmitem infructiferum tollimus.
Omnia probanda/bonum tollendum.
Ex malefactis non eueniunt bona.
Quilibet finis quid boni continet.
Ex bono ſequitur bonum.
Magnificus magna facit.
Homo inops naſcitur/& ei comes eſt indi gentia.
Paupertas excitat actiones.
Potius unius ſapientis/q̃ multorum impe ritorum ſequenda eſt ſententia.
Nõ oĩm omnes opiniões ſequendæ ſunt.
Salubre alit/inſalubre corrumpit corpus.
Deficiet tandẽ & ipſe ſol lucidiſſimus.
Mira eſt clementia dei.
Veriſimile eſt q̃ diu ſenex non ſit uictutus
Cum mortuis laruæ tantum luctantur.
Regium eſt benefacere/& male audire.
Iudicia publica obſeruari debent.
Turpe eſt deſiſtere/quum prope calcem peruenerimus.
Boni affectus nos excitant ad uirtutes.
Peritus medicus prius lenit/deinde ſoluit.
Purgare animũ officium uirtutis eſt.
Inſani eſt curare minima/& magna negli gere.
Victoria in perito armorum uſu conſiſtit.
Affectus ratione regendi ſunt.
Habitus in bonum/uel in malum cõſtitu it hominem.
Fortuna nõ ẽ in cõſideratiõe apud ſapiẽtes
Multæ cauſæ/& origines ſunt nobis inco gnitæ.
Nil eſt ſine cauſa.
Quod eſt ſine ordine temerarium eſt.
Solus deus eſt ſine principio.
Multa ante meſſem euenire ſolent.
Non eſt mirandum ſi homo cadit.
Scelera fuge magiſq̃ colubrum.
Principes/& ſenatores abſq; ullo uitio pe nitus eſſe debent.
Optimum finem expectare debemus.
Luna ex ſole clareſcit.
Ratio ſit dux actionis/& uitæ noſtræ.
Recte uiuentis finis eſt optimus.
Vtile/& iucundũ eſt bene finire.
Nimiũ addiſcẽdi ſtudium mentẽ obcæcat
Nimis & exceſſus omnia mala generant.
Auidus ſua decipitur auaritia.
Bene eſt conſulte/& aſtute cauenti.
Præda prædam ducit.
Peſſimum eſt habuiſſe multum/& nunc nihil habere.
Addecet bene merẽti benefacere gratiam.
Sapientis ẽ ſuum officiũ colere/& facere.

E malis multis malum quod minimum ē/ id minimum eſt malum.

Deſtinandus eſt ad medicos qui medicus fieri nult.

Qui calceos ueteres/ueſteſq; reſarciunt/ deteriores aliq̄ñ reddūt/q̄ acceperint.

In dãdo/atq; i audēdo mod⁹ nō excedať.

Deterrima eſt uoluptas inhoneſta.

Quæ fortuna contingunt imperio hominis nequaq̄ fiant.

Rari boni inueniuntur.

Vir bonus utilis eſt.

Apes parent regi.

Cautus princeps magis ditat benemeritos q̄ ſeipſum.

Humanum eſt/quod aduerſi accidit.

Veh morienti cui ſecum genus ſuum/& omne nomen extinguitur.

Altiſſimus uidet/& audit omnia.

Improbus libenter utitur omnibus ſeipſo improbioribus.

Nil moleſtius eſt/q̄ ſuis eſſe neglectui.

Conſultandum non eſt/ubi res ipſæ quod optimum eſt demonſtrant.

Si bonus genius dominatur bene eſt.

Mutatio quæ fit paulatim non eſt nociua.

Nihil eſt uirtute fructuoſius.

Melior natura eſt in nobili genere/q̄ in ignobili.

Fragilia ſunt pulchritudo/nobilitas/& diuitiæ.

Quilibet indiget diſciplina.

Qui intēperate uiuunt cito deficiunt.

Omnia nunc poteſt pecunia.

Res amicos efficit/& ut res eſt/ita nunc amici ſunt.

Periit nunc benignitas.

Sumptus modeſte faciendus eſt.

Impetret qui æquum poſtulat.

Facin⁹ ē/& noxiū nō caſtigare ſubiectos.

Imp̄ſēria ſuccreuerit uberrime mores mali.

Incolumitate nihil eſt dulcius.

Verus amicus fidelis eſt in aduerſis.

Quā plurimis ad habitū cōſtituēdū op⁹.

Magna in iis eſt excellentia/qui communi contagione non inquinantur.

Commotionum/affectuūq; noſtrorū excitatrix eſt natura.

Locupletes beatos appellať ſermo amēs ē.

Timeamus fortunæ uices.

Sunt aliqua/quæ non ſunt inquirenda ſed oblata punienda.

Ratio aliquando rationem uincit.

Multum intereſt apparatus apud inuitatū hoſpitem & oblatum.

Recte uiuens quemcunq; eligit cauſæ ſuæ iudicem.

Nihil ipudēti⁹ indicať/q̄ mortuos accuſaŕ

Etiā qui præſens ē non ſemp audit omnia.

Nihil uilius/q̄ ſeipſum neglectui habere.

Pecunia expugnat cuncta ſi neceſſitas adiuuat.

Per ordinem perge/iuſte cogita/nec amicum decipias.

A natura bona cupimus/& odimus mala.

Nefas eſt malos bonos laudare.

Bono uiro/& ſapienti parendum eſt.

Homo unus bonus/& alius malus.

Ars nos meliores reddit/& recte coheret.

Bene eſt/ſi mali puniuntur.

Melius eſt exequi leges/q̄ eas condere.

Vitia tota fronte uirtutibus aduerſantur.

Figura ſemper colorem ſequitur.

Procax eſt/qui ſeni onus imponit.

Sūt agenda quæ ad uirtutē pertinent.

Scit quale ſit/qui ſcit quod ſcit.

Mores hoīm ſæpe in conuiuiis deteguť.

Iuuenes turpia metuant/& honeſta aggrediantur.

Error non ſtat ubi non eſt uitium.

Diuerſa eſt hominum natura.

Alius melior eſt alio.

Virtus eſt iuſte lucrari.

Adagium ſententia eſt generalis/cui conſuetudo fidem attribuit.

Opinio communis ſenſum accommodat.

F I N I S.

Liber Vigeſimuſprimus De Sapientia Ad Reuerendiſſimum Prothonotariū Marinuz Ca racium.

Plurimum Reuerendo Ac Illu\ ſtri Marino Caracio Caeſa\ reo Senatori ac Commiſſa rio Sapientiſſimo Pro thonotario Apoſtolico inſigni Hieronymus Perbonus Inciſae Marchio ac Oui liarū Dominus Foelicitatem.

VNVS es Reuerendiſſime Domine in noſtro ſæculo
ex omnibus / qui chriſtianam Religionem colunt / &
maximarum rerum dignas ſanctiones exercēt / qui cō Perbonus
tinuo noſtris oculis uerſaris. ſeceſſeram ego iamdiu a a publicis re
publicis rebus / & ad Ouilias meas omnes īgenii mei bus.
uires tranſtuli / & illic quantum Ocii commoditas pa
titur / ad excolendas animi uirtutes præcipue me con/
tuli / ut quod ſupereſt de hac caduca uita operoſe con Vita caduca
tererē. ſed dum ſolitudinem exquiro ades tu mihi frequens. neq; ſine te mihi
quicq̄ ſuaue ac amabile contingere poteſt. nemo eſt qui ita meum impleat de
ſiderium / q̄ tua ſpectata uirtus / q̄ illa tuæ mentis bonitas / ac prudentia / & ſa
pientia ſublimis / q̄ illa tua ſanctiſſima Religio / quam in ſacro geris pectore.
quæ cuncta dum contemplatione aſſequor / omni afficior gaudio / fortu/ Marini cara
næ (ſi fas eſt dicier) genua oſculor / ſummoq; deo imortales gratias ago / q̄ tā cioli uirtus.
tum fuerim adeptus amicū / tantū rebus meis indefeſſum patrocinium. pro
quibus indignum duxi / ſi hoc ipſum amicitiæ numen ad poſteros quantis
calami mei uiribus potero / non commendarem. neq; ego tuos natales / fa/
miliæq; antiquiſſima ſtēmata admiror / & ſummam nobilitatem / quam per/
multa ſæcula tua domus Illuſtriſſima ſuſtinuit. ſunt hæc uelut aurum gem Caraciola fa
mis adiunctum. uerum te ipſum totum ſpecto / uirtutem tuam ſingularem / milia.
probitatem / candorem animi / fidem integerrimā / illamq; tuam in rebus cun Aurum gem
ctis prudentiam / quibus tantopere omnium animos afficis / & ad beniuolen mis.
tiam / & ad immortales amores tui excitat. tam uenerandus aſpectu exiſtis /
tam natura propenſus ad res magnas / & eruditiones rerum aptiſſimus / ut
etiā qui te non norit / & tantum oculis uideat / impoſſibile eſt / quin tabeat ſi
ne tui amoris plenitudine. præfers neſcio quid dignitatis / & maieſtatis ore.
& tuus uultus neſcio quid maius de Romanis proceribus præ oſtendit / ut

augurari fas ſit de te expediturum numen/ut eccleſia/& religionis chriſtianæ principes/reges/& omnes magnam ſint ſuſcepturi lætitiam. neq; id tuæ præſtabunt opes/aut diuitiæ/aut fortunæ/aut penates tui nobiliſſimi/ſed annuente cælo tua ſapientia/quæ iam per totam Europam immortali nomine apud omnium aures diffuſa eſt.& nos eius capti ſplendore tuo Reuerẽdiſſime Domine hic ingenio ſtatuam/& aram in Ouiliis noſtris pro tẽpore ereximus/ſuper quam hunc de ſapientia Libellum appoſuimus/atq; ad tuã immortalem gloriam conſcripſimus.Conſacrabant ueteres noſtri multos altiſſimo cælo/quos nouerant ad humanæ uitæ uſum multa commoda/aut

Mos ueterũ.

excogitaſſe/aut inueniſſe/& uelut Deos rati per omnem ſæculi curſum excolebant.ſic enim eos Deos eſſe putabant/qui homines iuuarent.hanc affectandi aſtra uiam potiſſime arbitrari ratio cogebat.Ideo qui inuenit uitem/

Tritici & aliarum rerũ inuentores.

qui triticum/qui aratrum/qui medicinam/quiq; alia/Cælo dignos omniũ conſenſu putauere.At te nos quem alium eſſe dicemus/q̃ diuinũ hominẽ/

Caraciolus diuinus.

q̃ immortali gloria dignum? qui me in libertatem aſſeruiſti/aſſertum ab omni inuidorum rabie defendiſti/eorumq; uoracitates/mendacia/Calumnias ita fregiſti/ita hos mordaces canes reppuliſti/ut ab eorum latratu iam pene euaſerimus.pauca cõſtringenda reſtant Reuerendiſſime domine/quæ pro tua mentis bonitate dabis operã pedibus cõculcãda. iniquitas facile horum inuidorum ante tuam Herculeam dexteram corruet qua maiora paras/

herculea dextra/

Principum pax.

